BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
8
39 G
16

GAB. BARRII FRANCICANI

Pro lingua latina libri tres.
De æternitate urbis liber unus.
De laudibus Italiæ liber unus.

P. R. ſumptibus excuſi Conſſ. Mar. Maffæo, Laur. Mancino, Paul. Anciloto, T. Fuluio Amadeo, curante Virg. Creſcentio Patritio Romano.

And: Baia:
Romani
BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE
8 39 G 16



ROMAE.

Apud Ioſephum de Angelis.
M D LXXI.

Bibliothecæ Domus Romanæ Pauperum
Matris Dei Scholarum Piarum.

8.39 G.16

DOMINICVS TRAMODIANVS Gab. Barrio Francicano. S. P. D.

LIbros tuos pro lingua latina, & de urbis æternitate, ac de laudibus Italiæ mi Gabriel tam auide legi, ut animum ad alia ſtudia, niſi his perlectis, applicare omnino nequiuerim. Quos cum deinde eruditiſſimo cuique amicorum legendos præbuerim nemo non ualde probauit atq; laudauit. Quapropter cũ certiorem me feceris te ſecundam iam æditionem parare, quo rebus pulcherrimis compluribus additis longe locupletiores quàm antea prodeant, uſque eò ſum huius editionis deſiderio accenſus, ut omnis mora quantumuis parua mihi longiſſima uideatur. Quid enim Romanarum literarum Romanique nominis amatori eſſe poteſt acceptius, quàm hominis amantiſſimi codices antibarbaros legere, quibus Romanas literas ac nomen àcerrime propugnet? Quamobrem hortor te, ut quàmprimum ſeſe facultas obtulerit, deſtinatam impreſſionem aggrediare, ne diutius ſtudioſi tam utili, imo neceſſaria his temporibus careant lectione. Valet & me amantiſſimum tui redamare non pigeat. In urbe ueteri quarto idus Ianuarij, anno a uirgineo partu M D LVI.

GAB. BARRIVS FRANCICANVS Dominico Tramodiano. S. P. D.

Hortaris me impendio Dominice, ut opus, quod pro lingua latina, de æternitate urbis, & de laudibus Italiæ anno ſalutis generis humani M D L I I I. in medium protuli, longe plurimum a me locupletatum in lucem edam. Ego Dominice licet poſt ipſam operis æditionem experientia deprehenderim, tamen neſcius non eram iam inde ab initio, cum opus ipſum ſcribebam, pro quo tot ſudatos labores obiui non inuitus, quòd quantum amoris apud latinæ linguæ ſtudioſos mihi conciliarem, tantum odij, atque inuidiæ non modo apud eius oſores, ſed etiam apud eos, qui falſam ſibi huius linguæ ſcientiæ perſuaſionem induiſſent, contraherem, aut plus etiam fortaſſe, tamen quia non inanis gloriæ, quam certe ambiui nunquam, non quæſtus gratia id ſum opus adorſus, ſed quo alijs pro uirili parte mea prodeſſem, non modo animo conſternatus non ſum, atque non deſtiti ab incœpto, ſed, quo penſum meũ ſoluerem, nihilo ſegnius illud ſum proſecutus. Arbitratus hac in re tam præclara tamue neceſſaria animum abijcere & ab inſtituto deſiſtere turpe eſſe. Non enim inuidis & prauis atque obtuſis rudibuſque animis, quos Lucilius apud Ciceronem, & ipſemet Cicero reformidabant, ſcribo, ſed benignis, acutis & eruditis. Quandoquidem ex hoc meo labore qualiſcunque

cunque is ſit, plurimum emolumenti iuuenibus dimanare perſpexeram. Atque animo proſpiciebam quid bonorum & latinæ linguæ ſtudioſorum conſenſus, quid poſteritas de me locutura ſit, quàm malorum atque inuidorum calumnia, quibus liuor iudicium adimit, idque adulterat. Quotus enim quiſque proborum atque eruditorum uirorum rabiem ac morſus obtrectatorum & oblocutorum euitauit? Qui uti circumforanei rabulæ alios genuino dente rodent, maledictiſque inceſſunt. Sed ędant quæſo ſua, qui aliena carpunt. Quod opus quibuſdam mutatis, multis additis, id quod etiam egit interim Cicero ut ipſe ad Atticũ ſcribit, iterum ſumptibus populi Romani prodit in lucem, referente ad S. Petropaulo Iuſtino Conſ. & Ricardo Matiatoſto T. ac frequente Senatu Conſ. Sententiam approbante, data cura Virgilio Creſcentio Patritio Romano, & huiuſce rei fauctori. Vale. Romæ XV. Cal. Quintilis a partu Virgineo anno M D LXXI.

India fert Barros, genuit ſed Francica Barrum
Vbere quæ Calabra ſub regione uiget.
Vrbem atque Italiam dignis hic laudibus ornat,
Et Latij linguas uindicat ipſe duas.

Errata.

HAec ex incuria ab exemplari omiſſa ſuis locis imprimenda ſunt poſt dictionem in libro impreſſam, & hic nominatam ſic 42. iubebant. Die uero Saturni diſcipuli ſedentes aperto capite lectiones eodem modo, quo lectæ ſunt, repetunt, & quæ per totam hebdomadam ſingulis diebus memoriter recitarunt, iterum recitant tum lectiones ipſas, tum grammaticæ regulas 54. infelicem. Nimirum diuitiæ tertium locum tenent, ut probre Alexis poeta ſybarita ſcribit, qui apud Stobæum ſic ait. Diuitias inter extrema bona collocato. Hunc ſecutus eſt Plato 120. lupus u, uulpes ga 126. ruat, uerum tuſci a ru ſonitu ruuaium dicunt. Eadem pag. deſinent eſſe græca, nam de loco originis rei loquor, non quo eſt in uſu 188. fecerunt. Deficiunt græci & uerbis fictitijs a uoce animalium, quæ Romani fecerunt. Fecerunt & ablatiuum caſum, quo græci carent 195. proditi, ideſt natiui, naturalis, utique latini 210. gramaticoue ſermone 241. conſuetudine eſt utendum 229. ſcribant. Qui perſonas inducunt quot & quas uolunt etias deos deaſque colloquentes, & illas loquentes faciunt quæ ipſi uolunt, ita & dialogorum ſcriptores, qui etiam uita functorum perſonas inducunt colloquentes 341. linguæ, & communi loquendi conſuetudine. Concedebant, nam quod

tri-

tribunus egerat cum Gallis reſcindit Camillus dictator 519. uexarentur. Duobus Scipionibus & C. nō placuit. Clodius Albinus 575. ſteriles. Damaſcena arbor iam pridem in Italia naſcens, & Myxæ, quæ nunc cœpere Romæ naſci inſitæ ſorbis. Syriæ arbores piſtacia & C.380.interpel.comp.Superflua ſunt hæc & ideo tollenda 118. hui poetæ ſunt & grammatici ſcriptores 318. & ſicut non ψ litera, ſed pro ea pſ utimur, ita pro x uti poſſemus cs ut dicſi ducs. Aliquibus locis una litera uel ſyllaba pro alia impreſſa, aut deeſt, aut ſuperflua eſt, ſic & diphtongi, punta, coma, & accentus. Quia uero hos libros foras dedi a partu Virgineo M D LIIII. temporum ſpatia illucuſque numerata reſtant. Siquis autem hos libros imprimere uoluerit petat a me & ego eos illi emendatos gratis dabo hac pollicitatione, ut nunquam amplius in eos manum apponam, nullique alij dem, nam ſi forte alicubi manus a me imponenda erit, hinc ad paucos dies fiet.

GAB. BARRIVS FRANCICANVS PRO LINGVA LATINA AD S. P. Q. R.

PROOEMIVM.

NON ſatis æxtimari poteſt, Quirites quantum debetur ijs, qui non ſibi ſolis, ſed communi mortalium uitæ ſe natos eſſe arbitrãtes, diu ac ſedulo ſecum agitarunt, ut aliquid, quod generi humano, ſiue quo foueretur corpus, ſiue, quod longe præſtantius eſt, quo animus illuſtraretur, plurimum conferret, inuenirent. Atque tandem qui ingenio præ alijs polluerunt ingenuas diſciplinas, ut eos, qui uulgares artes excuderunt omittam, quibus uita exculta eſt humana, & animi, non corpora exornantur, repererunt. Quibus diſciplinis animos ſuos exornare atque excolere ſtuduerunt, & poſterorum commodis & utilitatibus inſeruientes, ac conſulentes frugi admodum inſtituendæ & excolendæ humanæ uitæ normam ipſis reliquerunt, diſciplinas ipſas æternitati tradere perquam ſtudioſè elaborantes, quo alios ad bene beateque uiuendum & adiuuarent

inſtitutis, & ſuis allicerent exemplis. E quorum cœtu ij potiſſimum utique omni atque immortali laude digni cenſendi ſunt merito atque colendi, qui rebus nomina indiderunt, quiue literarum formas, quibus diſciplinæ ipſæ literis memoriæque mandarentur, & grammaticam artem excogitarunt, quiue hac Hebræam, Græcam, & Latinam linguas uel inſtituerunt uel expolierunt. Viri nimirum eruditi, probi, acuti, ijdem atque prudentes, quorum menti ut hæc agerent, Deum lumina prætuliſſe crediderim. Cæterum Hebræa lingua olim ſolis nota Hebræis diuina lex, diuinaque oracula ſcripta fuere. Latina uero ac Græca liberales doctrinæ ſcriptæ cunctis gentibus patuere, & ſummorum uirorũ præclara geſta ac dicta ſunt poſteritati tradita. Nimirum humanæ mentis ac uitæ inſtitutores Græci extiterunt, & Romani diſciplinæ & ſapientiæ ſectatores. Nam Barbaras gentes, quæ, quòd ſibi ingenita ferocia ſit, inhumano ac ferino ritu uiuebant, moralis philoſophiæ præcepta Græci quidem ſcriptis, Romani uero, qui cum doctrina, tum ſingulari quadam innata humanitate præditi, qua cunctis mortalibus excelluerunt, et ſcriptis docuerunt & exemplis. Quibus quantum Barbari, quantum omnes Itali *debeant non eſt hic diſſerendi locus, ſed aliud in tempus reijciendum.* Inde *uero hæ tres linguæ in crucis titulo diuino aſſociatæ numine cœleſtem philoſophiam cunctas edocuere gentes. Hæc autem* Barbaris *linguis fieri nullo pacto potuiſſe perſpicuum profectò eſt. Fieri enim nullo modo poteſt, ut*

cunċti omnium gentium linguas ediſcere atque intelligere ualeant. Neque etiam fas eſt præcioſas gemmas uili aſſeruari uaſe, ruſticisque ac rudibus, ſceleſtisque hominibus tradi. Itaque iſtæ ipſæ tres linguæ, quæ Barbaras omnes haud ſecus, ac puriſſimum aurum ſcoriã, præcellunt, diuinitus ex arte inſtitutæ omnes peragrarunt inſulas, totoque orbe peregrinatæ ſunt. Quæ non modo utiles ſunt mortalibus, ſed etiam perquam neceſſariæ. Nec eas tantum ob res, ut dogmata humana, reſque egregiè fortiterque geſtæ monumentis traderētur, ſed ut per eas tamquam per tres idoneos teſtes diuina lex, diuinumque nomen per uniuerſum orbem diffunderetur, & a cunċtis nationibus Deus uerus & æternus agnoſceretur & coleretur. Qua ratione uel Romanum Imperium haud dubiè, id quod oſtendam, diuinitus eſt inſtitutum, ut uniuerſo orbi Romana pace reddita, auċtor pacis Imperij utens opera ac miniſterio cunċtis gentibus innoteſceret. Quas linguas qui tollere aut obnubilare, confundereque nituntur delirantes iam ac deſipientes non ſolum magna cum ingrati animi nota uirtuti reluċtari, & communi mortalium utilitati aduerſari, ſed diuino etiam numini reſiſtere uidentur. Quia uero huius temporis ignorantiſſimi & impudentiſſimi quique inſanientes rudi quadam & indoċta illa ſua natiua loquacitate, quam eandem dementiam appellare licet, cum nil pulchri delibant, eas reſpuunt & auerſantur, tum maxime latinam linguam, in quã ueluti lymphatici debacchantes multa effudiunt &

mentiũtur, cæu ſuperuacaneam deſtruere ne ruis omnibus connituntur. Siquidem & latinos auctores in uulgarem ſermonem uertunt, uerius quidem peruertunt, & quòd latinè ſcribere neſciant, uulgare ſcribunt, puerilem admodum. & anilem ac rureſtrem quandam rationem nugarum plenam afferentes plebeia publicaue; lingua ſcribendum eſſe aſſerunt. Iccirco ego Quirites: Romani nominis ac latinitatis amator (eam enim merito ſuo mirificè amo ac colo) nimia charitate deuinctus hanc difficillimam laboris partem, hanc duriſſimam prouinciam, opus planè, ut mihi quidem uidetur, non iucundum modo ſcituque dignum, ſed etiam perquam neceſſarium ſuſcepi quàm libentiſſime, ut pro latina ipſa lingua, quam pro uirili pane mea tueri ſtudeo, ſcriberem, quo, utcumque ualeo, iuuẽtuti utilitati forẽ, quouè ipſam hortarer, ut uulgaribus nenijs abiectis latinæ linguæ ſtudio accendatur, & erudiatur liberaliter, & mali ac peruerſi, ac latinæ linguæ oſores, & uulgaris uanitatis ſcriptores, in inſcitia inſaniaque ſua contabeſcentes excrucientur, torqueanturque dolore. Atque eorum præſtigiæ, ac doli, quibus præclaram ipſam, glorioſamque, ut Theodoſii uerbo utar, iuuentutem capiunt, pateant, & ueritas, quæ diu delituit, emergat. Quòd ſi iampridem noſtri adoleſcentes uanorum, ignorantium ſceleratorumque uulgarium ſcriptorum dolis circũuenti latinis literis omiſſis, ocio & delitijs diffluentes rebus inanibus, plebeijs inquam, libellis, aſſiderunt, in literarumque ſtudia ſegniter ſe geſſerunt

geſſerunt; certe nunc erat ipſis, ut cum maximè uſque ex unguiculis auitam illam adeo admirandam uirtutē ac gloriam, quæ in ſempiternum æuum poſteris teſtáta manet, ſectantibus tam honeſto & ingenuo labori latinæ inquam linguæ ingenuiſque diſciplinis acrius et auidius incumbendum, omnemque uim in huiuſmodi ſtudia profuadendum, quibus docti, prudentes euadát, & ſapientes. Hoc potiſſimè contemplentur non decere eos, qui ex diuina ferè illa orti ſunt progenie, quiuè orientur, quiuè in tam felici & perbeato ſolo, quod tot diuinos propè dixerim uiros genuit, exoriuntur, uoluptati & deſidiæ uacare, ſed generoſitati & labori honeſto. Nec quicquam eis affectare conuenit maioribus ſuis indignum, ſed de ſe ipſis, qui animis excelſis & altis eſſe ſolent, magnificè & glorioſè ſentire, qui iam ex genere tam illuſtria principia ſumpſerunt & glorioſa. Atque præclarum illud Ariſtoteleum dictum apud Ciceronem libro tertio de Orat. Semper in pectore atque in animo habere deberent: Turpe eſt mihi tacere cum Barbaris, imo uero tacere cum Brutis. Cæterum quia & alia ratio exiſtit quamobrem latinarum Græcarumque litterarum ſtudia à iuuenibus negliguntur, eam aperire permagni intereſſe cenſui. Vt uos ueſtros maiores immortalitatis, ac gloriæ candidatos, qui, quo adoleſcentes latinis, græciſque literis, liberalibusque diſciplinis imbuerentur, ingētem curam adhibebant, hac in re tam neceſſaria tandem æmulemini.

COgitanti perſæpe mihi & animo uolutanti quænã eſſet cauſa cur hac tẽpeſtate, imo uero abhinc multos annos, noſtri adoleſcẽtes latinas, græcaſq; literas, quibus non modo liberales artes, ſed etiam Romanum ius, quo humanum genus regitur, atque etiam illa ipſa diuina phyloſophia, cæteræque diſciplinæ omnes ſunt ſcriptæ, & rerum geſtarum memoria poſteris prodita, deſpiciant atque abhorreant, & uulgares tantum literas, uerius quidem nugas ac nænias quaſdam ſcoriam auro præferentes conſectentur, tres potiſſimum cauſæ ſuccurrerunt in mentem. Quarum una ex parentũ puerorum, alia ex docẽtium, alia ex diſcentium culpa manat. Equidem primam cauſam cur latinæ græcæque literæ diſciplinarumque ſtudia à pueris paruipenduntur, ex parentum incuria & auaritia proficiſci conſpicuum quidem eſt. Nam cum ipſis quã maxima cura eſſe debeat, ut initio peritum ac probum præceptorem eligant, decentique ſtipendio, ſi eum domum admittere uelint, conducant; qui uel prima literarum elementa pueros docens quoad eius opera eſſet neceſſaria perſeueret aſſiduus, longe ſecus, ac debent, hac in re ſe gerunt. Sed enim latini eloquij, artiumque omnium initia optima eſſe debere, uel primas literas eruditionis primordia, prima inquam literarum elementa pueris a peritis præceptoribus tradi Quintilianus, & quidem iure, præcepit. Qui de inſtitutione oratoria tractaturus multa, uel quidem minima ad officium grammatici attinentia ſcribit. Horatius item

epiſt.

epiſt. libro primo idipſum iubet, qui ait.

Nunc adhibe puro
Pectore uerba puer, nuc te melioribus offer
Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu.

Magiſter autem is eſt eligendus, qui ante omnia probis moribus ſit præditus, ſit uel eruditus, & optimam docendi rationem calleat. In hanc unam erudiendorum puerorum tantum curam totus ſit intentus, uni huic negotio uacet, labori non parcat, nec alia prorſus occupatione teneatur. Sitque, ut dixi, aſſiduus, nam frequens præceptorum mutatio multum puerorum animis, ingenijsque officit. Diſtrahuntur enim uarietate docentium ac confunduntur. Hæc prima parentibus cura eſſe debet. Philippus Macedonum rex literarum ac doctrinæ non expers Alexandro filio ſuo, Quintilianus ait, prima literarum elementa tradi ab Ariſtotele ſummo eius ætatis philoſopho uoluit, & ille ſuſcepit hoc officium, ſtudiorum initia & à perfectiſſimo quoque tractari, pertinere ad ſummum arbitratus. Quam rem Gellius quoque, ut puerorum parentes cōmoneret, ut in deligendis liberis ſuis præceptoribus ſegnes non exiſtant, utque pueros ad diſciplinas hortaretur, præterire noluit. Quem Philippum utinam noſtri homines imitarentur, cui paterna dilectio ac cura talis ac tanta fuit, ut quamprimum puer Alexander ſibi natus eſt de eius præceptore futuro cogitaret, quem optimum elegit. Atque dijs gratiam egit, non perinde

quia natus eſt, quàm pro eo, quòd eum naſci contingit tanti uiri temporibus, à quo uel primis literis erudiretur, atque liberalibus diſciplinis imbutus euaderet ſapiens, eruditio enim ſapientiam præſtat. Nunc in erudititiſſimi quique pędagogi à pleriſque, quibus curæ nõ eſt, ut liberi ſui probi & eruditi euadant, in doctorum præceptorum locum liberis ipſis ſuis præficiuntur. Arbitrantes parentes ipſi non continuò pueros erudito præceptori tradi oportere, ſed apud minores aliquã diu detineri, tanquam inſtituendis artibus magis ſit apta mediocritas præceptoris, cum ad intellectum atque imitationem facilior, tum ad ſuſcipiendas elementorum moleſtias minus ſuperba. Cæterum, ait Quintilianus, melius eſſe optimis imbui palàm eſt. Nam magna in eluendis, quæ ſemel inſederint, uitijs difficultas conſequitur, cum geminatum onus ſuccedentes premat. Tollerabilis eſſet culpa, ſi eiuſmodi præceptores minus docerent, non peius. Et quidem dedocendi grauius ac prius, quàm docendi. Propter quod Timotheũ clarum in arte tibiarum ferunt dupplices ab ijs, quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quàm ſi rudes traderentur. Quibus parentibus quo modo uites putari, arbores inſeri, domos conſtrui & exornari, equorum puli ac canes educari debeant, ingens ac ſolers eſt ſtudium, curaque inſidet aſſidua. Eiſque rebus hominem, qui eas probè atque exactè ſciat, magno precio conductum adhibent. At ut filij ſui bonis moribus & literis liberalibuſque diſciplinis inſtituantur, quorũ

gloria

gloria ac dignitas cara eſſe debet, ut animo rei magnitudinem complectantur, prò pudor, & negligenter & inconſultè ſe gerunt. Nullus enim in deligendis præceptoribus habetur delictus, ſed, ut Hippodami uerbis utar, Illyrium quempiam aut Thracem, Barbarum inquam & imperitum pædagogum nullius precij. Ita ut neque ſuorum natorum emolumento, neque familiæ decori ac gloriæ cõſulant. Et, ut Varro de liberis educãdis ait, maiorem curam habent marſupij, quam uitæ ſuæ. Cum neque uitis, neque uinum, neque quid aliud eiuſmodi rempubl. adminiſtret, ſed homo & hominis animus, fundamentumque reipubl. in puerorum educatione & eruditione conſiſtit. Id quod & res ipſa docet, & Plato, cæterique omnes ſapientes prodiderunt. Ait quidem ille ipſe Plato libro primo de leg. iuuenes bene eruditi uiri probi euadẽt, probi autem facti tum cætera bene agent, tum etiam hoſtes pugnando uincent. Diſciplina utique uictoriam præſtat. Et Cicero, Pueri ſine doctrina morati, atque ciuitates bene moratæ eſſe poſſunt. Diues quidam literarum expers monitus a me, ut eruditum ſuis natis præficeret præceptorem, nolo, inquit domi hominem grauem habere, cui ego, neque unquam tu filios graues habebis. Nec deſunt, qui tametſi probos, ſolertes, peritos, & qui optimam docendi rationem habeant, ſibi habere contingerit præceptores, tamen quia liberos ſuos repente doctos & eloquentes fieri nolunt, in aliena arte, quam ipſi numquam exercuerunt, docti, periti, & experientes

uideri

uideri uolunt,& legem dant, qua filij literas ediſcant. & alius ait, hoc primum filios meos doce, tum alius, hoc uolo,inquit,iſtud nolo. Hic à Cicerone incipere geſtit,ille à Terentio propter eloquentiam & elegantiã. Cum cuique perito in ſua arte credendum ſit. Nam, ait Horatius,tractant fabrilia fabri. Et Plato in Theætoto. Humana,inquit, natura imbecillior eſt ad artes earum rerum,quas nunquam experta eſt. Sed hi,qui, quod ipſi experti non ſunt, docent cæteros, eiuſmodi ſunt,quales illi,aduerſus quos Taurus Philoſophus apud Gellium libro primo ſcienter ac probè diſſerit. Qui cum repente pedibus illotis ad philoſophos diuertunt,à poſterioribus incipere geſtiunt. Hic a Sympoſio Platonis propter Alcibiadæ comeſſationem, ille à Phædro propter Lyſiæ orationem. Cũ Pythagoras,qui optima in inſtituendis erudiendiſque iuuenibus ratione utebatur,præter cætera,ſuos alumnos prius tacere docens,quinquenne ſilentium eis indixerit. Nec prius eorum ingenia laudauit,quam ea exactè agnoſceret. Imitanturque huiuſmodi homines ſenem illum Phormionem paripateticum Græcum hominem. Qui,ut Cicero libro ſecundo de Orat. fert,cum nunquam caſtra uidiſſet, numquam minimam partem Imperatorij officij attigiſſet, præcepta dare de publico illo munere & de omni re militari Annibali, qui tot annos de imperio cum populo Romano omnium gentium uictore certauit,arroganter ac loquaciter auſus eſt. Quem Annibal, & quidem Ciceronis ſententia non iniuria, delirum

rum ſenem appellauit. Atque eò ſtulti facti ſunt quidam, ut dicant pueros latinam linguam atque eloquentiam ex Cicerone aſſequi poſſe etiam ſi grammaticæ arti operam nondent. Et grammaticam ipſam artem uti ſuperuacaneam negligentes, nolunt pueros orationis partes cognoſcere, quidue unicuiq; orationis parti conueniat, quaſi ſuperflua & minima neceſſaria ſint hæc. Cum Quintilianus eruditus imprimis, & optimus præceptor non eiuſmodi modo, ſed literarum etiam affinitates pueros quamoptime ſcire iubeat, ut alibi oſtẽdemus, ſunt enim omnino neceſſaria. Quare probè Cicero in Orat. ait. Omnium magnarum artium, ſicut arborum, altitudo nos delectat, radices ſtirpeſque non item, ſed eſſe illa ſine his non poſſunt. Vtique latina lingua, ſicut Græca & Hebræa, ex arte grammatica, ut plenius oſtendamus, conſtat, & quod arte conſtat ſine arte ſciri non poteſt. Sedentarias ſordidaſque artes nemo quiſquam aſſequi ualet, niſi eis operam non exigui temporis inſumpſerit. Neque artifices cum ea pueros docent, ipſarum initia prætermittentes à poſterioribus incipiunt. Sunt & alij puerorum parentes, qui & ſi liberis ſuis doctos ac probos domi præfecerint præceptores, eos tamen haud magnifaciunt; Sed pluris faciunt paraſitos, aſſentatores, ſcurras obſcuros & indecoros homines uirtutum omnium oſores, morum ac mentiũ corruptores, item fortunarum ſuarum negociatores, quibus fortunæ bona committunt, quàm ſuorum filiorum præceptores, quibus ipſorum animos bo

nis

nis & liberis, & moribus ac diſciplinis inſtituendi prouincia demandatur. Illos enim magno proſequentes honore in menſam excipiunt, hos autem, qui reuera digni ſunt, qui maiore honore habeantur, benigne & liberaliter tractentur, ut ſolertia, ac cura, alacrique animo pueros doceaut, cæu nullius penſi homines aſpernãtes menſa extrudunt. Quare nihil eſt quòd miremur ſi interim pueri, qui nondum ratione uti norunt, præceptores ſuos paruipendunt, quos à parentibus ſuis ſpretos uidẽt. Quaſi uile quippiá ſit grammaticam bonaſque literas docere, cũ præſtãtiſſimi homines id munus obierint. Nam grammatica non modo inter nobiliſſimas ingenuaſque diſciplinas recenſetur, ſed etiam primas optinet; atque fundamenta ad alias honeſtas diſciplinas iacit, earumque baſis eſt quædam, qua corruẽte, corruunt & illæ. Quid enim in uita hominem magis utile, quid magis ingenuum, immo quod magis neceſſarium inueniri poteſt, quàm morum informator, & diſciplinarum, tum grammaticæ artis inſtitutor? Sed cur, ait Cicero in Orat. aut diſcere turpe eſt, quod ſcire honeſtum eſt, aut cur quod noſce pulcherrimum eſt, id non glorioſum docere? Et paulopoſt. Nemo putet in magna arte & glorioſa turpe docere alios id, quod ipſi fuerit honeſtiſſimum diſcere. Et in Cat. Mai. Nil præclarius eſſe ait, quàm adoleſcentulos docere, inſtituere, & inſtruere. Clemens Alex. Stromate primo doctorem aut ſcribentem, aut docentem officium agere angelicum ait. Negociatores ſuos de domeſticis rebus

diebus

diebus ſingulis magna cura percontantur, at præceptores de liberis ſuis non item. Eis enim curæ non eſt diſcant necne, aut quid diſcant. Plus deſudantes uti ipſis fortunæ bona, ueriùs ludibria, quàm animi dotes comparent. Eoſque pulchros & opimos ac comptos potius uidere malunt, quàm probos & ſapientes. Archeſilaus Philoſophus puerum quendam comptum cù fuiſſet intuitus, licet ille caſtus eſſet & integer, nihil inquit refert, an quis poſterioribus an prioribus membris cinædus exiſtat. Ouidius etiam pueros inſtar fœminarum comptos procul a ſe eſſe deprecatur. Quorũ lateri enſem & pugioně, capiti criſtas, collo torquě accomodant, eiſque in manus citharam & lyram, & chirotecas unguentis redolentes, non libros tradũt. Atqi ita fit ut magis pſallere & ſaltare & cantare, quæ, ait Salluſtius, ſunt inſtrumenta luxuriæ, quàm uel primis literis oblectentur. Seneca ſtudia cantandi & ſaltandi uocat obnoxia. Cicero offi primo, ſaltatorum artem inter uoluptarias, eaſque improbandas artes ponit. Extat apud Græcos huiuſmodi prouerbium. Bonus cãtor, bonus cupidiarius. quòd idě ſit hominis aures delectare tantũ, & palatum cupedijs. Alcibiades, ait Plut. Canãt, inquit, Thebanorũ liberi, loqui. n. neſciunt. Nobis aũt (ſic. n. patres noſtri dicere ſolebant) Palladě, quæ fiſtulã fregit, & Apollině, qui modulatorě fiſtulæ, excoriauit, adeſſe ſine inuidia ſinant. Nõ taměn, ut mea fert opinio, latinorũ Græcorũq; quidam muſicã, quæ inter liberales artes annumeratur, improbãt, ſed improbũ et im-

immoderatū eius uſum condēnant. Nam nō moderatè, animiq; cauſa pleriq; ea utebantur, non ſiderū curſus, ut uirgilianus Iopas, non heroum deorumque laudes, non nunc ueri Dei ſanctorumque laudes, ut Dauid, ſed corporis delectatione fœdiſsimas & ſpurciſsimas cantilenas laſciue animarum corruptelas canebant. Qui muſicæ abuſus nunc potiſſimum uiget. Muſica quidem ſine bonarum literarum ſcientia laſciuiæ incitamenta mortalium mentibus ſuggerit, præſertim ſi, qui ea utuntur, paulum a recto deflectunt. Saltatio autem, quæ, ait Cicero pro Murena, multarum delitiarum eſt comes, omnino improbanda eſt. Quia uero puerorum educatio eſt totius uitæ ſtabilimen, & ad ingenuas artes arripiendas baſis quædam, operæprecium eſſe cenſui aliquid de ea dicere. Quod ipſum ſuperuacaneum eſſet admonere, niſi, ut depranata ſunt omnia, cernerem pleroſque ita hac in re ſegniter ſe gerere, ut nihil minus, quàm de liberorum ſalute ſolliciti ſint. Nutrices in educandis pueris non modo Barbaræ, aut Romana *latialieque uocabula male enunciantes, quales ſunt quædá, quæ natura iracundæ ſunt, & ſemibarbaræ nō eligātur, ſed ne ruſticæ quidem, neque perditis moribus affectæ, ſed aut ex urbe, aut ex latio omnino, aut certe quæ* Romanè *latièque bene loqui pronunciareque ſciant, & quæ mites ſint, ac probis moribus præditæ. Nam præter peſſimam loquendi conſuetudinem, quam ex ijs pueri ediſcunt, per alimoniam lactis nutricum mores ac natura*

una

una cum lacte ipſo pueris infunduntur. Locus item & aer animantibus uim ſuam ac naturam præſtant. Qui quidem mores ac natura animantibus ipſis quod uiuent inſunt, aut certe quamdifficulter amouentur. Id quod probè ac doctè Homerus. Itemque Virgilius aſſeuerantes ſcribunt. Ille quidem Illiad. libro decimo-ſexto Achillem iam grandem natu à Patroclo increpitum facit ueluti a mare & in aſperis locis genitum, ac mores ac naturam, quos à loco & genitrice ſuſcepiſſet, adhuc grandis natu retineret, quia Græcis periclitantibus ſuppetias ire abnuiſſet. Vbi ad uerbum translata ſententia ſic eum Patroclus alloquitur.

Non quidem tibi pater fuit nobilis Peleus
Neque Thetis mater, ſed glaucum te genuit mare.
Et cautes celſæ, quoniam tibi animus eſt immitis.

Hic uero Aeneid libro quarto Didonem Aeneæ itidem grandi natu hæc eadem exprobantem inducit, & uel educationem nutricationis tamquam aſperam criminatur inquiens.

Nec tibi diua parens generis, nec Dardanus auctor.
Perfide, Sed duris genuit te cautibus horrens.
Caucaſus, hyrcanæque admorunt ubera tigres.

Cicero quoque & Quintilianus alijque omnes in educatione oratoris præcipuas nutrices adhiberi iubent, quarum ſermo ante omnia non ſit uitioſus ac turpis, ſed honeſtus, pudicus, & ſobrius, ſi forte matres lactis defectu filios ſuos ſuis uberibus alere nequeunt. Cum per obſequium uberum natura ex alia in aliam

mutetur.

mutetur. Quare præclare Chryſippus nutrices ſapientia præditas, ſi fieri poteſt, aut certe uita integras eligi iubet. Et Hieronymus ad Athletam ſcribens, Nutrix, inquit, non ſit temulenta, non laſciua, non garula, ut puer probitati à teneris aſſueſcat, optimisque moribus imbuatur. Seneca item libro ſecundo de ira, probos & placidos præceptores, & pædagogos, & nutrices pueris tradi oportere ait. Nam proximis applicatur quod tenerum eſt, & in eorum ſimilitudinem creſcit. Nutricum & pædagogorum retulere mox in adoleſcentia mores. Sed quanto melius agerent matres ſi ipſæmet ſuis uberibus filios ſuos lactarent, & non eos alijs traderent alendos. Pecudes ubera ad fœtus commodum atque uſum lacte diſtincta gerunt, eum alere geſtiunt, mulieres nonnullæ ad delicias, & ad libidinis incitamenta. Quaſi uero natura ea non ad prolis utilitatem, ſed ad delicias & pectoris ornamentum mulieribus præſtiterit, ſed dicet quis, quid refert hoc an illo lacte alatur infans, modo uiuat & adoleſcat? Dicat etiam hic, nil refert hoc an illo ſemine, & in hoc an in illo utero concipiatur. Quæ prodigioſæ mulieres ſiue deſidia ac tædio affectæ, ſiue, ut commodius petulantiæ & luxui uacent, ut primum enixæ fuerint humanæ ſocietatis iura diſſoluentes, cum nulla ſibi in filios ſuos charitas, nulla dilectio ſit, fœtum ipſum ab ſeſe abijciunt & ablegant, ac cuique uel improbæ nutrici alendum, uerius perdendum tradunt, ut potius iniuſtam atque impiam nouercam, quàm matrem agant, nam ut

plurimum

plurimum ſeruilis, & plerumque Barbaræ conditionis adhiberi ſolet. Atque huiuſmodi ſuperbæ, iracundæ, arrogantes, effrontes, blaſphemæ, inuerecundæ, loquaces, ebriæ, uanæ eſſe ſolent & impudicæ. Vnde non modo huiuſmodi germani fratres, ac ſorores uaria inter ſe ingenia habeant, ſeque inuicem pariꝰ diligát, præſertim cú ſinguli ſingulas ſint ſortiti nutrices, ſed etiá á parentibus, quos ſecundú Deum colere deberent, animo ſolent eſſe diſiuncti. Sed nec mirú ſi materna pietate ſublata natum infantem ab ſe abijciunt & amandant, cum longe maius erratum ac facinus patrent. Nam earum quædam crebro per urbem uehiculis inuectæ ita quatiuntur, ut fœtus ipſi iam in utero concepti facile aboriantur. Aliæ eo indumentorum genere diaboli inuento utuntur, ut potius thoracatæ militari more, quàm indutæ uideantur, ita ut uel ipſæ facile abortum faciant, fœtumque ex utero abigant. Quæ impudentia atque impietas monſtrum eſt non uitium. Nempe non ſatis æxtimari poteſt quanta laude dignæ quantumue Deo gratæ ſint mulieres, quæ, quia ineſt eis uiua illa ipſa & uera ac ſyncera materna charitas & dilectio, ſuis uberibus liberos ſuos educant. Qualis inter cæteras, fuit pudiciſſima & honeſtiſſima illa Graxia, quæ & ſi admodum iuuenis ac tenella fuerit, licet nobiliſſima & ditiſſima filijs ſuis non nutrices, non alienum hac adhibuit, ſed ipſamet proprijs uberibus eos aluit. Vidi in Cœlio monte in ædibus ſanctorum Ioannis & Pauli Sarcophagum in ſuam ipſius præcipuam &

B ſempiter-

ſempiternam laudem a uiro ſuo his literis inſcriptum. Graxiæ Alexandriæ inſignis exempli ac pudicitiæ, quæ etiam filios ſuos proprijs uberibus educauit. Pudens Aug. lib. maritus merenti uix. ann. xxiiij. M. iij. D XVI. Atque utinam mulieres & hanc, & Corneliam Gracchorum, & Aureliam Cæſaris, & Attiam Auguſti matrem, aliasque clariſsimas & pudiciſſimas Romanas matronas imitarentur. Quæ licet ethnicæ eſſent & idolatræ naturæ tamen leges ſeruantes ingenti in filios ſuos charitate, & incredibili dilectione tenebantur, ac cuncta muliebria ornamenta in hoc uno ſtatuerunt, ut liberos ſuos bene educarent, proprijs uberibus ipſos alentes. Atque & ipſæ, & aliæ eiuſmodi, & earum uiri filios ſuos ueras uirtutes optimosque mores docebant, & urbanitatem, Quæ ait Quintilianus, illa eſt, in qua nihil abſonum, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum neque ſenſu, neque uerbis, neque ore, geſtuuè poſſet deprehendi. Necnon ipſos ad bonas literas ingenuasque diſciplinas incitabant, & eruditos illis præceptores adhibebant. Tantaque cura & dilectio fuit Corneliæ in liberos ſuos, quo eos quamoptime & ſplendide educaret, ut cuidam Campanæ opulenti matronæ ornamenta ſua oſtentanti dixerit, hæc ornamenta mea ſunt, Gracchos pueros oſtendens. Et Ptolomei regis nuptias reſpuens in uiduitate uiuere maluerit, licet ille regni & diadematis cōmunicationem offerret. Neque etiam eā fugerat illud Portiæ Catonis cenſorij filiæ clarum dictum. Caſta matrona

trona non niſi ſemel nubit. Quæ Cornelia ſemper probos & exquiſitos utriuſque linguæ magiſtros liberis ſuis delegit, qui eos bonis literis & moribus imbuerent: ita & Aurelia, & Attia, aliæque egerunt. His & eiuſmodi pudicis & honeſtis mulieribus curæ erat manere domi, uiros ſuos, ut par eſt, colere, pudicitiam, et caſtitatē ſeruare, ſuis inſeruire liberis, manibus colū, fuſum, & acum, & in gremio calathū in cubiculo uel in medio ædium inter pediſequas tenere, trahere penſa, pectere lanas, & linum, & texere telas. Huiuſmodi mulieres a Salomone in prouerbijs laudantur. Laudatur & anna uxor Thobiæ, quòd quotidie in textorio opere uerſaretur. Qualis etiam fuit, præter cæteras, Lucretia illa nobiliſſima pudicitiæ exemplar, quæ, ait Liuius libro primo, non in conuiuio & luxu tempus terebat, ut quædam facere aſſolent, ſed nocte ſera dedita lanæ inter lucrebantes ancillas in medio ædium ſedebat. Cato cenſorius in libro de re ruſt. prohibet mulieres huc & illuc, ac per alienas ædes uagari. Monet Hieronymus Lætam, ut filiam lanam facere, tenere colum, & fuſum, ponere in gremio calathum, rorare fuſum, ſtamina pollice ducere inſtituat. Auguſtus, ait Suet. filiam & neptes ita inſtituit, ut etiam lanificio aſſuefaceret, uitaretque loqui, aut agere quicquam niſi propalàm, & quod in diuturnos commentarios referetur. Et quidem Romani, ait Plut. in Romulo, uxores ad nullum aliud opus, quàm ad lanificium ducebant. Et Sabini cum Romanis pacem inientes percuſſo fœde-

re conuenerunt de mulieribus, ut nulla alia in re uiris, quàm in ijs, quæ ad lanificium pertinerent, operam ſuam nauarent. Sponſæ, ut idem in quæſt. & Varro, & Plinius libro octauo tradunt, colum & fuſum ſecum inferebant, & uirorum ianuam lana coronabant ac cingebant, & in pelle lanata ſedere ſolebant, quòd ſe in lanificio exercere deberent. Quales uel Homerus principum & clarorũ uirorum coniuges fuiſſe ſcribit. Hæc ſunt mulierum officia, nõ tota die per urbẽ rhedis inuehi, non cytharas & liras, non uulgares libellos ob ſcœnis amoribus & fabulis refertos tenere, ut nũc pleræq; uanæ mulieres facere aſſolent, non pſallere, et Corybantiũ more ſaltare & cãtare, non uanis ornamẽtis, nõ lacinijs & polimitis delectari, quæ, ut oſtẽdi, ſunt inſtrumẽta luxuriæ. Cõſiderabant illæ.n. quòd, ut Cicero Offi. 1. ſcribit, graues blandiſſimæq; dominæ cogitationũ libidines ac uoluptates maiores partes animi à uirtute detorquẽt, et infinita quædã cogunt atq; imperãt, quæ expleri ac ſaturari nullo modo poſſunt. Conſiderabant etiã quòd nec ueſtimentorũ nitor, & delicioſus cultus, neq; excellentia pulchritudinis, neq; aurei ornamẽti magnitudo tantũ ualent ad mulieris laudẽ, quantum modeſtia in rebus, et ſtudiũ honeſte, decoreq; uiuẽdi, et liberos ſuos quàm ſplẽdide educãdi. Qua ex re ingentẽ atq; immortalẽ laudẽ & ſibi, & liberis ſuis compararũt. Nunc quædã lanam & linũ facere, ac nere, & dedignantur, & erubeſcunt. Sed bombicum telas, & ſerum uellera, & aurum in fila lenteſcens peramant:

Taliaque

Taliaque ueſtimenta parant, non quibus pellatur frigus, ſed quibus ueſtita corpora nudentur. Vtque magis ad petulantiam & libidinem excitentur, mero calent, ignoto olim Romanis mulieribus, & libidinoſos uulgares libellos curioſe lectitant. Sed de puerorum alitura Phauorinus Philoſophus apud Gellium libro duodecimo mulierem quandam puerperæ matrem alloquens, quæ infantem nutrici adhibitæ alendum tradere ſtatuerat, hunc in modū prudentiſſime diſſeruit. Oro te mulier ſine eam totam integram eſſe matrem filij ſui. Quod eſt hoc contra naturam imperfectum, atq; dimidiatum, matris genus peperiſſe, ac ſtatim ab ſe ſe abieciſſe? Aluiſe in utero ſāguine ſuo neſcio quid, quod non uideret, non alere nunc ſuo lacte quod uideat iam uiuentem? Iam hominem? Iam matris officia implorantem? An tu quoque putas naturam feminis mammarū ubera quaſi quoſdam næuulos uenuſtiores non liberorum alendorum, ſed ornandi pectoris cauſa dediſſe? Sic enim quod a uobis ſcilicet abeſt, pleræque prodigioſæ mulieres fontem illum ſanctiſſimum corporis generis humani educatorem arefacere & extinguere cum periculo quoque uerſi corruptique lactis laborant, tanquam pulchritudinis ſibi inſignia deuenuſtet. Quod quidem faciunt eadem uecordia, qua quibuſdam commentitijs fraudibus nituntur, ut fœtus quoque ipſi in corpore ſuo concepti aboriantur, ne æquor illud uentris irrugetur, ac de grauitate oneris, ac labore partus fatiſcat. Quod cum ſit publica deteſtatione, com-

muniſque odio dignum,in ipſis hominem primordis,dũ fingitur,dum animatur,inter ipſas artificis naturæ manus interfectum iri: quantulum hinc abeſt iam perfectum,iam genitum,iam filium,proprij,atque conſueti, atque cogniti ſanguinis alimonia priuare. Sed nihil intereſt (hoc enim dicitur) dum alatur & uiuat,cuius id lacte fiat.Cur igitur iſte,qui hoc dicit,ſi in capeſcendis naturæ ſenſibus tam obſurduit, non id quoque nihil intereſſe putet,cuius in corpore, cuius ex ſanguine concretus homo, & coalitus ſit? an qui à ſpiritu multo ex colore exalbuit, non idem ſanguis eſt nunc in uberibus, qui in utero fuit? Nonne hac quoque in re ſolertia naturæ euidens eſt, quod poſteaquam ſanguis ille opifex in penetralibus ſuis omne corpus hominis finxit aduentante iam partus tempore in ſupernas ſe partes profert,& ad fouenda uitæ, atque lucis rudimenta præſto eſt, & recens natis notum & familiarem uictum offert? Quamobrem non fruſtra creditum eſt ſicut ualeat ad fingendas animi atque corporis ſimilitudines uis, & natura ſeminis non ſecus ad eandem rem lactis quoque ingenia & proprietates ualere. Neque in hominibus id ſolum, ſed in pecudibus quoque animaduerſum. Nam ſi ouium lacte hœdi, aut caprarum agni alerentur, conſtat fermè, in his lanam duriorem, in illis capillum gigni teneriorem. In arboribus etiam & frugibus maior plerumque uis & poteſtas eſt, ad earum indolem uel detractandam uel augendam,atque terrarum,quæ alũt, quàm

quàm ipſius, quod iacitur, ſeminis, ac ſæpe uideas arborem lætam & nitentem in locum tranſpoſitam deterioris terræ ſucco deperiſſe. Quæ (malum) igitur ratio eſt nobilitatem iſtam nati modo hominis corpuſque & animum benignè ingenitis primordijs inchoatum inſitiuo degenerique alimento lactis alieni corrumpere? Præſertim ſi iſta, quam ad præbendum lac tunc adhibebitis, aut ſerua, aut ſeruilis, &, ut plerumque ſolet, externæ atque Barbaræ nationis, ſi improba, ſi informis, ſi impudica, ſi temulenta eſt. Nam plerumque ſine diſcrimine quæcunque id tempus lactans eſt adhiberi ſolet. Patiemur ne igitur infantem hunc noſtrum pernicioſo contagio infici? Id hercle ipſum eſt, quod ſæpenumero miramur quoſdam pudicarum mulierum liberos parentum ſuorum, neque corporibus, neque animis ſimiles exiſtere. Scite igitur & peritè noſter maro, quod cum uerſus illos Homeri conſectaretur.

οὐκ ἄρα σοίγε πατὴρ ἦν ἱππότα πηδεύς.
οὐδὲ θέτις μήτηρ, γλαυκὴ δέ σ' ἔτικτε θάλασσα
πέτραιτ' ἠλίβατοι. ὅτι τοι νόος ἐςὶν ἀπηνής.

Nõ partitionẽ ſolam, tanquã illã, quã ſequebatur, ſed alituram quoque feram & ſæuam criminatur. Addidit enim hoc de ſuo, Hyrcanæque admorunt ubera tigres. Quoniam uidelicet in moribus moleſcendis magnam ferè partem ingenium altricis, & naturæ lactis tenet. Quæ iam à principio imbuta paterni ſeminis concretione ex matris etiam corpore & animo rece-

tem indolem confingunt. Et præter hæc autem quî illud etiam negligere aſpernarique poſſit, quod quæ partus ſuos deſerunt, ablegantque ab ſe ſe, & alijs nutriendum dedunt, uinculum illud coagulumque animi atq; amoris, quo parentes cum filijs natura conſociat, interſcindunt, aut certe quidem diluunt deteruntque. Nam ubi infantis aliorſum dati facta ex oculis amolitio eſt, uigor ille maternæ flagrantiæ ſenſim atque paulatim reſtinguitur, omniſq; impacientiſſimæ ſolicitudinis ſtrepitus conſileſcit. Neque multo mitior amandati ad nutricem aliam filij, quàm morte amiſſi obliuio eſt. Ipſius quoque infantis affectio animi, amoris conſuetudinis in ea ſola, unde alitur, occupatur. Et proinde ut in expoſitis uſu uenit, matris, quæ genuit, neque ſenſum ullum, neque deſiderium capit. Ac præterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis elementis quicquid ita educati liberi amare patrem atque matrem uidentur, magnam ferè partem non naturalis ille amor eſt, ſed ciuilis, & inopinabilis. Cornelius item tacitus de uetere illa laudabili educandorum liberorũ ratione ita ſcribit. Iam primum ſuus cuique filius ex caſta parẽte natus, nõ in cella emptæ nutricis, ſed in gremio ac ſinu matris educabatur, cuius præcipua laus erat tueri domũ, & inſeruire liberis. Eligebatur aũt aliqua maior natu propinqua, cuius probatis ſpectatiſq; moribus omnis cuiuſque familiæ ſoboles cõmitteretur, corã qua nec dicere fas erat, quod turpe dictu, nec facere quod inhoneſtum factu uideretur. Ac nõ ſtudia moreſq; ſed remiſſiones

etiam

etiam luſusq; puerorum ſanctitate quadam, ac uerecũdia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, *ſic Aureliam Cæſaris, ſic Attiam Augusti matrem præfuiſſe educationibus, ac produxiſſe principes liberos accepimus. Quæ diſciplina ac ſeueritas eò pertinebat ut ſyncera & integra & nullis prauitatibus detorta uniuſcuiusque natura, toto ſtatim pectore corriperet artes honeſtas, & ſiue ad rem militarem, ſiue ad iuris ſcientiã, ſiue ad eloquentiæ ſtudiũ inclinaſſet, id ſolum ageret id uniuerſũ hauriret.* At nunc *natus infans delegatur græculæ alicui ancillæ, cui adiungitur unus aut alter ex omnibus ſeruis plerumq; uiliſſimus, nec cuiquã ſerio miniſter accomodatus, horum fabulis & erroribus teneri ſtatim, & rudes imbuũtur. Nec quicquã in tota domo penſi habet, quid corã infante domino, aut dicat, aut faciat: quando etiã parentes ipſi nec probitati, nec modeſtiæ paruulos aſſuefaciunt, ſed laſciuiæ & libertati. Per quæ paulatim impudentia irrepit, & ſui cõtentus. Ideo uero propria & pecularia huius urbis uitia penè in utero matris cõcepti mihi uidentur hiſtrionalis fauor, & gladiatorũ, equorumq; ſtudia, quibus & obſeſſus animus quantulũ loci bonis artibus relinquit? Quotumquéq; inueneris, qui domi quicquã aliud loquatur? Quos alios adoleſcentulorũ ſermones excipimus, ſi q̃n auditoria intrauimus?* Nec *præceptores quidẽ ullas crebriores cũ auditoribus ſuis fabulas habẽt. Colligũt.n. diſcipulos nõ ſeueritate diſciplinæ, neq; ingenij experimẽto, ſed ambitione ſalutantiũ, ſed illecebris adulationis.*

Tranſeo

Tranſeo prima diſcentium elementa, in quibus & ipſis parum elaboratur. Nec in auctoribus cognoſcendis, nec in euoluenda antiquitate, nec in notitia uel rerum, uel hominum, uel temporum ſatis operæ inſumitur. Plato etiam libro quarto de Rep. *de puerorum educatione, præter cætera, ſic ait. Hoc unum magnum ſeruandum præcipimus educationem & eruditionem. Nam ſi bene educati, uiri moderati euaſerint facile omnia diſcernent, quippe educatio eruditioque bona ſeruata ingenia quoque bona efficit. Rurſusque bona ingenia educationem huiuſmodi conſecuta meliora etiam quàm prius euadunt, tum ad alia, tum ad filios generandos, quemadmodum in cæteris animantibus. Et paulopoſt. Quale cuiuſque fuerit puerilis educationis initium, talia fore etiam quæ ſecuntur. nam ſimile ſemper ſimile prouocat. Et libro quinto iubet, ut nutritio quàm ſimillima generationi adhibeatur. nam ex diſſimili nutritione animus a ſui generis claritate degenerat. Et libro ſexto ait. Natura optima ſi ſub aduerſa forma nutriatur deterior euadit, quàm ignaua. Hac ratione animi præſtantiſſimo ingenio præditi ſi male fuerint educati peſſimi fiunt, atque infanda ſcelera & extrema nequitia non ex ignauo potius ingenio, quàm generoſo educatione corrupto procedũt. Et libro ſeptimo plura de educatione puerorum differens, præter cætera ait. Exiſtimandum eſt rectam educationem & corpus & animam quampulcherrima & optima reddere. Et libro quinto de legibus. Audacia parit impudentiam.*

pudentiam. Et libro ſeptimo. Puer eſt omni beſtia intractabilior, nam cum prudentiæ fontem nondum perfectum habeat inſidioſiſſimus eſt, & petulantiſsimus omnium beſtiarum, ideo multis quaſi frenis uinciendus eſt. Et rurſum. Deliciæ difficiles, moroſos, & iracundos, & leui de cauſa excitabundos iuuenum mores efficiunt. Contra uero nimia ſeueritas atrox abiectos & illiberales, & humana peroſos facit, & ad humanam conſuetudinem ineptiſſimos reddit. Et in Ache. Filijs bene maleue inſtitutis uniuerſa domus paterna eodem modo gubernabitur, quo filij affecti ſunt. Quibus & pulchra nomina imponi in Theag. Iubet. Et Ariſtot. Pol. libro quarto ait. Pueri propter delicias neque in ſcholis præceptoribus obediunt. Item Terentius Omnes deteriores ſumus licentia. Et rurſus. Adoleſcens quàm in minima ſpe ſitus erit, tam facillimè patris pacem in leges conficit ſuas. Theano quoque Crotoniata Pythagoræ uxor Philoſophiæ ſectatrix multa ac pulchra ſcituque digna de pueris educandis ſcribit, digna inquam utique uirili prudentia ac ſapientia, ait quidem ad Eobolam ſcribens. Audio te pueros delicatè educare, ſed certè optimæ genitricis eſt liberos non delicioſè & licenter enutrire, ſed modeſtè ac ſobriè. Animaduerte obſecro ne non diligentis, ſed adulantis opus agas. Siquidem uoluptuoſa educatio pueros aſſentatores reddit. Quid ſuauius iuuenibus domeſtica uoluptate? Oportet equidem puerorum educationem carere peruerſitate. Naturæ autem peruerſitas

uerſitas eſt cum pueri animo fuerint uoluptarij, corpore uero delicati ac molles, laboreſque omnes effugerint ac molliores euaſerint. Oportet autem cum educantur exercere eos ne terribilia metuant, ſiue cum affligi, ſiue cum laborare opus fuerit, ne turpium affectuũ ſerui reddantur. Nam ob uoluptates guloſi efficiũtur, & ob deſidiam labores effugiunt. Debent pueri res honeſtas ſummopere complecti, abſtinere a uitijs, & perſeuerare in uirtutibus. Cauenda eſt pueris ciborũ ſacietas, & ſuptuoſa uoluptas, & ſuperflua licentia ludorũ. Neq; permittendi ſunt, ut intẽperatè & impudenter in ludis ſe ſe exerceant, neq; ut omnia dicant, aut agant. Neq; metuas ſi interim plorent, neq; læteris & rideas cũ nutricem pulſauerint, aut tibi maledixerint. Neq; in æſtate frigus, aut in hyeme calorem ſuppedites, aut multas delicias, quibus inopes pueri omnino carent. qui quidẽ facilius educantur, & creſcunt nihilominus, ac longe meliores efficiuntur. Tu uero uelut ſardanapali progeniem educas pueros, marium naturã uoluptatibus effeminas. Quid. n. faciet aliquis puero, qui niſi celeriter comedat, plorat, & ſi comederit, delectabilia obſonia querit? Quòd ſi æſtũ ſenſerit, debilitatur, ſi frigus, cõcidit, ſi obiurgatur, reluctatur; & niſi ei ad uoluptatẽ res adminiſtrabuntur, triſtatur: & ſi non præmanſum in os inſeratur, ægreſcit, & ad uoluptatem prauo ocio utitur, ac molliter & effeminatè circũagitur. Studioſè autẽ cum ſcias quòd pueri deliciantes dũ pubeſcunt in uiros mãcipia reddentur, huiuſmodi uoluptates auferas, & edu

cationem

cationem auſteram,non delicatá adhibeas.Ac permit tas eos famam,ſitim,frigus.æſtú,& erubeſcentiá pati, & ab æqualibus & á præceptoribus.Sic.n.& exercē tur animo impigro,& corpore adoleſcant. Labores.n. quædá corroboramenta ſunt pueris ad uirtuté, quibus imbuti quod ſatis ſit,uirtutis coloré apprehendunt.Vi de igitur ne quéadmodum uites malè cultæ fructú non afferunt: ita propter delicias pueri petalantiæ & mul tarú nugarum malitiam gignunt. Ariſtoteles etiá pue ris conducere ait interdum plorare, & iuxta famem ac ſitim,iuxtaque frigus & æſtum pati. Et Varro de liberis educandis apud Nonium Marc.ait.At puer ci bo utatur modico,& idoneo,& uitet acria, ut eſt ſina pi,cæpa,allium.Et rurſus Mihi puero modica una fuit tunica.Et rurſus.Remouendi ſunt pueri á conſuetudine prauorum puerorum, & ut in grege opilio oues minus idoneas remouere ſolet, quas reiculas appellat. Sæpe enim unus puer petulans atque impurus coinquinat gregem puerorum. Item Seneca libro ſecundo de ira. Calentibus ingenijs ſubtrahatur uinum, quod Plato putat pueris negandum, & ignem uetat igne nutriri. Nec cibis quidem implendi ſunt, diſtenduntur enim corpora, & animi cum corpore intumeſcunt. Et Gellius libro quarto. Pueros impuberes compertum eſt ſi plurimo cibo,nimioquè ſomno uterentur,heb etiores fie ri,animaduertimuſquè hinc elici tarditatem, corporaquè eorum improcera fieri,minuſque adoleſcere. Idem plerique alij medicorum philoſophorumque, & m.

Varro

Varro in libro de pueris educandis tradiderunt. Itaque parentes ſiue incuria ob licentiorem delicioſamq; educationem, ſiue auaritia, ſiue utraque liberos ſuos, qui, quòd nondum ratione uti, nec bona ac mala diſcernere ſciunt, facile a recta honeſtaque diſciplina ad luxum uoluptatesque, & ad omnia mala patranda, ad quæ ſuapte natura ſunt propenſi, & ad ſummam dementiam dilabuntur & corruunt, indieſque deteriores fiunt, contra omnium bonorum conſilium, imo contra pietatis & humanitatis iura, atque etiam contra diuinam legem, rudes, ignorantes, ac brutorum ſimiles animantium adoleſcere permittunt. Nam præclara puerorum ingenia ob mollem & effeminatam educationem obtuſiora & hebetiora fiunt, & ad bonarum artium ſtudia minime idonea redduntur, ut probè ac peritè Quintilianus libro primo ſcribit, qui ait. Plures reperies & faciles in excogitando, & ad diſcendum promptos. Quippe id eſt homini naturale; ac ſicut aues ad uolatum, equi ad curſum, ad ſæuitiam feræ: ita nobis propria eſt mentis agitatio, atque ſolertia, unde origo animi cœleſtis creditur, hebetes uero & indociles non magis ſecundum naturam homines eduntur, quàm prodigioſa corpora, & monſtris inſignia, ſed hi pauci admodum. Fuerit argumentũ, quod in pueris elucet ſpes plurimorum, quæ cum emoritur ætate, manifeſtum eſt non naturam defeciſſe, ſed curam. Quamobrem ſi ipſis parentum cura & diligentia non defuerit, & a pueris optimum contingerit ſortiri

tiri

tiri præceptorem intra quintúdecimum annum haud dubio multum in literis proficient, quales permulti ex-titerunt. C. Cæſar, ait Suet. a puero & ab adoleſcentia & metro & ſoluta oratione quædam compoſuit. Octa-uius Auguſtus, ait idem, duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro concione, & Tiberius Cæſar nonum natus annum defunctum patrem pro ro ſtris laudauerunt. Gordianus, ait Capitolinus, pueru-lus multa & metrica ratione, & ſoluta oratione ſcri-pſit. Allius flauus, ait Seneca libro ſecundo controuer ſiarum, puer prætextatus notus fuit populo Romano eloquentia, declamauit enim ſæpe. Demoſthenem, ait Quintilianus libro duodecimo, puerum admodum a-ctiones populares habuiſſe manifeſtum eſt. Caluus, & Cæſar, & Pollio multo ante quæſtoriam omnes æta tem grauiſſima iudicia ſuſceperunt: & prætextatos egiſſe quoſdam traditum. Debent itaque parentes, qui patris & matris, non uitricis & nouercæ officio fun-gi uolunt, filios ſuos rectè educare, in timore domini erudire, ad modeſtiam, cæteraſque uirtutes, & ad lite-rarum ſtudium incitare, curareque ut eas ediſcant, deterrere a uitijs, alienæ uitæ exempla illis proponere, alia quæ uitent, alia quæ ſequantur. Qui uero aliter ſe gerunt & ſuas & filiorum animas æterno & in extin guibili igni in interitum tradunt. Nam quæcunque filij parentum incuria delinquunt a parentibus ipſis requiruntur, quibus Deus illorum animas cuſtodien-das commiſit. Nec præterea eſt quod miremur ſi hu-iuſmodi

iuſmodi parentes in ſenectute à filijs ſuis deſeruntur, qui ſenectæ parentum baculus, domus anchora, & columna familiæ eſſe debent, cum ipſi liberos ipſos ſuos peſſimè educauerint, licentia & delitijs perdiderint, ob negligentiam, & auaritiam rudes, ignorantes, & improbis moribus affectos adoleſcere permiſerint, eisque uitæ exemplum, cum non benè uixerint, minimè præſtiterint. Inijcerent inſuper huic rei oculum ij, qui filijs ſuis non animi dotes, ſed fortunæ bona, uerius ludibria comparare annituntur, permultos fuiſſe, qui licet magnas opes illis comparauerint, magnamque pecuniarum ſummam & in numerato & in nominibus, quæ iam multa fecerant, reliquerint, tamen quia malè fuerunt educati, & bonarum literarum ignari deſidiæ & ludis uacantes luxu & delitijs diffluentes, breuique patrimonium omne ligurientes & decoquentes conditionem ſuam deteriorem fecerunt, a ſtatuque diſceſſerunt, ac grande æs alienum ſuũ conflauerunt. Quod diſſoluendo cum non eſſent, uerſuramque facientes ad aſſem redacti ſunt, & turpiter ac miſerabiliter uixerunt. Hæc pauca de puerorum alitura & educatione dicere habui. Nunc uero reliqua proſequamur. Secunda autem cauſa cur bonarum literarum ſtudium contennitur, neque adeo in eis proficitur, docentium uitio eſſe manifeſtum eſt. Nam noſtra ætate pauci admodum ſunt, quod abſque nimio animi ancore dicere non poſſumus, qui latinas literas docere ſciant. Nullam enim docendi normam modumque ſeruare

uare ſciunt. Namque plerique cum parum, aut nil prorſus eruditionis habeant literarum ludum quæſtus gratia aperiunt. Quos doctos ac peritos eſſe & Quintilianus, & alij omnes uoluerunt, ratioque ipſa expoſcit, qui pueros quàmoptime docere ſciant. Ipſi præterea pædagogi, qui, ut par eſt, eruditi eſſe deberent, ne in literarum eruditione malis pro bonis pueros imbuãt, licet ſe nõ eruditos eſſe ſciant, ſe tamẽ eruditos eſſe mentiuntur. Qui, ut Quintilianus ſcitè ait, aut ſint eruditi planè quam primam eſſe curam uelim, aut ſe non eſſe eruditos ſciant. Nihil enim peius eſt ijs, qui paulum ultra primas literas progreſſi falſam ſibi ſciẽtiæ perſuaſionem induerunt, & cedere præcipiendi peritis indignãtur, & iure quodam poteſtatis, quo ferè hoc hominum genus intumeſcit, imperioſi, atque interim ſæuientes ſtultitiam ſuam perdocent. Reperies *hac ætate pædagogos ac magiſtellos permultos, qui puerulos nondum plene legere ſcientes, non quidem artis grammaticæ rudimenta, quæ prorſus ignorant, ſed ſtultitiæ ſuæ nugamenta docent. Quinetiam eis præceptorum artis grammaticæ odium inſtillant, quaſi ea neceſſaria non ſit, ſed ſuperuacanea, ac ſine ea illos latinas literas docere temerè & inſulſe nimis arbitrantes. Quid de pronunciatione, quam & latini & Græci auctores non minoris, quàm grammaticam ipſam faciunt, dicam? Quæ, ut ſunt omnia deprauata, in barbariem uerſa eſt, unde & barbariſmus committitur: Quandoquidem literas ferè omnes putide, aut hiulcè,*

aut uaſtè, dure, ruſticè, aſperè, & Barbarè pronunciát. Nam Barbariſſimus eſt cum uerbum non eis literis & ſono pronunciatur, quibus pronunciari debet, cum litera æqualiter, preſsè, & leniter ſint pronunciandæ, ut Cic. alijq. & docent & præcipiunt. Superuacuú eſſet admonere, niſi his temporibus uerá ac germaná docendi ratioнē ab illa uetere & Romæ, & multis alijs Italiæ locis deſciuiſſe, ac grámaticá arté negligi, & pueros ob præceptorú & pædagogorú ignorátiam nil in literis proficere cernere. Qui præceptores & pædagogi imperiti primis grámaticæ artis rudimentis ac præceptis ueluti non neceſſarijs omiſſis, aut leuiter & negligenter attactis ſtatim ambitioſa quadam feſtinatione, ut Quint. ait, à poſterioribus incipiút. Et dum oſtétare diſcipulos circa ſpecioſiora malunt, cõpendio morátur. Nam cú eos paulatim nutricú more diſciplinæ, grámaticæq. artis cibo, dictatis per ſingulas eius normulas non ſemel tantú, ſed iterú, ac tertio, ſi opus fuerit, traditis, ut ab uſque tépore priſco inſtitutum eſt & factitatú, atq; etiamnú à bonis magiſtris fit, actutum grámatica ipſa omiſſa, aut, ut dudú dixi, leuiter & negligenter attacta in latino eloquio peritos, & elegantes reddere, quod fieri nequaquam poteſt, geſtiunt, epiſtolarum themata, quibus ornatè & eleganter loqui ediſcitur, illis tradentes, cum nondum latinè grammaticequè loqui ſciant Atque uſque adeo ab huiuſmodi negligitur ars ipſa grammatica, quam ne primoribus quidem labijs ipſi guſtarunt, ſed, ut dicitur, ut canis e nilo,

nilo, ut plerumque pueris, qui necdum nomina & uerba exactè declinare ſciunt, quod ipſum Quintilianus potiſſimum, & quidem iure, expetit: nec nomen cum uerbo rite connectere, neque adiectiuum nomen cum ſubſtantiuo copulare, neque relatiuum cum ſuperiore coniungere, quæ & ſi minima uideantur, ſine eis tamen maxima conſtare non queunt, & epiſtolarum themata dant, & graues ac multos auctores exponunt. Non ſuſpicientes fieri nequaquam poſſe, ut quis ornatè & eleganter loqui ualeat, qui latinè loqui neſcit. Id quod *Cicero in tertio de Orat. libro ſcribit. Neque enim, inquit, conamur docere eum dicere, qui loqui neſciat, nec ſperare qui latinè non poſſit, hunc ornate eſſe dictu rum: neque uero qui non dicat quod intelligamus, hūc poſſe, quod admiremur, dicere. Equidem grammaticā ipſam, quæ à multis inſulſe & inſcitè negligitur Quintilianus non modo omnino pueris, ſed etiam iis, qui iam in affecta ætate ſunt, perneceſſariam eſſe, ita libro primo ſcribit. Grammatica niſi oratori futuro fundamenta fideliter iecerit, quicquid ſuperſtruxeris corruet. Neceſſaria pueris, iucunda ſenibus, dulcis ſecretorū comes, & quæ uel ſola omni ſtudiorū genere plus habeat operis, quàm oſtentationis. Et rurſus iubet, ut non ſolum dum puer in ſcholis uerſatur, ſed quoad uiuet ei operam det, ait enim. Grammatices amor & uſus lectionis non ſcholarum temporibus, ſed uitæ ſpacio terminetur. Cicero quoque ad latine loquendum grammaticam artem neceſſariam eſſe paſſim oſtendit. Qui*

libro de Orat. Vbi non ut grammaticus pueros grammaticam docet, ſed ut orator ac rhetor oratoriæ artis præcepta tradit, quomodo latine ex arte loqui abſque errore poſſimus docet. Et ad Herennium libro quarto quomodo Barbariſmum & ſolœciſmum fugere debeamus omnino ad artem grammaticam, cuius ipſe diligentiſſimus fuit, nos mittit, ſine qua recte latine loqui non poſſumus. Id idem paſſim ſcribit Plato, ut alio in loco planius oſtendemus. Quid enim aliud eſt latine loqui, quid latinitas ipſa, niſi grammatica ars formulis præceptiſque quibuſdam conſtans? Quare toto errant cœlo, atque delirant, qui latinam linguam ex ſola auctorum lectione ſine grammatica adipiſci putant, quiue Romanos olim latine natura locutos, Gothoſque latinam linguam corrupiſſe nugantur. Sed hac de re uberius libro ſecundo. Colligunt etiam plerique ludi literarij magiſtri diſcipulos multos ſupra uires ſuas inſaciabili cupiditate lucrandi, quos, cum tantæ multitudini ſatisfacere nequeant, per uicarios docent, & horum quidē doctrina ac uita ſimulata pueros & adoleſcentus blandicijs alliciunt. Tantaque feſtinatione accelerant, ut teneris adhuc puerorum humeris, quos uel apud illorum parentes oſtentare uolunt, magnam molē apponant ferendam, grauiſſimos, & difficillimos, & eos permultos, uel rhetoricorū libros puerulis ipſis interpretantes. Qui ſi puerorum facultates, & auctorum difficultates internoſcerent, non eis, quaſi anfractibus, atque inuolucris quibuſdam ipſorum animos

mos implicarent. Quo fit, ut ueras literas nunquam aſſequantur. Nam ait Cicero de Orat. libro ſecundo, non poteſt in eo eſſe ſuccus diuturnus, quod nimis celeriter eſt maturitatem aſſecutum. Quinctiam quod literarum uim ac ſuauitatem minimum ſentiant, eis non obleſtantur. Immo uero non ſolum diſcendi tempus extrahunt atque detrectant, ſed etiam deſperatione quadam latini eloqui, bonarumque literarum ſcientiam deſpondentes: earum ſtudia, quæ amare maximopere deberent, oderint. Id idem de græcis literis accidit. Quòd ſiqui eiuſmodi ad ſtudia aliarum liberalium artium iuriſque ſcientiam ſe ſe conferunt, non adeo, aut nil prorſus in ipſis proficiunt: Quis enim uel mediocriter prudens ignorat, fundamento omiſſo, aut leuiter, ac temere iacto quicquid ſuperedificatum fuerit diu ſubſiſtere non poſſe, ſed ſubito caſu ruiturum? Nimirum ſine humanitatis ſtudijs, ſine latinæ linguæ grammaticæque artis peritia non poſſunt, quam cupiunt, aſſequi facultatem. Non eſt igitur grammaticæ arti indormiendum. Nam poſtquam ſemel præceptorum artis grammaticæ contemptum induerunt, onus etiá aliarum artium præceptiones ac leges diſcendi detrectant, & artes ipſas, neque ordine neque integre diſcunt, ſed fortuitu, unde non ſolidam doctrinam, ſed doctrinæ umbram quandam ex artibus ipſis quædam, quæ ad uſum mediocrem & ad oſtentationem conducere uidentur, decerpentes, manciſcuntur. Nulla enim doctrina, nulla ars perfecte comparari poteſt ratione

diſcendi aut neglecta aut confuſa. Quinetiam qui grãmaticam recte atque exacte non didicerũt, cæteras & humanas & diuinas diſciplinas audacissime corruperunt ſermonis genus ac filum non intelligentes. Vnde non ueras, ut dixi, ſed adulterinas ſententias auditoribus proponunt. Sed enim in cæteris artibus ſine grammatica de ſermone iudicari nequaquam poteſt. Quare refert Reipubl. pueros recte grammatica inſtitui, quo eruditi & ueri legisperiti iuriſqueconſulti euadant, & leges plene intelligant, refert & eccleſiæ Dei, quo ueri eccleſiæ doctores, & concionatores futuri ſint. Atque utinam Quintiliano uiro ſane docto ac perito & hac in re admodum experienti parerent præceptores & pædagogi. Qui multa & quidem perite, & accurate quæ ad literariam puerorum inſtitutionẽ ſpectant, tradidit, docetque non celeriter ac temere ſed paulatim in literarum eruditione pueros ali debere. Qui, præter cætera plane multa, atque adeo pulchra & utilia libro primo ait. Nomina declinare, & uerba imprimis pueri ſciant: neque enim aliter peruenire ad intellectum ſequentiũ poſſunt. Iubet ut & genera noſcãt, et caſus. Et rurſus. In pueris oratio perfecta nec exigi, nec ſperari poteſt. Ipſi præceptores teneras adhuc mẽtes more nutricũ mollius alant, & ſatiari ue luti quodã iucundioris diſciplinæ cibo lacteq. patiãtur. Et rurſum. Præceptoris opus eſt, cũ adhuc rudia tractabit ingenia nõ ſtatim onerare infirmitatẽ diſcentiũ, ſed tẽperare uires ſuas, & ad intellectũ audientiũ deſcen-

ſcendere. Nã ut uaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiã reſpuunt, ſenſim autem influentibus, uel etiã inſtillatis cõplentur. Sic animi puerorũ quantum excipere poſſint uidendũ eſt. Itẽ quæ ratio in prælegẽdis authoribus ſeruãda ſit, quique primi explanandi docens, non ſingulos quoſque auctores neque multos pueris prælegi deberi, ſed pro ætatis & captus menſura præcipit. Ait enim libro eodem. Pueris quæ maxime ingenium alant, atque animum augeant prælegenda, cæteris quæ ad eruditionem modo pertinent, longa ætas ſpatium dabit. Et rurſus. Oſtendit uſque a principio inſtitutum eſſe & factitatum, ut Virgilius, & ex Græcis Homerus primo legerentur, quo, inquit, teneræ mentes non modo quæ diſerta, ſed uel magis quæ honeſta ſunt diſcant. Ideoque *optime inſtitutum eſt, ut ab Homero atque Virgilio lectio inciperet: quamquam ad intelligendas eorum uirtutes firmiori iudicio opus eſſet, ſed huic rei ſupereſt tempus, nec etiam ſemel legentur.* Interim *& ſublimitate heroici carminis animus aſſurgit, & ex magnitudine rerũ ſpiritũ ducat, optimis imbuatur. Et rurſum lib. x. Apud Græcos Homerus, ſic apud nos Virg. auſpicatiſſimum dederit exordium. Et Aug. non modo Virgilium primo pueris prælegi approbat, ſed etiam eum mirandum immodum cõmendans cur primo ipſis prælegi oporteat ſcribit, ait enim lib. primo de ciuitate Dei. Nempe Virgilium propterea primum legunt, ut uidelicet poeta magnus, omniumque præclariſſimus, atque optimus*

 teneris

teneris ebibitus annis non facile obliuione poßit aboleri. Quem etiam uulgò doctiſſimum, quem ſapientiſſimum, quem ingenioſiſſimum, quem nobiliſſimum poetam appellat. Et Hieronymus in Micheam Virgilium ipſum poetam ſublimem, non Homerum alterum, ut Lucilius de Ennio ſuſpicatur, ſed primum Homerum apud latinos appellat. Alex. Seuerus, ait Lampridius, Virgilium Platonem poetarum uocabat. Sed de huius laude alias. Licet Quintilianus ipſe alibi Aeſopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proxime ſuccedunt, puerulis ſermone puro & nihil ſe ſupra modum extollente primum exprimi uelit, qua in re præceptoris iudicium opus eſt. Et certe ex bonorum poetarum, & præcipue Maronis uerſibus optima philoſophiæ præcepta pueris traduntur, unde pueri uirtutes edocentur, & abſterrentur a uitijs. Quod ipſum Plato quoque in Protag. docet, ait enim. Ludi magiſtri pueris, ubi literas didicerunt, poetarum imprimis excellentium opera prælegunt, atque ediſcenda proponunt, quibus monumenta quamplurima inſeruntur, priſcorumque uirorum uirtute præſtantium geſta laudantur, & puer æmulatione accenſus præclara maiorum facinora imitentur. Adde quòd uerſibus pueri uox emendatur, & pronanciatio formatur rectius, aures que delectantur, & ad iudicandum erudiuntur. Præterea pueri os debile ac tenerum balbumque poeticis lectionibus corrigitur. Id quod probe ac perite Horatius epiſtolarum libro ſecundo ſcribit. Terentium uero

uero alioſque comicos pueris prælegi Quintilianus nolit, ſed cum maturitas ætatis adeſt. Comœdia, inquit, quæ plurimum ad eloquentiam conferre poteſt, cum per omnes & perſonas ut affectus eat, cum mores in tuto fuerint, inter præcipua legenda eſt. Nimirum comœdia, quæ urbanitatis & facetiarum eſt plena, uitam humanam inſtituit. Ea enim diſcitur quid ſit in uita utile, quid contra euitandum. Eſtque, ait Cicero, imitatio uitæ, ſpeculum conſuetudinis, imago ueritatis. Et non auctores tantum, ſed etiam partes operis eligi uult Quintil. Nam Horatium, inquit, nolim in quibuſdam interpretari. Sed neque auctores interpretandi rationem, ut tum moris erat, docere eſt dedignatus, ut primo auctoris textus in quotidianum ſermonem ſoluatur, uel ſi auditoribus percipiendi facultas adeſt lectionis ſenſus latino ſermone claro ac ſimplici ſtylo eliciatur. Inde in ſtructura lectionis mutatis uerbis per ſecretiorem linguam, latina uocabula, quas græci gloſſas uocant, explicetur. Id quod *etiamnum ab optimis præceptoribus ſeruatur. a quibus bis terue repetitur lectio, quo facilius ac tenacius in puerorũ animos imprimatur. Quos manu, ut par eſt, docentes, quæ docent in morem nutricum ueluti tenuiſſimas particulas, ac minima manſa in ipſorum ora inſerunt. Atque, præter cætera, uolunt, ut pueri auctorum textus, quos ipſis elucidant, ſcribant, quo uerbis ſingulis gloſſas latina uocabula ſuperſcribant, ut præceptores mei, qui ueterem docendi rationem ſeruabant,*

habant, iubebant. Probat etiam multis rationibus Quintil. grauis locupleſque imprimis auctor, & experiens uir, utilius eſſe pueros in ſcholis publicis, ubi plures diſcipulorum claſſes ſunt, quàm domi priuatim erudiri: modo ludi magiſtri eruditi ſint, & optimam docendi rationem habeant, ac maiori ſe turba, quàm ſuſtinere poſſint, non onerent. Siquidem in ſcholis publicis, præter cætera, eos excitat æmulatio, parique iugo in ſtudijs omnes annituntur. Multaque grauia audiunt, quæ & ſi plene percipere non ualent, & eruditioribus leguntur, tamen adeo ipſis conducit ea audire. Quod ipſum uel Cicero ad leptam ſcribens aſſerit, ſeque cupere ait leptam puerum ſcriptis libri, cui titulus eſt orator, delectari, & ſi inquit, abeſt maturitas ætatis, iam tamen perſonare aures eius huiuſmodi uocibus nõ eſt inutile. Itẽ multa ſæpius audiũt, unde quæ primo nõ plene perceperunt, aut memoria exciderũt, eadẽ ſæpe intelligendo ipſorũ animis tenacius affigun tur. Equidẽ in ſcholis diſcipulorum claſſes, mea quidẽ ſentẽtia, neq; pauciores tribus eſſe debent, neq; plures quatuor. Et qui ſecundæ claſſis ſunt & ſui ordinis; & inferioris dictata cõponãt, qui uero tertiæ dictata ſecũdi ordinis, ita ut ſingulis diebus bina dictata cõponãt. Sic mei præceptores in ſuis ſcholis ſeruabant. Et certe olim cũ literarũ ſtudia longe plurimum florebant, & apud Græcos, & apud Romanos uel principũ ciuitatis liberi in ſcholis publicis triuialibuſq. a peritis præceptoribus, et grãmatica et rhetorica arte erudiebãtur.

Habebant

Habebant auté ſinguli nobiles domi pædagogos, qui pueros ad ſcholas, & aliò deducebant. Eſt autem pædagogus græcum nomen, & non is eſt, qui pueros grammatica, boniſque literis, liberalibuſque diſciplinis inſtituit, quem latini doctorem, & præceptorem, græci uero didaſcolon uocant, ſed is, qui pueros ſequitur cuſtodit, educat, ultrò citroque deducit & reducit: quem Iuuenalis ſat. Septima cuſtodem puerorum uocat. Et certe Leonides Alex. magni pædagogus fuit Ariſtoteles uero doctor ac præceptor. Et optimus præceptor Iſocrates, ſiue ut alij, Diogenes, cum uidiſſet puerum diſcipulum ſuum male moratum in eius pædagogum multa uerbera tergo impingit. Quos tamen pædagogos & Quintil. & alij eruditos eſſe iubent; qui pueros domi aliqua doceant, & quæ pueri in ſcholis à præceptoribus percepiſſent, ad illorum memoriam reuocarent. Illud autem nequaquam aſſerere auſim, quod quidam parum ſcite dicunt & faciunt. Ludi magiſtros epiſtolarum dictata, quæ diſcipulis traduntur, quibus ornate & eleganter loqui ediſcitur, non ſuo ingenio dictare, ſed è Ciceronis epiſtolis petere Nam turpe quidem eſt ludi magiſtris nihil ex ſe inuenire. Sicut neque declamationum themata ab alijs petenda ſunt. Id enim ex ignorantia & ingenij imbecillitate fit. Par eſt autem præceptores aut nouas materias reſque effingere, aut eas ex rebus, quæ indiem accidunt ſumere. Ciceronis autem filum potiſsime imitentur, uerba uero & elocutiones & ex eo,

&

& ex alijs eruant. Cæcutiunt etiam atque delirant illi, qui præcipiũt, ut pueri auctores, quos ipſis interpretantur, in uulgarem ſermonem exprimant. Sunt enim non uulgarè, ſed latinè, atque inde poſtea ornatè loqui & ſcribere aſſuefaciẽdi pueri, atque ideo ipſis per ſingulas artis grammaticæ regulas uulgaria dictata, & exinde epiſtolarum itidem uulgaria themata in ſingulos dies dantur, ut illa latinè, hæc ornatè & eleganter componere diſcant, non latina eis uulgaria ſunt facienda, quaſi eis uulgarè loqui & ſcribere ſit addiſcendũ. Non enim artes, earum opera deſtruendo, ſed efficiendo diſcimus, atque hic, non ibi, induſtria, labor, iudicium, ingenium, ſcientia, & ars opus eſt. Debet enim et, ait Quint. Solers & peritus præceptor diſcipulorum imprimis ingenia ac naturas ſedulè perſpicere, atque ingeniorum ipſorum diſcrimina notare, & quò quenque natura maxime ferat, ſcire. Nam eſt in hoc incredibilis quædam uarietas, nec pauciores animorum penè, quàm corporum formæ. Et ad cuiuſque naturam inſtitutio doctoris accomodanda eſt. Et in hos calcaribus, contra hos frenis utatur, exultantes uerborum audacia reprimens, detractantes & quaſi uerecundantes incitans, ut optimus præceptor Iſocrates factitare ſolebat. Cæterum præceptorum ac pædagogorum plerique non ad diſcipulorũ, ſed ad ſuũ ipſorum in docendo commodum animos attendunt, ut in auctoribus explicandis, quos pueri percipere nondum ualent, ipſi ſeſe exerceant & proficiant.

ſiciant. Imitanturq. malos medicos, qui alieno pericu lo medẽdi artẽ ediſcunt, ſed nec quidẽ prius, quàm aut multos perimant, aut certe morbos in longum protrahãt. Nonnulli alij, cum animum in diſcipulos minimũ intendant, quæ ſciunt haud nempe fideliter, ſed maligne diſpenſant, quo diutius ſua opera ſit eis neceſſaria. Qui quidem totum animum in diſcipulos dirigentes cũ benigna quadam ſyncera uoluntate, omnique ſtudio ac cura, laboris ac tædij æquanimiter patientes alumnos ſuos ceu filios (eſt enim bonus præceptor alter parens) non per uicarios, ut plerique id ætatis facere aſſolent, ſed per ſe informare atque inſtruere & bonis literis & moribus debent, atque quammaximè optare uniuerſa, ſi poſſent, in ipſos tranſfundere. bonam indolem nunc laudibus, ac crebris monitis, nunc uerecundia, & nonnunquam, ſi oportuerit, minis, non tamen contumelijs aut iracundia, erigentes, ignauiam deſidiamque puerorum diſcutere, ingeniumque pigrum & latens extrahere conentur. Etenim præceptoris diligentia & quotidiana aſsiduitas neceſſaria eſt, & puerorum memoria exercenda, quæ eſt omnium bonarum artium receptaculum. Atque, ut Cicero libro primo de Orat. ait, memoria eſt rerum omnium theſaurus, quæ excolendo, ſicut alia omnia, augetur. Breuiter tria omnino habere oportet is, qui alios erudire uult, ut ipſe eam, quam docere uelit, artem quamoptime teneat, habeatque quamoptimam docendi rationem, in quo iudicium uſuſque

 neceſſarij

neceſſarij ſunt, ut ſciant quid ſit puerilis ætatis, inde quod uniuſcuiuſque ingenium ſit & corporis conſtitutio, ſitque ei hac in re animus quamlibentiſſimus, ac promptiſſimus, & æquo libentique animo laborem ac tædium patiatur: quorum altero deficiente nihil prorſus agitur. Ipſe præceptor, ait Quintil. nec habeat uitia, nec ferat, cuius ſanctitas teneriores animos ab iniuria cuſtodiat, & ferociores a licentia grauitas deterreat. Non auſteritas eius triſtis, non diſſoluta ſit comitas, ne inde odium, hinc contemptus oriatur. Plurimus ei de honeſto ac bono ſermo ſit. Nam quod ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. Minime iracundus, nec tamen eorum, quæ emendanda erunt, diſſimulator, ſimplex in dicendo, patiens laboris, aſſiduus potius, quàm immodicus. Verberari autem pueros ob humanas diſciplinas aſſequẽdas licet a quibuſdam receptum ſit, Plato & noſtrorum multi nolunt. ait enim ille Reipub. *libro ſeptimo. Non decet liberum hominem cum ſeruitute diſciplinam aliquam acquirere: nam nulla animi uiolenta diſciplina eſt ſtabilis. Ergo non tanquam coactos pueros in diſciplinis, ſed quaſi ludentes enutrias, ut magis ad quod quiſq; ſit aptus poſſis cognoſcere. Et Varro de liberis educandis inquit. Remotiſſimum ad diſcendum formido ac nimius timor & omnis perturbatio animi; contra delectatio protelo ad diſcendum. Et Terentius in Adelph. Pudore & liberalitate pueros retinere ſatius eſſe credo, quam metu. Item Seneca. Generoſus animus rectius ducitur,*

quàm

quàm trahitur; nam pudore & monitis redditur melior. Quintil. etiam libro primo multis rationibus & exemplis probat pueros ob diſciplinas minime uerberari debere. Plutarchus quoque de pueris educandis pueros ad honeſta exercitia non plagis aut uerberibus ſed monitis & rationibus adduci oportere ait. Ob malos autem mores ſi monitis & conſilijs non emendantur, uerberandi ſunt. Id quod Salomon iubet, qui dicit uirgam pueris tribuere ſapientiam. Et Cicero Tuſc. libro tertio pueros & à parentibus & à magiſtris, cum quid deliquerint, & uerbis & uerberibus caſtigari oportere dicit. Summo itaque ſtudio cauendum eſt, ne pueri in eruditis uel negligentibus, uel inuidis uel ambitioſis uel lucrionibus hominibus docendi tradantur. Sunt enim non erudiendorũ puerorum, ſed perdendorum magiſtri. Quos uel potius deceptores, ac fœni meſſores diceres, quam bonarum literarum præceptores. Qua ex re duo mala emergunt, alterum quia pueri tempus nequicquam terẽtes nihil penitus literarum nanciſcuntur, ſed in ignorantia adoleſcunt, alterum quia parentes multa incaſſum in eiuſmodi re effundũt. Quot pueri eiusmodi ſunt (præſtant enim alij alios ingenio) ut in illis ipſis uiuidis pectoribus clara, uegeta, & auſpicata ingenia uigeant, uireantque integris ſenſibus, in occultoque latent, quæ tum parentum incuria & auaritia, tum præceptorum ignorantia uel negligentia obtuſiora redduntur & hebetiora. Atque utinam uigeret hac tempeſtate Romanorum illa cenſoria

ſtudia fouit, Romanamque iuuẽtutem literis liberalibuſque diſciplinis erudiri, atque ornari laborauit, ut artium profeſſores magno honore ſit proſecutus. Nam ait Suetonius, omnes medicinam Romæ profeſſos, & liberalium artium doctores, quo libentius & ipſi urbem incolerent, & cæteri appeterẽt ciuitate donauit. Et bibliothecas græcas & latinas quammaximas poſſet publicare deſtinauit data Marco Varroni cura comparandarum ac dirigendarum. Veſpaſianus, ait idem Suet. ingenia & artes uel maxime fouit. Primus è fiſco latinis græciſque rhetoribus annua centena conſtituit, præſtantes poetas nec non & artifices coemit. Traianus Romæ bibliothecas inſtruxit. Alex. Seuerus, ait lamp. bonarũ literarũ ſtudia, earumque ſectatores, fouẽs rhetoribus, gramaticis, medicis, cæterarumq. artiũ doctoribus ſalaria ex fiſco inſtituit, & diſcipulos cum annonis pauperũ filios modo ingenuos dari iuſſit. Theodoſius optimus Imperator & religioſiſſimus chriſtianus maximo tyranno uicto Romã cũ Valentiniano collega ingreſſus multum urbi, ut lib. 9. hiſtoriæ tripartitæ legitur, profuit, alia inſtituendo, alia utiliter auferendo. Ac, præter cætera, percupiens Romanam *glorioſ.m, ut ipſe uocat, adoleſcentiam Romanæ eloquentiæ doctrina, cæteriſque liberalibus diſciplinis inſtitui,* R*omanum Gymnaſium, ut libro nono Cod. Scriptum eſt, ubi literarum ſtudia quammaxime florere debent, quam optime diſpoſuit. Edixitque, præter cætera, omnium diſciplinarum peritos ac probos eligi magiſtros.*

Id ipſum Honorium eius filium egiſſe haud dubium cre dendum eſt. Qui in reformanda urbe Roma eiuſque mu ris reſtituendis ſolers fuit. Atque, ut libro decimo hi ſtoriæ tripartitæ ſcribitur, initio ſui Imperij monomachias, quæ Romæ celebrabantur, ſuſtulit, necnon, ut libro primo Cod. legitur, mathematicos ex urbe pepu lit. Proinde qui ex his, quæ pueris ad latinam linguã ediſcendam neceſſaria eſſe oſtendimus, non uidet latinam ipſam linguam ex arte grammatica conſtare, & ob id nequaquam fieri potuiſſe Romanos omnes cæte roſque latinos promiſcuè latine literate locutos fuiſſe, ſe literas prorſus neſcire oſtẽdit. Sed de hac re uberius lib. ij. Alia autem cauſa, cur bonarum literarum di ſciplinarumque ſtudia deſpiciuntur, culpa eſt diſcen tium. Siquidem puerorum plerique iam parentum in curia, ut expoſuimus, delitijs aliti ignauiam deſidiamque amplectuntur & gramaticam, aliaſque ingenuas artes, quæ non niſi magnis laboribus, aſſiduiſque ſtudijs acquiruntur, reſpuunt & ſtomachantur. Etenim niſi pro uirili parte ad ſtudia literarũ animum adiunxe rint eximio earum amore flagrantes in ipſis proficere non poſſunt, id quod probe Cicero Tuſc. lib. primo ſcri bit. Honos, inquit, alit artes, omneſque incẽduntur ad ſtudia gloria. Et Quint. libro primo. Studium diſcendi uoluntate, quæ cogi non poteſt, conſtat. Et rurſus. Mihi ille detur puer, quem laus excitet, quem gloria iu uet, qui uictus fleat, hic erit alendus ambitu, hunc mor debit obiurgatio, hunc honor excitabit, in hoc deſidiã

nunquam uerebor. Nempe inuitis, ut dicitur, canibus uenandum non eſt, ac fruſtra iaciuntur ſemina, niſi terra quamoptime fuerit ſubacta. Id ipſum Cicero ſæpe deſiderat, qui libro ſecundo de Orat. ait. Subacto mihi ingenium opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed nouato, & iterato, quo meliores fœtus poſſit, & grandiores edere. Subactio autem eſt uſus, auditio, lectio, literæ. Oportet igitur pueros, qui docti, eruditi, probi, & ſapientes euadere uolunt, ingenti literarum amore ac deſiderio teneri, & præceptores ſuos non minus, quàm ipſa ſtudia amare, ac reuereri, eoſque parentes ſuarum mentium credere. Qui animos ſuos bonis literis artibuſque ad humanitatẽ cæteraſque uirtutes informare atque inſtituere habeat. Multum enim, ait Quintilianus, & res ipſa loquitur, diſcipulorum in præceptorem ſuum amor ac pietas confert ſtudio. Nam & libenter audient, & dictis credent, & eſſe ſimiles concupiſcent. In ipſos denique cœtus ſcholarum læti & alacres conuenient, emendati non iraſcentur, laudati gaudebunt, ut ſint chariſſimi ſtudio merebuntur. Nam ut illorum officium eſt docere, ſic horũ præbere ſe dociles. Alioqui neutrum ſine altero ſufficit. Et ſicut hominis ortus ex utroque gignentium confertur, & fruſtra ſparſeris ſemina, niſi illa præmollitus fuerit ſulcus, ita doctrina atque eloquentia coaleſcere nequit niſi ſociata tradentis accipientiſque concordia. Etenim qui præceptorẽ ſuum ſpernit doctrina dignus non eſt, neque eam unquã aſſequi, nec quidem probus eſſe poteſt. Equidem uix

D 2 dici

dici poteſt quanti ſint faciendi bonarum literarum,liberaliumque artium doctores, humanæque mentis inſtitutores. Quibus diſcipuli eandem uenerationem debent quam parentibus ſuis. Qualem ſe debuiſſe Seneca ait præceptoribus ſuis. Qualem uel exhibuit Achilles Chironi præceptori ſuo, licet is centaurus eſſet. De quo Ouid. libro primo de arte amandi ait.

Qui toties ſocios, toties perterruit hoſtes,
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem.
Quas Hector ſenſurus erat poſcente magiſtro,
Verberibus iuſſas præbuit ille manus.

Quanta bona præcatur Iuuenalis eiuſdem tanti uiri exemplo ijs, qui præceptores ſuos reuerenter colunt? Qui Sat. Sept. ita ſcribit.

Dij maiorum umbris tenuem & ſine pondere terram
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum uer.
Qui præceptorem ſancti uoluere parentis
Eſſe loco, metuens uirgæ iam grandis Achilles
Cantabat patrijs in montibus, & cui non tunc
Eliceret riſum citharedi cauda magiſtri.

Alex. Magnus ingenti honore Ariſtotelem & Anaximenem præceptores ſuos eſt proſecutus, ita ut, præter cætera, illius patrium ſolum a Philippo patre euerſum inſtaurarit, iſtius patriam, quam erat exciſurus, ſeruarit incolumen. Senatus Molonem retorem græcum hominem, quòd ſtudia Ciceronis acueret, & ſummam uim Romanæ eloquentiæ adiuuerit, magno honore affecit. Q. Fuſius Calenus apud Dionem libro quadrage-

dragesimo sexto, se duo milia iugerum agri Leontini præceptori ſuo aſſignaſſe dicit M. Antonius, ut Cicero Philip. ſecunda memorat, duo millia iugerum campi leontini immunia sex. Clodio rhetori præceptori ſuo aßignauit M. Aurelius Antonius Cæſar cognomento Philoſophus, ait Capitolinus, tantū honoris magiſtris ſuis detulit, ut imagines eorum aureas in larario habẽret, ac ſepulchra eorum additis hoſtijs & floribus ſemper ornaret. Hi & alij eiuſmodi & doctrina digni fuẽrunt, & ſempiternam laudem ſunt conſecuti. Qui ſummo iam atque ampliſsimo genere nati & diſciplinas enixo ſtudio amplexi ſunt, & præceptores ſuos uti gẽnitores uel poſt mortem & amauerunt multum & coluerunt. Verumtamen his temporibus adoleſcentes ob eas ipſas, quas diximus, cauſas, quia ob latinæ linguæ imperitiam bonarum artium ſtudijs non oblectantur, re uiliſsima delectantur. Nam libellos quoſdam uulgares (infandum) ſonoris quibuſdam cantilenis, rebus inanibus & obſcœnitatibus refertos, quia nullo ſibi negotio, non doctrina, non ſtudio, non iudicio, non labore, ut eos intelligant, opus eſt, & ad uoluptates facile incenduntur, ſemper præ manibus habent (facilẽ enim huiuſmodi libelli lectorem inueniunt) quos curioſiſsime legunt. Qui non a ſtudijs bonarum artium tantumodo, uerum a probitate, ac pietate, ac religione legentium animos abducunt. Verum non tantum harum uilium & pernicioſarum rerum lectoribus, quàm auctoribus & defenſoribus eſt iraſcendum. Qui ſe-

ptieſ tantum peccant, plectendique ſunt quàm illi. Qui libelli omnino quidē è medio tollendi ſunt & igni tradendi. Sed de hoc alibi pluribus. Cæterum nec deſunt, qui dicant latinas græcaſque literas, liberaleſque artes ac diſciplinas ad mortalium animos componendos, remque pub. moderandam nihil conferre, ſed mercaturæ duntaxat opibuſque cumulandis operam nauare oportere, felicitatemque ac nobilitatem non in animi dotibus, ut eſt, ſed in fortunæ bonis, rectius quidem ludibrijs ſtatuentes. Sed hi, quod ſint ignorantes & auaritiæ appoſiti longe plurimum hallucinantur. Nam, ait Ariſtoteles Rhet. libro ſecundo & quidem rectè, di uitiæ nil aliud ferè ſunt, quàm felix amentia. Quæ non modo hominem prudentem & ſapientem & felicem reddere nequeunt, uerumetiam ipſum infatuant, ac cupidum, timidum, improbum efficiunt, & infelicem. Quid enim ſtultius & inſolentius in uita mortalium di uite homine, qui bonarum literarum ac diſciplinarum ſit imperitus, & à ſtudijs liberalibus abhorret? Cum diuitiæ illæ inanibus & impudicis uoluptatibus, ac deſidiæ paratæ ſint, non in hominum modeſtum uſum. Quibus explere cum nequeant in ſumma ſemper animi anxietate ac miſeria uerſantur, uitamque ducunt infelicem. Felix enim aut diues non eſt dicendus, qui in ignorantiæ ac ſtultitiæ tenebris poſitus, ac moderatis minime contentus ſemper eget, ſemper appetit. Vnde Plato lib. quinto de legibus ait. Valde diuites boni uiri eſſe non poſſunt, quòd ſi boni non ſunt, felices quo

que

que non erunt. Et libro nono. Ignorantia cauſa eſt, quod diuitiæ non rectè laudantur, tenent enim tertium bonorum locum. Sunt enim corporis gratia, corpus autem animi gratia. Homo, qui felix futurus eſt, non debet diuitias quomodocunque, ſed cum iuſtitia & tẽperantia acquirere. Et libro ſexto de Rep. Quæcunque bona uulgo dicuntur deprauant animum, atque impediunt, forma, diuitiæ, corporis uires, & genus in ciuitate potens, & cætera generis eiuſdem. Sola utique bona, quæ honeſta, mala tantum quæ turpia extimanda ſunt, diuitiæ, potentia, nobilitas, cæteraque extra animum neque bonis, neque malis annumerantur. Quæ cum ex fortuna pendeant crebæ mutationi ſunt peruiæ. Cicero item in Lælio ait. Quid enim tam abſurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, ut honore, ut gloria, ut edificio, ut ueſtitu, cultuque corporis, animo autem uirtute prædito, eo, qui uel amare, uel, ut ita dicam, redamare poſſit, non admodum delectari? Et rurſum libro eodem. Diuitiæ, bona ualetudo, potentia, honores cum caduca ſint & incerta poſita ſunt non tam in noſtris conſilijs, quàm in fortunæ temeritate, uoluptates uero belluarum. Socrates diuitem indoctum aureum mancipium uocabat. Porrò diues aut iniquus eſt, aut iniqui hæres. Sed profectò male parta, male dilabuntur. Ignorantia autem, ait in ſophiſta Plato, eſt dementia quædam animæ, quæ dum ad uirtutem nititur, intelligentia ipſa præuaricatur. Animam igitur ignorantem inconcinnam atque

deformem uocare decet. Et Reip. libro nono. Ignorantia & imprudentia uacuitas quædam eſt habitus animi. Equidem ignorantiam temeritas comitatur. Nam ſicut ex doctrina prudentia, ex prudentia grauitas comparatur, ita ex ignorantia ſtultitia gignitur, ex ſtultitia uanitas & temeritas proficiſcitur. Eſt demũ ignorantia malorũ omniũ fons & origo. Cõtra diſciplina ac philoſophia, ait Cicero Tuſ. ſecundo, cum ſit cultura animi extrahit uitia radicitus, & præparat animos ad ſatus accipiendos, eaque mandat his, & ut ita dicam, ſerit; quæ adulta uberrimos fructus ferunt. Horatius etiam Car. libro tertio per ſtudium literarum mentem ſapientia corroborari dicit. Vires autem ſine prudentia non ſolum uanas eſſe ſcribit, ſed etiam aduerſas ſibi. Nimirum hominum ingenia uel quidem certe immanium, barbarorumque, ſtudijs bonarum literarum ac philoſophia deliniuntur, & mitia atque humana redduntur, haud nempe ſecus atque lupini aqua. Mercatura autem, ut uel de ea aliquid dicamus, non ingenuorũ hominum remque pub capeſcentium, ſed uulgi eſt munus. Hippodamus enim Thurius pythagoricus, qui librum de rep. ſcripſit, remp. ipſam in tres ordines diſtribuit, conſiliarium, auxiliarium, & quæſtuarium, duos priores nobiles eſſe aſtruit, poſtremum uero illiberalem. Quem ſecutus eſt Plato, qui libro quarto de rep. ſic ait. In ciuitate tria genera ſunt, quæ ipſam continent, quæſtuarium, auxiliarium, & conſulatus. Sed de mercatura & mercatore plura li-

bro

bro undecimo de leg. ubi, præter cætera, ait uulgus immoderata cupit, & cum mediocriter lucrari liceat, in inexpiabili lucri cupiditate uerſatur. Quo circa omnia genera hominũ, quæ in cauponatione, mercatura, diuerſorioque uerſantur, calumniæ & opprobrio ſubiacent. Ariſt. etiam Pol. libro quarto mercaturam ad plebeios ſpectare aſſerit, ubi remp. in octo papes diuidens ait. Tertia eorum eſt, qui circa mercaturam uerſantur, octaua eorum, qui remp. adminiſtrant. Et Paulo poſt. Nam in plebe, & in nobilitate plures ſunt ſpecies, plebis quidem una ſpecies agricolæ, alia artifices, alia negociatores, qui emendis uendendiſque rebus intendunt. Nobilitates uero diuitiæ, genus, uirtus, diſciplina, & his ſimilia. Proinde qui mercaturæ dant operam nobiles eſſe, aut dici nequaquam poſſunt Neque quidem ad remp. gerendam accedere debent. Non enim a mercatoribus imperitis ac rudibus, qui ad quæſtum & auaritiam ſunt appoſiti, ſed a philoſophis ideſt ſapientibus ciuitates ſunt adminiſtrãdæ. Exclamat Cicero in Verrem libro ſexto, quòd magiſtratus mercator ſit, & contra Rullum, emendi & uendendi quæſtuoſiſſimam ac turpiſſimam mercaturam eſſe ait. Vnde præclara quidem Thebanis apud Ariſt. Pol. lib. ter. lex fuit, ut nemo habilis eſſet ad honores reip. ſuſcipiendos, niſi per decem annos à mercatura deſtitiſſet. Et Romæ, ut Dionyſius Halicar. auctor eſt, mercatores & ſerui & opifices à cenſu excludebantur, quibus Romulus ſedentarias ſordidaſque ar

tes tractādas exhibuit, liberis uero agriculturā & belli artes. Nobiles aūt, ciuitatiſque optimates ignorātes eſſe ſumma eſt turpitudo. Quinetiam ipſorum partes ſunt, ut dictum eſt, ad ſtudia bonarum artium incumbere, cum ob reipublicæ adminiſtrationem, tum uero ut ſanguinis claritati ſcientiæ, ac diſciplinæ præſtantia accedat, quā una animus illuſtratur. Qui uero literas negligunt in ciuitatibus non politici uiri etiam ſi ſint induſtrij, ac potentes, ſed cyclopes ſtrenui dicendi ſunt. Quare Plato in Philebo ait. Ignorantia potentum robuſtorumque hominum hoſtilis atque teterrima res eſt. Et Cicero Acad. ſecundo. Sunt quidam, qui nolint philoſophia & latinis græciſque ſermonibus perſonas graues ac principes ciuitatis illigari; quaſi uero clarorum uirorum aut tacitos congreſſus eſſe oporteat, aut ludicros ſermones, aut rerum colloquia leuiorum. Sigiſmundus Imperator literatos cenſuit præferendos ijs, qui imaginibus tantum nituntur. Hiſtorias inſuper huiuſmodi homines, qui bonas literas ingenuaſque diſciplinas paruifacientes opes tantum amant, & deſidia ac luxu torpent, atque ſi nil cō modi aut momenti afferrent mortalibus, negligunt. Neſcientes omnino quantæ ſint mortalibus utilitati. Et cum præteritarum rerum omnium ignari eſſe uelint, quoad uiuent non uirum agunt, ſed puerum, ut probe Cicero ſcribit in Orat. qui ait, Neſcire autem quid antequā natus ſis acciderit, id eſt ſemper eſſe puerum. Quid enim eſt ætas hominis niſi cum memoria rerum

ueterum

ueterum cum ſuperiorum ætate contexitur? Eſt quidem hiſtoria humano generi non modo utilis, ſed etiam longe neceſſaria quæ ad ſapiẽtiam uiam per uaria præteritarum rerum exempla demoſtrat. Atque eò eam ipſam philoſophiam utilitate anteit, quod hæc præcepta moralia ſimplici quadam admonitione facienda modo docet, illa uero iam exemplis comprobata, atque obſeruata ab optimis uiris, & à prudentibus diſputata, quæ humanas mẽtes admodum mouent, præ oculis proponit imitanda, atque ita fit, ut ex hiſtoriarum creba lectione homo quotidie prudentior euadat. Alexander ſeuerus Imperator ſuos conſiliarios hiſtoricos habuit, quorum conſilijs imperium adminiſtrauit. Eſt utique hiſtoria, ait Cicero libro ſecundo de Orat. teſtis temporum, lux ueritatis, uita memoriæ, magiſtra uitæ, nuncia uetuſtatis. Cuius ipſe deſiderio flagrabat. Ait enim ad Art. lib. XVI. ſcribẽs, ardeo ſtudio hiſtoriæ. Et de Fin. lib. quinto, in hiſtoria utilitatem ac uoluptatẽ eſſe dicit. Quam diuina ſcriptura aſpernata non eſt. Nimirum utrunque ſacræ paginæ inſtrumentum in quatuor partes digeritur, in hiſtorias, leges, prophetias, & præcepta moralia, licet in hiſtorijs ipſis, ut dixi, uel moralia præcepta, ideſt philoſophia, continentur. Et, præter cætera, quæ ex hiſtorijs aucupamur, qui tot & ueteris & noui teſtamenti uaticinia atque oracula completa eſſe ſciremus, ni Dei nutu & gẽtium & chriſtianorum geſta literis eſſent demãdata? Attamen id ætatis plerique nõ hiſtorias conſcribunt,

ſed

ſed libros mendatijs conferciunt. Aliorum laudes ac uirtutes ſupprimunt, aut alijs falsò aſcribunt, ſuorumque clades, & ignominias reſq; male geſtas occulunt. Quidam alij ſunt, qui neſcio qua amentia, atraque bili perciti bonarum literarum artiumque ſtudijs hoſtiliter & atrociter detrahunt; in eaque atque in ipſorum ſtudioſos temere & inſolenter inuehuntur, eoſque conuicijs afficiunt innumeris. Nam, inquiunt, nonnulli ex ijs, qui huiuſmodi ſtudijs operam nauarunt, praui euaſerunt. Quod ſiqui probi, prudentes & ſapientes extiterunt, id non doctrinæ literarumque beneficio, ſed animo à natura bene inſtituto attribuunt, ſi autem improbi & facinoroſi euaſerunt, id non naturæ peruerſæ ſed literarum ſtudio aſcribunt. Hæc pueriliter nimis ac ridicule effutiunt noſtri epicurei (Epicurus enim, ait Quint. libro ſecundo, diſciplinas omnes fugit) qui in literarum ſtudia ingenuaſque diſciplinas in morem lymphaticorum debacchantur. O homines cauendos iuuenibus: Quid enim iſtis ignauius? Quorum opinio ruſtris eſt & ſeruilis, quaſi uero ſcientiæ ipſe ex ſe malæ pernicioſæque ſint mortalibus, & non potius ipſa ingenia praua ſint, quæ ſcientijs ipſis abutuntur, qualia illorum ipſorum ſunt, qui ſtudia ipſa peſundantes tot offutijs atque argutijs iuuenes fruſtrantur, eoſque à literarum, bonarumque artium ſtudijs auertere ac deterrere conniuntur, ut bonis literis, liberalibuſque diſciplinis ac uirtutibus ſupploſis ac ſpretis pecudum ritu uitam per luxum & ſocordiam, noctu ga-

neis

*neis & libidinibus & ebrietatibus, interdiu ludis;
ſomno, item cibis & potibus mancipati abſumant, &
corpora ita fluxa & reſoluta delitijs ac uitijs extabe
ſcant. Quaſi ita à natura geniti ſimus, ut non ad do-
ctrinam, ad ſeueritatem, modeſtiam, cæteraſque uirtu-
tes facti eſſe uideamur, ſed ad ludum, luxum, delitias
ac uoluptates, & uitam inertem ac morti ſimilem tra
ducamus. Sedenim uerum eſt illud M. Catonis oracu
lum apud Columellam libro undecimo. Nihil agendo
homines male agere diſcunt. Iam uero Abraam Chal
daicæ ſcientiæ ſtudioſum fuiſſe memoriæ proditum eſt.
Et Moyſes omni ſcientiarum genere Aegyptiorum, ut
in geſtis apoſtolorum uidere licet, impenſe eruditus
fuit, & carmen exametrum, ut eruditiſſimi uiri teſtan
tur, cecinit. Et Danielem Babilone caldeorum ſapien-
tiam didiciſſe, tum denique diuinas attigiſſe literas Ba-
ſilius ad adoleſcentes ſcribens refert, quod ipſum in li-
bro quoque ipſius Danielis conſtat. Paulus, ut Hie-
ronymus in epiſtolam ad Galatas ſcribit, ſeculares li-
teras aliqua ex parte contigit. Qui Arati, Menandri,
& Epimenidis ethnicorum poetarum dicta approbās
ſuis epiſtolis inſerere non eſt ueritus. Nempe enim di-
uina ſapientia, ut in prouerbijs ſcribitur, non prohibet
nos humanis diſciplinis uti, ſed iubet ne, ſapientia ipſa
penitus omiſſa, in ipſis immoremur. Ne ſis, inquit, mul
tum apud alienam, ideſt, ut Clemens Alex. interpreta-
tur, ſecularem doctrinam. Et alibi diſciplinas ancillas
ſuas uocat, quas ad uocandos paruulos ad arcem &*

mœnia

mœnia ciuitatis, hoc eſt, ad intelligentiam ſui ipſius, eos uero, qui doctrinam ſpretui habent, ſtultos appellat. Hieronymus Eſaiam, quod in ſermone diſertus, & urbanæ eloquentiæ ſtudioſus fuerit, commendat, cum alij quidam prophetæ ſermone ſubruſtico ſcripſerint. Et in præfatione in Iob, *pſalmos, lamentationes Ieremiæ, & omnia cantica, item* Iob *nonnulla metrica ratione, & hexametris uerſibus in morē Flacci, Pindari, Alcæi, & Saphus editos fuiſſe ait.* Et *Caſſiodorus ſuper pſalmos infit. Omnis ſplendor retoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, qualibet uarietas decoræ pronunciationis a diuinis ſcripturis ſumpſit exordium. Item ueteres Eccleſiæ doctores graues & ſancti uiri ſecularibus diſciplinis ac Romanæ eloquentiæ & elegantiæ, oratoriæque arti, & hiſtoriæ impendio ac ſedulo uacauerunt, ut Cyprianus, ut* Ter*tullianus, ut Arnobius, ut Lactantius, ut Ambroſius, ut Hieronymus, ut Auguſtinus, ut alij multi, ita & Greci eccleſiæ doctores. Quinetiam ipſorum plerique & poetas interpretati ſunt, & grammaticam artem tractauere. Leges quas iſti deliri, qui ad præſcriptum uiuere renuunt, maledictis proſequuntur, non ſolum uanas, noxias, & pernicioſas non eſſe, ſed eſſe etiam longe utiles, & perneceſſarias nemo homo eſt, modo rudis non ſit, qui non uideat. Nimirum lex confuſionem è cœtu mortalium adimens, ea, quæ natura communia erant, ſingulis diſtribuit, unicuique quod ſuum eſt, reddit, nefarios homines ab iniuria cohibet, coercet flagitio-*

gitioſos, ſicarios à ſcelere compeſcit, probos à prauorum improbitate tuetur, inopes, pupillos, & uiduas à potentium ui & calumnia protegit, bonorum animos à perturbatione tutos reddit & quietos. Ea autem ſublata omnia perturbata eſſent & confuſa, omnia rapinis, incendijs, homicidijs, maliſque omnibus eſſent plena. Iam uero Moyſes, qui primus legiſlator fuit, Hebraico populo leges dedit, quas Dei iuſſu literis mãdauit, quibus boni ab iniuria defenduntur, mali animaduertentur. Lex, ait Paulus, eſt impoſita iniuſtis, non iuſtis. Medicinam ſtatim poſt hominis lapſum à Deo homini traditam eſſe liquet. Licet enim Deus hominẽ ita creauerit, ut nulli eſſet obnoxius morbo, nulla herbarũ ope, nullo egeret medicamine, ſed perenni incolumitate uigeret, tamen ob uetiti pomi eſum ſicut animaſe noxæ obiecit, ita corpus uarijs fuit obnoxium morbis. Sed Deus humanæ fragilitati compatiens ſicut animæ ſaluti per pœnitentiam remedia tribuit, ita corporis debilitati per medicinam ſubuenit. Itaque lumẽ hominibus prætulit, ut herbarum, & animalium, lapidumque uires atque uirtutes noſcerent, morbos curarent, uegete corpus conſeruarent, illudque iam axanime aromatibus condirent. Quare in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt. Omnis medela à Deo eſt. Et rurſus. Altiſſimus creauit de terra medicinam, & uir prudens non abhorrebit illam, nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? Item honora medicum propter neceſſitatem, & enim illum creauit Deus. Et rurſum. Da locum me

dico,

dico, etenim illum dominus creauit, & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Monet quoque ue- geti corpori medicinam afferri. Ante langorem, in- quit, adhibe medicinam. Et Thobiam angelus cor & fel & iecur piſcis neceſſaria ad medicamenta utiliter eſſe, quoſue morbos curarent docuit. In Gen. Ioſeph, medicis ut Iacob patrem aromatibus condirent, ut mos erat, iuſsit. Quare qui legum diſciplinarumque ſunt impatientes bene inſtituti non ſunt, ſed agreſtis ac rigidæ, imo uero ſeditioſæ, & tyrannicæ naturæ ho mines, ac tetrum quoddam monſtrum. Et barbaro- rum belluarumque more quo quiſque eſt ferocior, eo plus ſibi ad inferendas alijs iniurias ſumit audaciæ. Diſciplinæ enim priuatos, lex & priuatos et publicos mores moderatur. Sed hi, qui diſciplinas calumnian- tur, hoc potiſſimum argumento probare conantur lite rarum ſtudium generi humano neceſſarium non eſſe, quòd literæ a natura non ſint, quòdque pueri cum alia ſcire ſuöpte ingenio percupiant, ſolas literas, & earum ſtudia fugiunt & abhorrent, & niſi munuſculis al- lecti, aut metu & uerberibus coacti eas ediſcunt. Ar- gumentum utique longe friuolum, ac puerile nimis eſt & anile, quaſi neſciamus pueros, qui nondum ſapien- tiæ fontem guſtarint, nec ratione uti, nec bona & ma- la diſcernere nouerint, puerilia tantum ſectari ſuapte natura ſolitos, & literarum ſtudia non niſi ab eis, qui uirtutibus oblectantur, amplecti, & magno aſſiduoque labore acquiri. Coguntur autem a paruulo, uel munu

ſculi

ſculis alliciuntur, ut literis aſſueſcant. A teneris enim uirtuti aſſueſcere magnum eſt, ut probe ſcribit Maro. Et quidem niſi à pueris literis aſſueſcerent, ocio & luxu, ludis, uitijſque omnis uigor animi corporiſque torpeſceret & elangueſceret. Et memoria, quæ à teneris exercẽda eſt, heberet atque obdureſceret, atque poſtea adulti literas detrectarent. Literarum autem figuræ licet à natura non ſint, ſunt tamen earum ſoni ut, alibi oſtendemus. Quòd ſi ea tantum perſequi amplectique uoluerint, quæ natura gigni conſueuerunt, artes omnes, uel uulgares eſſent amouendæ. Nullus igitur ſit agrorum, arborum, uitium, herbarumque cultus, nullus ſit cæmentarius, non carpẽtarius, non faber ferrarius, non lanarius, non ſutor, & huiuſmodi. Cum in ſacris literis non ſolum illæ artes, quæ humanæ uitæ omnino ſunt neceſſariæ non improbantur, ſed ne quidem eæ, quæ ad cultum ornatumque tantummodo ſpectant, ut auraria, plumaria, ſculptura, cælatura, quæ diuino cultui Dei iuſſu uſui ſemper fuere. Sed cur ipſi, qui hæc dicunt, indumento, cibo, domo, metallis, cæteriſque rebus, quæ arte fiunt, utuntur? O igitur ingenia craſſo aere natà, ò ſtipites. Quòd autem quidam ex ijs, qui diſciplinis incumbuerunt, praui euaſerunt, id non ſcientijs ipſis uitio uertendum eſt, ſed malis hominum ingenijs fraudi fuit, qui ſcientijs ipſis abuſi ſunt, nec philoſophiæ præceptis audierunt. Non continuò tollenda eſt diuina ſcriptura, quia quidam eam prauè interpretantes in multos errores dilabuntur, & à uera ſynceraque reli-

gione deflectunt. Non eſt excidenda lingua, non effodiendi oculi, non amputandæ manus ſunt, quia eis plerunque abutimur. Non ideo non ſunt edificandæ domus, & eas ſubeundum, quia interdum ſuper habitantes procumbunt. Non improbandæ ſunt mulieres, quòd literis uacent, quæ cum natura uariæ & inſtabiles ſint, laborant, quo literarum adminiculo conſtantes fiant & prudentes. Laudantur à diuo Hieronymo multæ, quòd eſſent doctæ. Laudatur Iudith *quod militem egerit, hoſtem peremerit. Sed ingens literarum, ſcientiæque, aut alicuius rei inueſtigandæ ac perdiſcendæ deſiderium improbant. Quod ſi ſcientiæ ex ſe malæ ſunt, profectò utcunque attinguntur, erratur, ſi bonæ, cur deſiderium criminantur? Cum honos artes alat, omnesq. incenduntur ad ſtudia gloria. Sed hác calamitatem, non quidem latinæ linguæ, quæ, ut oſtendam, unà cum urbe, atque Imperio, eccleſia, fideque Romana æterna eſt, licet eius, atque eloquentiæ contemptum lamententur, ſed iuuenum ob illius ignorationem deplorant Romani eloqui accerimi defenſores Cornelius Tacitus, & Quintilianus. Ille quidem in Dialogo de oratoribus ſic ait. Quis enim ignorat eloquentiam ac cæteras artes deſciuiſſe ab iſta uetere gloria non inopia hominum, ſed deſidia iuuentutis, & negligentia parentum, & inſcitia præcipientium, & obliuionis moris antiqui? Quæ mala primum in urbe nata, mox per Italiá fuſa, iam in prouincias manant. Quod adeo negligitur ab horum temporum diſertis,*

ut

ut actionibus eorum ſex quoque quotidiani ſermonis, fœda ac pudenda uitia deprehendantur, ut ignorent leges, non teneant ſenatus conſulta, ius ciuitatis ultrò derideant. Sapientiæ ſtudium, & præcepta prudentiũ, penitus reformident, & in pauciſſimos ſenſus, & anguſtas ſententias detrudant eloquentiam uelut expulſam regno, ut quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumciſa & amputata ſine apparatu, ſine honore, penè dixerim, ſine ingenuitate, quaſi una ex ſordidiſſimis artificijs diſcatur. Plerique eruditos & ſobrios homines, ut infandos & inutiles uitant, domoque extrudunt. Ignobiles autem & obſcuros, & ſamniones magno honore domum excipientes cœnis & prandijs inſerunt, & pro philoſopho cantor, & in locum oratoris doctor artiũ ludicrarum accitur. Et bibliothecis ſepulchrorum ritu in perpetuum clauſis, organa fabricant hydraulica, & lyræ ad ſpeciem carpentorum ingentes, tibiæ, & hiſtrionici geſtus inſtrumenta non leuia. Hic uero libro primo ita ſcribit. Vtinam liberorum noſtrorum mores non ipſi perderemus. Infantiam ſtatim delitijs ſoluimus, mollis illa educatio, quam indulgẽtiam uocamus, neruos omnes & mentis & corporis frangit. Quid non adultus cõcupiſcat, qui in purpuris repit? Nondum prima uerba exprimit, & iam coccum intelligit, iam conchylium poſcit. Ante paratum eorum, quam mores inſtituimus. In lecticis creſcunt ſi terram attigerint e manibus utrinque ſuſtinentium pendent. Gau-

demus ſiquid licentius dixerint, uerba ne Alexandrinis permittentia delitijs, riſu & oſculo excipimus, nec mirum nos docuimus, ex nobis audierunt, noſtras amicas, noſtros concupinos uident, omne conuiuiū obſcœnis canticis ſtrepit, pudenda dictu ſpectantur. Fit ex ijs conſuetudo, deinde natura, diſcunt hæc miſeri antequam ſciant uitium eſſe, inde ſoluti ac fluentes non accipiunt in ſcholis mala iſta, ſed in ſcholas afferunt. Deflent & hanc iuuenum ob ignorantiam calamitatem ac perniciem & alij periti uiri permulti, uel quidē certe prouinciales latinæ linguæ atque eloquentiæ amatores. Ait nempe Seneca Decl. *lib. primo. Vt poſſitis æſtimare quantum quotidie ingenia decreſcant, & neſcio qua iniquitate, & ad malum promtate naturæ eloquentia ſe retro tulerit. Quicquid habet Romana facundia quod inſolenti Græciæ aut opponat, aut præferat circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quæ lucem noſtris ſtudijs attulerunt, tunc nata ſunt, in deterius deinde quotidie data res eſt, ſiue luxu temporum (nihil eſt enim tam mortiferum ingenijs, quam luxuria) ſiue cum plurimum pulcherrimæ rei cecidiſſet, translatum eſt omne certamen ad turpia multo honore quæſtuque ingentia, ſiue fato quodam, cuius maligna perpetuaque in omnibus rebus lex eſt, ut ad ſummum perducta, ad infimum uelocius quidem, quàm aſcenderant relabuntur. Torpent ecce ingenia deſidioſæ iuuentutis, nec ullius honeſtæ rei labori inuigilatur. Somnus & langor, ac ſomno & langore turpior ma-*

larum

larum rerum induſtria inuaſit animos: Cantandi ſaltandique nunc obſcœna ſtudia effeminatos tenent, & capillum frangere, & ad muliebres blanditias uocem extenuare, molitie corporis certare cum fœminis, & immundiſſimis ſe excolere munditijs noſtrorum adoleſcentium ſpecimen eſt. Quis æqualium ueſtrorum quid dicam ſatis ingenioſus, ſatis ſtudioſus, imo quis ſatis uir eſt, emolliti eneruesque quod nati, inuiti manent, expugnatores alienæ pudicitiæ, negligentes ſuæ. In hoc *nec dij tantum mali permittant, ut cadat eloquentia, quam non mirarer niſi animos, in quos ſe conferat, eligeret.* Phocas etiam grammaticus inſit. *Adoleſcentes noſtri ſæculi non deſiderio literarū, nec amore uirtutis ad ſtudia ſe applicant, ſed aut neceſſitate compulſos, aut odore uoluptatum per ætatem afflatos execrari magiſtratus, quorum ut quiſque eſt diligentior, eo maiori odio premitur, & Gymnaſium ſapientiæ, quo ad beatam uitam ſemita demonſtrat, uelut teterrimum carcerem deteſtari. Alios autem quamuis ſcire cupiant, omne tamen fruſtuoſi laboris onus detrectare, nec aſſiduis inhærere lectionibus, nec curioſa perſcrutatione ueterum eruere commentarios. Qui dum ſemper aſſidui nolunt fieri, docti eſſe non poſſunt.* Adhuc Fulgentius Africanus homo Mythologiarum libro primo. *Noſtri temporis erumnoſa miſeria non dicendi petit ſtudium, ſed uiuendi flet ergaſtulum, nec famæ aſſiſtendum poeticæ, ſed fami conſulendum domeſticæ.* Item Sidonius Apollinaris homo Gallus Epiſt. libro

ſecundo ad Heſperium ſcribens inquit. Illud appone quòd increbuit multitudo deſidioſorum, ut niſi uel pauciſſimi, quibus meram latialis linguæ proprietatem de triuialium barbariſmorum uindicaueritis eam breui abolitam defleamus, interemptamque, ſic omnes nobilium ſermonum purpura per incuriam uulgi decolorabuntur. Et libro tertio ad Placidum. Scientia, pompa, propietas latinæ linguæ iudicijs ocioſorum maximè ſpretui eſt, quorum ſcurrilitati negligentia comes, hoc uolens tantum legere quod carpat, ſic non iam utitur literis, quam abutitur. Et libro octauo ad Nammarium. Virtutes artium liberalium ſæculis potius priſcis ſæculorum rector ingenuit. Quæ per ætatem mundi iam ſeneſcẽtis laſſatis ſeminibus emedullatæ, parum aliquid hoc tempore in quibuſcunque atque ad paucis mirandum ac memorabile oſtentant. Sex. Pompeius & Gellius nonnulla latinæ linguæ uocabula ob docentium inſcitiam in alium ſenſum detorta eſſe lamentantur, ait quidem ille. Latine loqui a latio dictum eſt, quæ locutio adeo eſt uerſa, ut uix ulla pars eius maneat innoxia. Hic uero libro tertiodecimo inquit. Animaduertere eſt pleraque uerborum latinorum ex ea ſignificatione, in qua nata ſunt, deſciuiſſe, uel in aliam longe, uel in proximam, eam deceſſionem factam eſſe conſuetudine & inſcitia temere dicentium, quæ cuiuſmodi ſint non didicerint. Omnes demum boni latinæque linguæ & eloquentiæ ſtudioſi eius contemptum, & iuuenum ob illius ignorantiam miſeriam magnis

querel

querelis deplorant. Qui ſi ab inferis excitarentur, & huius ætatis iuuenes bonarum literarum ſtudijs præ-deſidia contemptis uulgarium librorum ludicrarum rerum & obſcœnitatum, barbarieique refertorum bibliothecas fabricantes cernerent, quibus credis uerbis ac querelis Romanos arguerēt & obiurgarent, qui huiuſmodi uanitatis ac barbariei patroni ac ſtudioſi eſſe uidentur? Quos ualla latinæ linguæ ſtudioſiſſimus & patronus acerrimus eam a pleriſque neglectam eſſe conquerens, precatur, ne patiantur ipſam opprimi & profanari. Et alibi iuris peritos, uerius imperitos ſuæ & ſuperioris ætatis gothos & uandalos appellat, & quidem iure, quod latinæ linguæ & elegantiæ atque eloquentiæ ignari gothice magis, quam latinè ſcripſerint, cum priſci iureconſulti latinè & eleganter locuti fuerint. Et cum, inquit, ueteres linguæ ſuæ græcam miſcerent, iſti admiſcent gothicam. Quo fit, ut adeo latina lingua & uerbis, & pronunciatione, & ſcribendi filo ab illa ueteri differat, ut uix eam Cicero, ſi a mortuis redeat, queat intelligere. Et ad candidum ſcribens Bartolum, Baldum, Accurſium, Dinum cæteroſque id genus hominum obſtrepentes, ac raucos, ac ſtolidos anſeres appellat, quòd non latina lingua loquantur, ſed barbara. Quæ barbara uocabula quidem ex ipſorum leguleiorum fece ideſt ſcriptis eruentes & excerpētes, & latinis admiſcentes quaſi in aceruum congeſſere. Cumque id exactiſſime animaduertere noſtri deberent homines, rebuſque ſuis conſulere, ut plebeijs libellis re-

iectis ueræ ac germanæ latinitati incumbant, in peius ruunt, ferunturque ad deteriora. Proinde uix equidem queo admodum non mirari, nimioque mœrore non angi ac confici (quis enim bonarum literarum, quis publici boni amator a lachrymis temperet?) quandoquidem haud ſcio, unde tanta quorundam importuna temeritas, ne dicam inſaniam, eruperit. Qui eò arrogantiæ & impudentiæ peruenere, eorum uenia dixerim, ut latinã Romanamque lingua atrociter auerſantes temerario quodam auſu, haud nempe ſecus, ac barbari quondam ſæuientes aduerſus Romanum Imperium, in eam conſpirarent ipſam non latij & Romæ atque Italiæ modo, ſed totius Romani Imperij decus, & exterarum linguarum omnium internuntium quendam atque interpretem demoliri atque extinguere neruis omnibus conantes. Quo quid tam tetrius? Quid tam aſpernandum? Quid demum homine indignius? O fœdam & inſulſam dementiam. Per eos enim non ſtat, quo minus ſplendor ac nitor latini ſermonis obſoleſcat. Sed quidẽ cum latinam linguam contemnunt, nil aliud agunt miſeri ac ſtupidi (fremant omnes licet, dicam quod ſentio) quàm ut ipſi uti rudes, & inſcij, atque deliri & amentes contemnantur. Licet ſe eam non contemnere dicant, ſed diligere, diligere autem? Imo uero nil aliud moliuntur, quam eam proſequiſque, ut ſemel atque iterum ac tertio dixi, funditus (indignum) perdere, ut ne ueſtigium quidem eius ullum appareat. Nam non modo ipſi bene multas pue-

riles

riles nænias, & laciniosas ineptias, quas cõfingunt utque effutiunt, plebeio ſermone conſcribunt, aliosque, ut ſe ſequantur, commonefaciunt; ſed etiam latinam linguam neceſſariam non eſſe, ſed eſſe ſuperuacaneam aſſerere audentes, latinos libros in eum ipſum plebeiũ ſermonem, quem falsò tuſcum appellant, exprimunt. Quod quam ſit abſurdum & pernicioſum ſuo loco dicemus. Arbitrantes forè ut regulari, necnon uulgari latina lingua (a latio enim uulgaris etiam lingua, quod latius oſtendam, latina dicitur) obliteratis totam linguarum gloriam in ſe transferant. Seque, adeo ſtulti ac ſtolidi ſunt, delitescere putant in tam frigida, tam ieiuna calumnia. Non animaduertentes quòd qui latinam linguam tollere contendunt, quaſi lucem rebus humanis eripere, & noctem quandam offundere uolunt. Qui communis boni oſores communi odio ſunt habendi. Quibus etiam in ſignis ingratitudinis ignominia eſt inurenda. Nam quicquid fuerint, latinæ linguæ referre deberent acceptum, quòd eius beneficio nomẽ aliquod induerint, uictum ſibi ſuiſque ſuppeditauerint, rem familiarẽ auxerint, honoribus perfuncti ſint. Qui ſi ſuum penſum ſoluere uellent, ut par eſt, ipſorum partes eſſent, eam tueri; & iuuenes ad eius ſtudium inflammare. Qui etſi eruditorum nomen induerint, tanta tamen ipſorum animis ignorantiæ eſt offuſa caligo, ut quid ſit latina lingua non intelligant. Quam uelut numen quoddam auſpicatiſſimum cœlitus lapſum non Itali ſolum, ſed cunctæ propemodum

dum

dum gentes libentius & honorificentius, atque auidius, quàm Græcam receperunt, ac per tot ſecula coluerunt ueneratique ſunt. Eamque omni ambroſia ac nectare ſuauiorem, ac gemmis & auro precioſiorem eſſe exiſtimantes, uel hoſtes ipſi Romani Imperij ſanctè, ac piè, religioſeque ſemper cuſtodierunt. Cũ latinus ſermo unus ſit, ac ſimplex, ac facilis, ac purus, politus, uel elegan s, atque uenuſtus. Græcus uero multiplex eſt, & perdifficilis, & in quinque linguas ueluti in tot in rep. factiones ſcinditur, ita, ut unius græciæ, populi inter ſe conſentire non poſſint. Quem diuus Hieronymus turbinem nuncupat, & omnes latini ſcriptores, uel prouinciales peregrinum appellant. Qui licet græca lingua eſſent eruditi, latini tamen non græci eſſe uoluerunt, latineque, non græcè ſcripſerunt. Atque latinam linguam & ob eius claritatem, facilitatem & puritatem, & ob latinorum ſcriptorum fidem & grauitatem longe commendant, ſuamque ac ſibi patriam, & latinos ſcriptores, quos & uenerantur, ſuos appellant. Et quidem iure optimo. Nihil eſt enim ſcitu dignum, quod latina lingua proditum non ſit. Atque in omni doctrinæ genere latina lingua præcipuos & excellentes habet ſcriptores. Et quæ plures græci auctores ſcripſere, è latinis unus eſt proſecutus, nam quod Homerus, Heſiodus & Theocritus ſcripſerunt unus Maro complexus eſt. Et quæ Demoſthenes, & Plato, & Iſocrates tractauerut, Cicero, & inde Boetius ſcripſerunt. Sed neque Græcia opus habet, quale

eſt

eſt Naſonis Metamorphoſis,& Plinij de naturali hiſtoria. Quam latinam linguam, quòd latium in Italia ſit,ut Attica in Græcia, auctores quidam Italam uocant. Tertullianus enim rerum argumenta ſe nuſquã gentium fideliora,quàm in Italia,hoc eſt in latina lingua latiniſque ſcriptoribus, inuenire dicit. Auſonius Gallus etiam latinam linguam uocat Italam. Et Auguſtinus libro ſecundo de doctrina chriſtiana, ait. In interpretationibus Itala lingua cæteris præferatur, nam eſt uerborum tenacior cum perſpicuitate ſententiæ. Videte nunc Itali mei hos auctores latinam linguam Italam appellare, quam plebeij ſcriptores ignari & inſulſi homines uo cant peregrinam. Sed nec quidem illi ipſi Græci ſcriptores latinæ linguæ laudem ſilere uoluerunt. Theodoretus latinam ipſam linguã græca,latinos auctores græcis ueritate,facilitate, breuitate & prudentia antecellere dicit, ait enim in libro de natura hominis. Apud Romanos profectò & poetæ, & oratores, & hiſtorici uiguerunt. Vtque illi aiunt, qui in utraque lingua uerſati ſunt, multo prudentiora ſunt Romanorum, quàm Græcorum auctorum inuenta, multoque breuiores ſententiæ. Neque hoc iccirco à me dictum exiſtimari uelim, quod græcorum idioma deterẽdo attenuem,cuius & ipſe aliquo modo ſum particeps. Neque quo ſecus ac debeo altrici meæ præmia nutritionis perſoluam. Sed quo tumentiores eorum buccas deprimam, ſuperciliaque deijciam, qui nimio plus græco idiomate glorientur. Doceamque non

debere illos irridere linguam ac perſequi, quæ traditio ne ueritatis eniteat. Neque ijs efferri ſermonibus, qui fuco quidem artis exculti ſunt, omni autem ueritate ſunt caſſi. ſed contra admirari ueritatis magiſtros indoctos illos quidem comere ac uariare ſermones ſuos eloquentiæ uenuſtate, puram tamen ueritatis pulchritudinem oſtendentes, minimeque indigos, qui extrinſecus petitis aſcititijſque floribus excolatur. Quo autem magis huius libri lectores me uerá ſcribere ſciant, nec ea ſibi alibi querere neceſſe ſit, atque intelligant quantum deſipiant atque inſaniant, quantoue probro atque odio digni ſint plebeij doctoreuli latinæ linguæ & inſcij & oſores, qui eam non ſuam, non ſibi patriã, ut latini ſcriptores, ſed auiam & peregrinam & externam appellantes flocifaciunt & ablegant, latinorum auctorum, qui a me in his libris adducuntur, uerba inſerere libuit. Columella libro ſexto latinos ſcriptores Romanos homines commendat, quòd de re ruſt. ſcribentes humano generi prodeſſe ſtuduerint, quos ſuos appellat, inquit enim. Magonem & Amilcarem ſecuti uidentur græciæ gentis non obſcuri ſcriptores Mnaſeas atque Paxamus. Tum demum noſtri generis, cũ a bellis ocium fuit, quaſi quoddam tributum uictui humano conferre dedignati non ſunt, ut M. *Ambiuius, Menas Licinius, tum etiã* C. *Marius. Item Seneca Epiſt. libro octauo. Quid proderit facilitas tua? Cum ecce id nullo modo latinè exprimere poſſim. Propter quod linguæ noſtræ conuicium feci.*

Demum

Demum ſæpe dicit ſermo noſter, Cicero noſter, Maro noſter. Et controuerſiarum libro ſecundo, gaudet admodum latinos græcis inferiores non eſſe, qui ait. Neſcio an græcis noſtri ceſſuri ſint. Et in libro de breui uita. Latinæ linguæ potentia, Græciæ gratia. Et alibi Græciam inſolentem appellat. Et Fulgentius homo Africanus Mythologiarum libro ſecundo inquit. Sicut nihil latina gratioſius ueritate, ita nihil græca falſitate ornatius. Et libro primo. Neptunum græci poſſidona nuncupant, quod nos latinè facientem imaginem dicimus. Huiuſmodi locutionibus paſſim utitur, quibus ſe latinum, & græcam linguam ſibi peregrinam eſſe fatetur. Et Terentianus itidem homo Africanus de ſyllabis ſcribens perſæpe latinam linguam ſuam appellans ait, lingua noſtra, literæ noſtræ, ſermo noſter, noſter Maro, noſtri poetæ. Et Lactantius Africanus & ipſe homo in libro de ira Dei ait. Syllabas plurimi & maximi auctores tradiderunt, Græcorum Ariſtarchus & Apollodorus, noſtrorum uero Varro & Feneſtella. Victorinus homo quoque Africanus de homuſio uocabulo recipiendo loquens ait. Græci uſiam uel hipoſtaſin, nos uno nomine ſuſtantiam dicimus. Et paulo poſt de eiſdem uocabulis loquens lætatur nobis uocabula non deeſſe inquiens. Ecce habemus & latinè nomina. Et Plinius Cæcilius Nouocomenſis Epiſt. libro quarto. Accidit hoc primum imbecillitate ingenij, deinde inopia, uel potius, ut

Laertius

Laertius ait,hac egeſtate patrij ſermonis. Et *Ouid. li bro quinto de* Triſt. *latinum ſonum , ideſt ſermonem , patrium appellat ubi , quia quicum latinè loqueretur nō habebat,ſecum loquens ſermonem latinum ipſemet retractare dicit , ait enim.*

Ne tamen Auſoniæ perdam commertia linguæ
Et fiat patrio uox mea tuta ſono ,
Ipſe loquor mecum,deſuetaque uerba retracto ,
Et repeto ſtudij ſigna ſiniſtra mei .

Item *Vlpianus homo ſyrus libro quadrageſimo tertio* Dig. *ait publicas uias dicimus , quas Græci uias regias,noſtri prætorias, alij conſulares uias appellant . Iuſtinianus Cæſar ſæpe in aut. Latinam linguam ſuam uocat . Auguſtinus Conf. libro primo Græcam linguā peregrinam appellans perdifficilem eſſe , ut eſt certe , dicit. Latinam uero ſuam uocat , eamque facilem eſſe, ut eſt quidem, ſcribit, licet* Hippone *Africæ natus ſit & educatus , ait itaque . Quid autem erat cauſæ cur græcas literas oderam,quibus puerulus imbuebar,nec nunc quidem mihi ſatis exploratum eſt . Adamaueram enim latinas,non quas primi magiſtri docent, ſed quas docent,qui grammatici uocantur. Nam illas primas literas , ubi legere & ſcribere & numerare diſcitur,non minus oneroſas pœnaleſque habebam , quàm omnes græcas . Et paulopoſt. Cur ego græcam grammaticam oderam talia cantitantem ? Nam & Homerus peritus texere tales fabellas & dulciſſime uanus eſt, mihi tamen amarus erat puero, credo etiam Græ-*

cis pueris Virgilius ita ſit, cum ſic diſcere coguntur, ut ego illum, uidelicet difficultas omnino ediſcendæ pe regrinæ linguæ, quaſi felle aſpergebat omnes ſuauitates græcas fabulaſarum narrati onum. Nulla enim uerba illa nouerá, & ſæuis terroribus ac pœnis, ut no ſcerem, inſtabatur mihi uehementer. Nam latina aliquando infans utique nulla noueram, & tamen aduer tendo didici ſine ullo metu atque cruciatu inter blandimenta etiam nutricum, & ioca arridentium, & lætitias alludentium. Didici uero ſine pœnali onere urgentium. Quanquam ſcioli quidam Auguſtini uerba, quæ quidẽ aperta ſunt, nequaquam recte intelligant. Qui nil aliud his uerbis oſtẽdere uult, quàm utriuſque linguæ diſcrimen, græce difficultatem, eam que ſibi pe regrinam eſſe, & latinæ facilitatem, & eam ſibi patriam. Atqui ab Africanis nutricibus iam infans Africanus exiſtens haudquaquam eas latinas literas ediſcere poterat, quas grammatici docent, hoc eſt grammaticas, ut ſcioli ipſi intelligunt, cum ea ætas id minime pateretur. Neque mulierculæ illæ pauperculæ Africanæ nutrices eas docere poterant, quæ nec legere & ſcribere latinè, neque ulla latialia uulgaria uocabula ſciebant. Præſertim etiam cum ipſemet dicat, quòd infans latina nulla nouerat, quòdque primas latinas literas legere, & ſcribere, & numerare, quas primi magiſtri pueros docent, maiori ſe difficultate didiciſſe, quam omnes grecas, idque non a nutricibus, ſed a magiſtris. Verum ob latinæ linguæ, ut retuli, facilitatem

cilitatem ſibi eam inter blandimenta nutricum ferè, ioca, & lætitias diſcere uidebatur, id quod non erat de græca lingua ſibi peregrina. Itemque his, quæ ſubnectam, liquidius patebit diuum Auguſtinum græcam linguam peregrinam, latinam uero ſuam, ſicut & cæteri latini ſcriptores, appellaſſe, eamque ſibi patriá dixiſſe; ait enim libro ſeptimo de ciuitate Dei. Merito Porphirio aduerſatus eſt Varro noſter. Et libro octauo gratulatur admodum quod latini philoſophicas artes è græca lingua in latinum eloquium transferentes nobiliores ac clariores effecerint, ait quidé. Nam & græci, quorum lingua in gentibus præeminet artes philoſophicas magna prædicatione celebrarunt, & latini permoti earum uel excellentia, uel gloria, uel gratia ipſas libentius didicerunt, atque in noſtrum eloquium transferédo nobiliores clarioreſque fecerunt. Ibidem Hermæ Aegyptij uerba ſicut in noſtram linguam interpretata ſunt ponamus. Et libro nono. Duæ ſunt ſententiæ philoſophorum de his animi motibus, quos græci πάθη, noſtri autèm quidam, ſicut Cicero perturbationes, quidam, & quæ ſequuntur. Et libro duodecimo. Ab eo quod eſt eſſe uocatur eſſentia, nouo quidem nomine, quo uſi ueteres non ſunt latini ſermonis auctores, ſed iam noſtris temporibus uſitato, ne deeſſet etiam linguæ noſtræ, quod græci appellant uſiam. Et libro quintodecimo. Non enim admittunt quod magis hic eſſe poterit error interpretum, quam in ea lingua eſſe falſum, unde in noſtram per græcam

ſcriptura ipſa translata eſt. Et in Ioan. latinæ linguæ auctores ueneratus ait. Sicut autem definierunt antiqui latinæ linguæ clariſſimi auctores, gloria eſt frequẽs de aliquo fama cum laude. Et libro primo de muſica ſe græcis uocabulis non uſurum dicit niſi neceſſitate cogatur, ait enim. Analogia græcum nomen eſt, noſtri quidam proportionem uocauerunt, quo nomine utamur, ſi placet, non enim libenter niſi neceſſitate græca uocabula in latino ſermone uſurpauerim. Et libro ſecundo. Sed quia non ſunt cõtemnenda uetuſta uocabula, nec facile à conſuetudine recedendum, niſi quæ rationi aduerſantur, utendum eſt his nominibus pedũ, quæ græci inſtituerunt, & noſtri iam utuntur pro latinis. Et ad Paſcentium de homuſio recipiendo loquens ait. Reſpondebatur a nobis, quia nos latinè loqueremur, & illud græcum eſſet. Et paulopoſt. Lingua noſtra græca non eſt, interpretandum eſt quid ſit homuſion. Et de Trinitate libro ſeptimo. Non aliter in ſermone noſtro ideſt latino eſſentia, quam ſubſtantia ſolet intelligi. Et libro quartodecimo, linguæ, quæ appellantur gentium, quarum noſtra lingua latina eſt. Et contra Iultanum libro primo. An ideo contemnendos putas, quia occidentalis eccleſiæ ſunt omnes, nec ullus in eis eſt connumeratus a nobis orientis epiſcopus? Quid ergo faciemus, cum illi Greci ſint, nos latini? En quoties Auguſtinus homo Africanus latinã linguam ſuam, & latinos ſcriptores ſuos appellat, ſeque latinum hominem eſſe & fatetur & gloriatur?

Idque pleriſque alijs in locis facit. Et ad Hieronymũ ſcribens gloriatur iubilatque quòd diuina ſcriptura illius labore in latina lingua fuerit adiuta. Tua, inquit, doctrina in nomine & adiutorio domini tantum in latina lingua eccleſiaſticæ literæ adiutæ ſunt, quantum unquam potuerunt. Et ad Dioſcorum ſcribens geſtit gaudio, quòd Carthagine perinde ut Romæ latinarum literarum ſtudia florerent, ubi ſic ait. Duæ tantũ urbes latinarum literarum artifices ſunt, Roma & Carthago. Item Hieronymus, qui bene multum elaborauit, ut diuinas literas latino eloquio emendatiores redderet, latinam linguam ſuam, eiuſque ſtudioſos ſuos appellat, ait enim in Apologia aduerſus Rufinum. Quædam opuſcula Euſebij in latinum uertens meæ linguæ hominibus dedi. Item putabam me bene mereri de latinis meis, & noſtrorum ad diſcendum animos concitare, quod & græci uerſum de latino poſt tantos interpretes non faſtidiunt. Et rurſum. Aquilam & Symmachum & Theodotionem curioſe legunt, quanto magis latini mei grati eſſe deberent, quòd exultantem Græciam cernerent aliquid a ſe mutuari. Et ad Paulam & Euſtochium de græcis queritans ait. Multi orientales græco turbine latinam uolunt confundere puritatem. Quid credis diceret modo tantus uir latinæ linguæ ſtudioſiſſimus ſi in terris ageret? Quid cæteri latini ſcriptores ſi reuiuiſcerent, & ignorantium uulgarium ſcriptorum temeritatem atque inſaniam cernerent? Suaque latina ſcripta, quæ tantis labori-

huc

bus & uigilijs lucubrarunt; in uulgi ſermonem ab ipſis auaris lucrionibus, qui latinam linguam non confundere, ſed, quod ſæpe queſti ſumus, manibus ac pedibus radicitus perdere contendunt, expreſſa uiderent? Non eos fuſtibus peterent, omniaque in ipſos maledicta conferrent? Qui neque græciæ artium liberalium altrici pepercerunt, quam inſolentem, & exultatem appellauerunt. Qui & ingenti gaudio exiliunt, quòd latina lingua ab omnibus populis, ut ſibi propria, ac patria ſit recepta, quodque ubique terrarum latinarum literarum ſtudia & priuata & publica eſſent. Et *certe Pannonij, Aſſyrij, Afri, Galli, Britani, & demum, ut dixi, omnes gentes, uel illi ipſi græci in latinas literas incumbebant. Sed enim, ait Seneca controuerſiarum libro quinto, multi græci non contenti unius linguæ eloquentia, græcè & latine declamauerunt, ita & plerique latini latinè & græcè declamabant.* Dionyſius Halicar. *latinas literas didicit. Et Plutarchus, qui, ut ipſe in Demoſthene ait, latinum ſermonem negligebat, ſero ipſum prouectiorique ætate didicit. Et, ut Auguſtinus ait, Græcis pueris Virgilius primus è latinis legebatur. Et Iuuenalis Sat. quintadecima lætitia immodica effertur quod latina lingua ubique gentium florebat, ait enim.*

Nunc totus graias, noſtraſque habet orbis Athenas.
Gallia cauſidicos docuit facunda Britannos
De conducendo loquitur iam rhetore Thule.

Et Sat. Sept. & in Gallia & in Africa oratoriam ar

tem latinè floruiſſe ſcribit, ubi patroni cauſarum magnis præmijs afficiebantur. Id idem Suetonius in libro de illuſtribus grammaticis geſtiens gaudio ſcribit, ubi ait. In prouincias quoque grammatica penetrauerat, ac nonnulli de doctiſſimis doctoribus peregrè docuerunt, maxime in Gallia Togata. Inter quos Octauius Teucer, & Siſennius Iacchus, & Oppius Cares. In Pannonia, ait Velleius, latina lingua, Romanaque diſciplina florebat. In Hiſpania ante Syllæ ætatem, & præſertim Numantiæ latinarum literarum ſtudia fuere, ut apud Salluſtium in Iugur. uidere licet, ubi Iugartham latinas literas didiciſſe ſcribit. Et Sertorius, ut Plut. fert, nobiliſſimis Hiſpanis in Oſcam Hiſpaniæ urbem conuocatis præceptores eis tradidit græcarum ſimul & latinarum literarum. In Syria latinarum literarum ſtudia floruiſſe conſtat. Quando certe Zenobia Syriæ regina (diſcebant etiam mulieres peregrinæ græcas & latinas literas) Spartianus tradit, puellas nimis raras, filios latinè loqui iuſſerat, adeo ut græcè uel difficile, uel raro loquerentur. Ipſa latinis ſermonibus non uſquequaque ignara, ſed ut loqueretur pudore cohibita. Conſtantinopoli, quæ Thraciæ eſt ciuitas, latinarum literarum ſtudia & publica & priuata erant, ut in Cod. lib. duodecimo conſtat. Et certe Priſcianus illì latinas literas publicè eſt profeſſus. Iudæi quoque latinæ linguæ ſtudiũ impendebãt. Nam Machabei ad ſenatũ epiſtolas latinè ſcripſerunt, & ſenatus ad ipſos & ad plures reges & nationes in gratiam ipſorum epiſto-

epiſtolas latinè ſcripſit Et inde a Pompeio ſubacti lati ne eos loqui oportebat apud magiſtratus Romanos. Nam omnes prouinciales uel illi ipſi græci decreto ſenatus cogebantur, ut & Romæ in ſenatu, & apud omnes magiſtratus, & in prouincijs apud magiſtratus latine loquerētur. De qua re Val.Max.lib.ij.ita ſcribit. Romani maieſtatē ſuam retinentes id magna cū perſeuerantia cuſtodiebant, ne græcis unquā niſi latine reſponſa darent, quinetiā ipſa linguæ uolubilitate, qua plurimū ualent, excuſſa, per interpretē loqui cogebāt, non in urbe tantū noſtra, ſed etiā in Grecia & Aſia, quo ſcilicet latinæ uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. Tiberius Cæſar, ait Suet ſermone græco quanquā aliàs promptus & facilis, nō tamē uſquequaque uſus eſt. Abſtinuitque maxime in ſenatu. In quodā decreto patrū cum ἔμβλημα *recitaretur commutandā cēſuit uocē & pro peregrina noſtratem requirendā, aut ſi nō reperiretur uel pluribus, aut per ambitū uerborū rem enunciandā. Militē quoque græce teſtimoniū interrogatū nonniſi latine reſpondere uetuit. Conſtantinus Cæſar, ait Euſebius lib.iij.de uita illius, ob latinæ linguæ maieſtatē in Nicena ſynodo etſi græce loqui ſciebat, latine tamē ſemper locutus eſt. Atque, ut Athanaſius ad Marcum papam ſcribit, mediā canonum partē illius ſynodi latine ſcribi uoluit. Geſtit etiā & fermè effertur lætitia immodica Plinius, imo uero ille ipſe Cæſar latinā linguā Ciceronis ingenio ac labore auctā, & excultam, atque unà cum Imperio to*

to terrarum orbe eſſe diffuſam, qui libro ſeptimo .... ſcribit. Ciceronem facundiæ literarum latinarum parentem Cæſaris ſententia omnium triumphorum lauream adeptum maiorem, quanto plus eſt ingenij Romani terminos, in tantum promouiſſe, quam Imperij. Quæritur Seneca latinæ linguæ amantiſſimus, quòd bellorum ciuilium tumultu latinam Romanamque *eloquentiam ab illo ipſo Cicerone eloquentiæ fonte imbibere non potuerit. Qui declamationum libro primo ſic ait. Nec Ciceronem quidem ætas mihi eripuerat, ſed bellorum ciuilium furor, qui tunc totum orbem peruagabatur, quo intra coloniam meam me continui. Alioqui in illo atriolo, in quo duos grandes prætextatos ait ſecum declamare, audiſſe potui. Et illud ingenium, quod ſolum populus Romanus par Imperio ſuo habuit, cognoſcere. Et quod uulgò de alio dici ſolet; ſed de illo propriè debet, potui uiuam uocem audire. De quo etiam Auguſtinus ita fert in Magiſtro. Quid in latina lingua excellentius Cicerone inueniri poteſt? Cuius os Hieronymus in Amos, aureum appellat. Qui Cicero ingenti in* Romanos *latinoſque amore ductus modis omnibus ipſis prodeſſe ſtuduit. Qui paſſim, & præſertim libro primo & ſecundo Tuſ. dicit ſe philoſophiam latinis literis illuſtrare. Et libro ſecundo de diuinatione enumeratis libris, quos ad eam diem de philoſophia ſcripſerat, addit. Ad reliqua acri tendebamus animo, ſic parati, ut niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur,*

qui non latinus literis illuſtratus pateret. Quod enim munus reip. afferre maius meliuſque poſſumus, quàm ſi docemus, atque erudimus iuuentutem? His præſertim moribus atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refrenanda, atque coercenda ſit. Magnificum illud etiam Romaniſque hominibus glorioſum, ut græcis de philoſophia literis non egeant. Gratias agit immortales patri Statius, quòd ſe ad diſcẽdas latinas literas iuuerit. Quã latinã linguã eius ſtudioſi proſequiſq. emẽdare, atque uerbis & elocutionibus, ac rebus ac ſententijs augere oppidò laborauerunt. Elaborauit impensè Cæſar, ut latinum ſermonem emendaret: Qui, ait in Bruto Cicero, rationem adhibens conſuetudinem uitioſam & corruptam pura & incorrupta conſuetudine emendat. Gloriatur mirifice Virgilius Geor. ſecundo quòd primus apud latinos carmine de re ruſtica Heſiodum imitatus ſcripſiſſet. Bene geſtit gaudio Horatius quòd Ennius unà cum Catone latinum ſermonem locupletauerit, quos ipſe imitatus eum ditare conatus eſt, ait quidem in arte poetica. Cum lingua Catonis & Enni ſermonem patrium ditauerit, & noua rerum nomina protulerit. Et Epiſtolarum libro primo lætatur quòd primus apud latinos iambo pede ſit uſus, primuſque è latinis lyrico carmine ſcripſerit, ait enim.

Libera per uacuum poſui ueſtigia princeps
Non aliena meo preſſi pede, qui ſibi fidet
Dux reget examen pario s ego primus Iambos

 Oſten-

Oſtendi latio, numeros animoſque ſecutus Archilochi. Et paulopoſt. Hunc ego non alio dictum prius ore latinis uulgaui fidicen. Et libro ij. eximie gaudet a Liuij poetæ æuo ad ſuam uſque memoriã permultos latinos poetas extitiſſe græcis non inferiores, ubi Enniũ Homero, Afraniũ Menãdro, & Plautum Epicharmo conferens inquit.

Siqua græcorum ſunt antiquiſſima quæque
Scripta, uel optima Romani penſantur eadem
Scriptores tructina, non eſt quod multa loquantur.
Nihil eſt intra oleam, nihil extra eſt in nuce duri
Venimus ad ſummum fortunæ, pingimus atque
Pſallimus, & luctamur achiuis doctius unctis.
Et paulopoſt.
Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus
Dicitur Afrani toga conueniſſe Menandro,
Plautus ad exemplar ſiculi properare Epicharmi
Vincere cæcilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediſcit, hos arcto ſtipata theatro
Spectat Roma potens, habet hos, numeratque poetas
Ad noſtrum tempus Liui ſcriptoris ab æuo.

Et in poetica gratulatur admodum quòd latini poetæ omni metri genere ſcripſerint, eoſque plurimum commendat, etſi dure & antique ſcripſerint, & in caſtigandis ſuis ſcriptis extiterint ſegnes, ait quidem.

Nil intentatum noſtri liquere poetæ
Nec minimum meruere decus, ueſtigia græca
Auſi deſerere, & celebrare domeſtica facta,

Vel

Vel qui prætextas, uel qui docuere togatas
Nec uirtute foret, clariſue potentius armis
Quàm lingua latium, ſi non offenderet unum
Quenque poetarum lymæ labor & mora.

Et Epiſt. lib. ij. geſtit nimiũ lætitia quòd latini ſcriptores latinã linguã cultiorẽ & ditiorẽ reddiderint & puriorem, atque ob id latiũ beatum, ut dudum potentius clariuſque uocat, quod Virgiliana Dido pulchrum *appellat. Supploſis nanque uetuſtis ſordidis & aſperis latinis uocabulis, ſpecioſiora tantũ, ac clariora a latinæ linguæ auctoribus deligebantur, nouabanturque cum delectu. Inquit enim.*

At qui legitimum cupit feciſſe poema
Cum tabulis animum cenſoris ſumet honeſti
Audebit quæcunque parum ſplendoris habebunt
Et ſine pondere erunt, & honore indigna ferentur
Verba mouere loco, quamuis inuita recedant
Et uerſentur adhuc intra penetralia ueſtæ
Obſcurata diu populo, bonus, eruet, atque
Proferet in lucem ſpecioſá uocabula rerum
Quæ priſcis memorata Catonibus atque Cethegis
Nunc ſitus informis præmit & deſerta uetuſtas
Aſciſcet noua, quæ genitor produxerit uſus
Vehemens, & liquidus, puroque ſimillimus amni
Fundet opes, latiumque beabit diuite lingua
Luxuriantia compeſcet, nimis aſpera ſano
Leuabit cultu, & uirtute carentia tollet
Ludentis ſpeciem dabit. Hortaturque *Auguſtum, ut*

bibliothecâ latinâ inſtruat libris. Quâ necnon & græcam, ait Suetonius publicauit, laborauit ultro citroq. uehementer Cicero, laborauit Horatius, laborauit Cæſar, laborauerunt & alij quàplurimi Eruditi uiri, quo latinâ linguâ, ut alibi copioſius oſtendam, locupletarent, & exornarent. Non medico dolore conficitur Ouidius latinæ linguæ ſtudioſiſſimus quod in Sarmatiæ partibus exilio multatus exiſtens latina aliqua uerba obliuioni ferè mandauerit, ſibique ignoſci petit ſiquid forte inconcinnum, & in arte grammatica abſonum protulerit, ait enim libro tertio de triſtibus ſub libri perſona.

Siqua uidebuntur caſu non dicta latino
In qua ſcribebat barbara terra fuit. Et lib. quinto.
Ipſe ego Romanus uates (ignoſcite muſæ)
Sarmatico cogor plurima more loqui.
Et pudet & fateor; iam deſuetudine longa
Vix ſubeunt ipſi uerba latina loqui.
Et paulo poſt.
Ipſe mihi uideor dedidiciſſe latinè
Nam didici Geticè Sarmaticeque loqui.

Et rurſus intercluditur dolore, ac queritur, quòd nemo quiſquam illì latinæ linguæ ſtudioſus eſſet; qui alios latinos ſcriptores æmulatus ſelecta latialia uerba è uulgi uſu ſumpta nouaret, donaretque latinitate, quo cum ipſe ſiqua nouaſſet, conferret, ait enim:

Vnus in hoc non eſt populo, qui fortè latinè
Quælibet è medio reddere uerba queat.

Quid

[...]us erat uerba è medio ideſt latij uulgi uſu deligere, & latina facere, ſi natura latina grammatice erant? Sed hac de re locupletius libro ſecundo. Rurſus Ouidius ibidem Getas ſtolidos appellat, quod uerba latina non intelligentes, ea deridebant & deteſtabantur, quales ſunt hodie plebeij ſcriptores, ait enim.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli
Et rident ſtolidi uerba latina getæ

Quis enim neget ſtolidos eſſe, & uecordes, barbaroſque eos, qui latinam linguam aſpernantur? Meritò profectò Iuuenalis latinæ linguæ contemptores mures, ideſt imperitos ruſticos & barbaros appellat. Qui Sat. tertia de opicis campaniæ populis loquens, qui latina ſcripta, quæ ipſe diuina nuncupat, Latinamque linguam pilifacientes irridebant, ait. Et diuina opici rodebant carmina mures. Quid dicerent modo tot chariſſimi uiri latinæ linguæ atque eloquentiæ ſtudioſiſſimi ſi ab inferis excitarentur, & latinam linguam, quam plurimi fecerunt, neglectam, ſuaque ſcripta uulgi iudicio expoſita uiderent? Qui, quòd ſibi gloriæ pars uirilis fuit, latinam ipſam linguam merito ſuo amauerunt iuxta ac gemmas, ſeque eius ſtudio animo præſenti iam inde a pueris mirificè deuinxerunt. Quam quidam, ut oſtendi, uocant Italam. At noſtri noui plebeij ſcriptores, Italo nomine indigni, quia magna ac maxima parte iudicij carent, uilibuſque ſe rebus applicuerunt, non ſolum eam deſpicatam habent,

con-

conculcant, proterunt, uitant peius cane & angue, ſed etiam eam relegantes ſibi peregrinam dicunt, eiuſque ruinam, ut non ſemel dixi, intentant, ſed ſuo ipſorum capiti ſit. Quid etiam dicerent, quid agerent illi Romani proceres, & Imperatores ſi reuiuiſcerent qui latinam linguam haud minoris quàm Imperium fecerunt, eamque unà cum Imperio ipſo per uniuerſum orbem diffundi, & Romanam iuuentutem latinis literis ac diſciplinis erudiri atque imbui enixum elaborauerunt, & huius ætatis plebeios ſcriptores ignorantes uiderent, qui iuuentutem ſuis præſtigijs circumſcribentes, & a latinæ linguæ ſtudio ad nugas ſuas auocantes, eam abolere ac deſtruere, necnon uernaculam latij uocem exprofeſſo barbaram reddere modis omnibus moliuntur? Quibus credis conuicijs eos afficerent? Quot flagris cæſos Roma è latioque & Italia ſua pellerent? Quos quiſquam bonus non probris inceſſeret? Non eis manus, non dentes afferret? Cum uel in diuinis literis huiuſmodi homines perſæpe probris affectos legamus. Enimuero deplorat nimium latinitas tam uaſtam rei literariæ cladem atque iacturam. Quæ tot egregia ueterum pereruditorum ſcriptorum munimenta mutilauit, innumeroſque propè alios doctrina abſolutos ſcriptores immortali memoria dignos totos eripuit, atque abſorbuit. Quos optimatibus ac potentibus & præſertim Cæſari præcipua cura eſſe debet ueſtigandi, & præcipue Ciceronem latinæ linguæ parentem, & Varronem, quo neque apud latinos, neque apud

apud græcos doctior, nemo fuit, & Salluſtium de omnimoda hiſtoria, & Plinij hiſtoriam, & Atticum, & Titum Liuium Romanæ hiſtoriæ diligentiſſimos & fideliſſimos ſcriptores. Atque ſuos maiores, qui latinas literas uehementer colentes promouendis liberalibus ſtudijs nati eſſe uidebantur, imitantes uel præmijs propoſitis eruditos uiros ad perueſtigandum tantum theſaurũ publicæ utilitati paratũ ſolicitare deberent. Qui eò auri ac gemmarũ theſauro præcioſior eſt, quò animus eſt corpore præſtãtior, & quo omnibus ditari fas eſt Fama *eſt in Hibernia oẽs* T. *Liuij libros eſſe. Et quamquã nõ defuerint è noſtris, qui græcè ſcripſerint, ut Sex. niger, Q. Fabius L. Cin. L. Arunc. Iul. Baſſ. A. Albinus, Cato tamẽ apud Gelliũ lib.* XI. *& hũc & alios quòd græcè ſcripſerint reprehẽdit. Cicero quoq; uehemẽter inſimulat eos, qui latina ſcripta aſpernãtur, eoſque nomini Romano inimicos eſſe cenſet, quales Tuſci ſemper extitere. Qui, ut Gellius lib. iiij. tradit, inimico, atque hoſtili in populũ Romanũ animo ſemper fuare. Quare haud mirũ ſanè ſi latinã linguã repudiant & deteſtãtur, eáq. funditus perdere nituntur. Præſertim etiã quòd, ut alibi oſtẽdã, magis leuibus ludicriſq. rebus, quàm grauibus ſuopte ingenio ſunt appoſiti. Turpe autẽ eſt, ait Cicero, neſcire latine loqui. Qui quidem, ut dixi, maximopere & enixum elaborauit, quo latinã linguã ditaret & excoleret, ut in libro de fato & alibi paſſim ipſe ſcribit. Qui &* in Orat. *inquit. Sed ego, qui multum tribuerim latinis meis uel ut hortarer*

hortarer alios, uel quòd amarem meos. Et de Fin. lib. primo de latina ſcripta aſpernantibus conquerens ait: Erunt etiam, & hi quidem eruditi græcis literis, contemnentes latinas, qui ſe dicant in græcis legendis operam malle conſumere. Et poſt pauca. His igitur eſt difficilius ſatis facere, qui ſe latina ſcripta dicunt contemnere. In quibus hoc primum eſt, in quo admirer, cur in grauiſſimis rebus non delectet eos patrius ſermo, cùm iidem fabellas latinas ad uerbum de græcis expreſſas non inuiti legant. Quis enim tam inimicus penè nomine Romano eſt, qui Ennij Medeam, & Antiopam pacuuij ſpernat, aut reijciat? Qui ſe iiſdem Euripidis fabulis delectari dicat, latinas literas oderit? Et mox. Quòd ſi græci leguntur a græcis iiſdem de rebus alia ratione compoſitis, quid eſt, cur noſtri a noſtris non leguntur? Et Acad. primo, & alibi ſæpe, ut oſtendi, ſe laboraſſe ait, ut philoſophiam etiam latinis literis illuſtraret. Vbi quæritur quod quidã latinos philoſophos legere noluiſſent. Et in Bruto quæritur, animoque angitur, quòd Græci oratores legebantur, & Cato omittebatur; idque noſtrorum inſcitiæ attribuit, ait enim ſic. Catonis luminibus obſtruxit hæc poſterorum quaſi exagerata altius oratio. Sed in noſtris inſcitia eſt, quòd ij ipſi, qui in græcis antiquitate delectantur, eaque ſubtilitate, quã Atticam appellant, hanc in Catone non nouerunt quidem, Hyperidis uolunt eſſe & lyſiæ, laudo, ſed cur nolunt Catonis? Attico genere dicendi ſe gaudere di-

cunt, ſapienter id quidem, atque utinam imitarentur nec oſſa ſolum, ſed etiam ſanguinem, gratum eſt tamen quod uolunt, cur igitur lyſias & Hyperides amatur, cum penitus ignoretur cato? Ibidem arguit eos, qui ſcauri orationes, & uitam non legiſſent, cum Cyri uitam & diſciplinam legerent. Et lib. eodem ait. Ipſum latinè loqui eſt illud quidem, ut paulo ante dixi, in magna laude ponendum, ſed non tam ſua ſponte, quàm quòd eſt a pleriſq. neglectum, non enim tam præclarum eſt ſcire latinè, quàm turpe neſcire, neque tam id mihi oratoris boni, quàm ciuis Romani *proprium uidetur. Ibidem.* Itaque *cum ad hanc elegantiam uerborũ latinorum, quæ etiam ſi orator non ſis, & ſis ingenuus ciuis Romanus, tamẽ neceſſaria eſt. Vides igitur quantis querelis queritur Cicero de his, qui latina ſcripta, latinamque linguã cõtemnunt? Quotue rationibus ac monitis hortatur omnes & excitat, tum maxime Romanos ciues, quorum eſt maxime proprium latinis literis operam nauare? Claudius Cæſar, ait Suet. ſplendidum uirum græciæque principem uerum latini ſermonis ignarum non modo albo iudicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit. Idem, ait Dion libro quinquageſimo octauo hominem quendã lycium unum è lycijs legatis & iam ciuitate* Romana *donatum latina lingua interrogauit quidpiam, cui nõ intelligenti quod ipſe dixiſſet ciuitatem ademit, dixitque eum, qui non haberet huius linguæ ſcientiam non oportere ciuem Romanum eſſe. Quòd ſi Imperator*

turpe eſſe duxit, & quidem iure, Lycium, necnon græcum homines nobiles Romana ciuitate donatos quòd latinè loqui neſciſſent ciuitate ipſa indignos cenſens priuauit, quid dicendum eſt de Romano homine non ciuitate donato, ſed nato & ingenuo? Hinc iure quidem optimo Valla ſolos & uerè Quirites appellat eos, qui latinis literis præditi ſint, cæteros uero inquilinos. Vt enim Romani habendi ſunt illi, qui Romanam grauitatem exuti, amplectuntur uanitatem, ac ſe ignorantium ac ſemibarbarorum hominum diſcipulos præſtant? Quid enim grauius, quid præſtantius, quid homine & præſertim Romano *dignius, quàm latinis literis ac diſciplinis inſigniri, & Romanum latinumque nomen tueri? Quid contrà uilius, ac turpius, quàm latini eloquij maieſtate deſerta, uulgaribus nænijs oblectari, tempuſque inaniter terere? Iuuenalis etiam Sat. quinta latinam linguam faſtidientes, & græcas ſectantes arguens inquit. Omnia græcè, cum ſit turpe magis noſtris neſcire latinè.* Itemque *Horatius ſermonum libro primo eos obiurgans, qui græcis potius, quàm latinis litteris delectabantur, à Romulo ſe correptum atque increpitum ſimulat, quòd iuuenis græcos uerſiculos luſiſſet. Inſimulatque prænimis eos, qui græca latinis miſcebant. Pædius Publicula, & Meſſalla Coruinus fratres à græcis abhorruerunt, ita ut hic græcam uocem exhorrens primus funabuli nomen intulerit. Cicero offi. primo, ſermone noſtro uti nos debere dicit, qui natus eſt nobis, ne, ut quidã*

græca

græca uerba inculcantes iure optimo irrideamur. Irridetur Albutius a Muſio apud Lucilium quòd Chere græco uerbo ſit uſus. Grægorius papa Epiſt. libro ſecundo in quadam epiſtola, quæ eſt ad Narſam, iccirco ſe Dominicæ mulieri cuidam reſpondere noluiſſe ait, quod cum eſſet latina græcè ſcripſerit. Quòd ſi Cicero, Cato, Horatius, Iuuenalis alijque latinæ linguæ amatiſſimi tantis quærimonijs quærunt ur de his, qui latinis ſcriptis latinaque lingua contemptis græca ſectabantur, eoſque ualde repræhendunt, quibus probris, ſi ab inferis excitarentur, hos afficerent, qui latina ipſa lingua contempta, uulgares nænias ac nugas componunt & legunt, illamque ſtirpitus abolere contendunt? Quam Cicero ipſe alijque plurimi clariſſimi auctores, ut alias dixi, longe plurimũ enixi ſunt, ut eam ditarent & exornarent, neuè græcis inferiores eſſemus, neuè illorum egeremus inſtitutis. Quanquam ſcioli quidam hæc uerba patrium & natum ſermonem perperam & inſcite intelligunt, dicuntque Romanos olim omnis ſexus ætatis & ordinis natura latinè per antonomaſiam, ideſt grammaticè fuiſſe locutos & Gothos latinam, Romanos uero Atticam linguam corrupiſſe, eaſque modo eſſe ſuperuacaneas, ſed ingenuas artes ac diſciplinas natiuo communique ſermone ſcribendas, id quod ſibi perſuaſiſſimum habent. Nõ perpẽdẽtes, ut hinc ſuas nænias patefacere, ac refellere ordiar. Latinum ſermonem non ab Italis modo, ſed ab onibus propemodum gentibus, ut oſtendi, uti ſuum

proprium ac ſibi patrium fuiſſe receptum, ab omnibus latinis ſcriptoribus natiuũ & patrium, ac ſuum appellatum. Sedenim neque Ennius, quem Tertullianus Romanum poetam, ut eſt quidem, appellat, neque Pacuuius, neque Horatius, neque Perſius, & Ouidius, qui ſe Romanos poetas, & quidẽ iure, uocant, neque Plinius Cæcilius, aliique, qui latinum ſermonẽ patrium appellant, latini natione, aut Romani fuerunt, non enim Romæ, aut in latio nati ſunt. Item neque Seneca, Columella, Iuuenalis, Lactantius, Tertullianus, Victorinus, Terentianus, Hieronymus, Auguſtinus, aliique permulti & Itali & prouinciales, qui ſe latinos eſſe & fatentur & gloriantur, & latinum ſermonem latinoſque ſcriptores ſuos appellant, latini aut Romani patria, quod planius oſtẽdemus, fuerunt. Neque cum Horatius in poetica dicat latinos poetas, quos alibi Romanos non iniuria quidem, uocat, celebraſſe domeſtica facta, eorum quiſque ſuæ domus, ac patriæ, in qua eſt ortus, geſta ſcripſit. Sed omnes Romana geſta ſcripſerunt, quæ tamen omnibus latinis poetis atque ſcriptoribus domeſtica dicuntur & patria. Omnes quidem, qui latine ſcripſerunt, ſcribuntque barbari eſſe deſinunt, & latini Romanique ſunt. Quare Virgilius Georg. libro ſecundo ait. Aſcreumque cano Romana per oppida carmen, hoc eſt per urbes genteſque latinas. Auguſtinus quoque lib. tertio de Bapt. omnes latinos ſcriptores, latinas gentes, ut ſunt certe, appellat. Profectò, inquit, iiſdem in eandem

Cypriani

Cypriani ſententiam, niſi me ad diligentiorem conſiderationem reuocaret auctoritas aliorum, quos uel pares gratia doctrinæ, uel fortaſſe doctiores per tot gentes, latinas, græcas, barbaram & ipſam hebræam. Et libro primo de doctrina chriſtiana latinæ linguæ ſtudioſos ipſius linguæ ſocios appellat. Cum autem latinus (a latio enim latinum nomen ducitur) uernaculus, natiuus, indigena, domeſticus, quotidianus, communis, publicus, uulgariſque ſermo latinis populis Romaniſque (Romam enim in latio eſſe homo quiſquam eſt, qui hæreat) patrius ſit, cur non ſibi quoque patrius eſt latinus grammaticus, literarius, regularis, ex arte inſtitutus? Qui è medio, ideſt, è natiuo, quotidiano, communi & publico loquendi uſu, ut ſuo loco planius docebimus, arte eſt factus grammatica, quem, ut oſtendi, uel alij Itali, uel prouinciales ſibi patrium eſſe, dixere. Nimirum minime latinus dicendus eſſet, ſi latinis populis patrius natiuus, propriuſque non eſſet. Non enim iccirco latinus dicitur, quia arte conſtat, neque quia eo auctores ſcripſerunt, ſed quia in latio natus eſt. Vocabula enim latini regularis ſermonis materia, in latio nata ſunt, licet multa ab auctoribus, quod ſequenti libro uberius docebo, facta ſint, non nata. Licet etiam grammaticus literariuſque ſermo per antonomaſiam & exochen, ideſt per excellentiam latinus dicatur, uernaculus tamen uulgaris & publicus ſermo a latio latinus dicitur. Eſt igitur latinis populis latinus literarius ſermo patrius quidem, natiuus,

proprius, & peculiaris, ita & Atticus Atticis, & Hebraicus Hebræis, at non publicus, non quotidianus nō plebeius, nō popularis, nō cōmunis oībus omnis ſexus ætatis & ordīis, ut quidā inſcitè & præcipitanter intelligunt, ſed a natiuo, cōmuni & publico latino ſermone arte inſtitutus, habito uerborū delectu, certiſque regulis ſubiectus. Artem enim natam non eſſe, ſed excogitatam, eamque magno ſtudio, labore, cura, diligentia, & tempore acquiri diffitetur nemo, de qua ſuo loco copioſe diſſeremus. Quem latinum literarium ſermonem omnes gentes, ut indicaui, per ſeipſum magis piè, quàm græcum receperunt, cui uel illos ipſos græcos ſedulò operam nauaſſe propalam eſt. Romani autem, cæteriue latini omnes propè dixerim, tum maxime ingenui, uel mulieres perac curatè in latinas literas & eorum plerique uel in græcas incumbebant. Ita, ut ne in re quidem militari quiſquam niſi idem in literis præſtans eſſe uideretur. Vtique militaris ars ſine doctrina haberi non poteſt. Tandiu Romani armis excelluere, quandiu polluere doctrina. In omni quoque ſe ſtudiorum genere apprimè excolebant. Quippe qui omnes liberales artes, omneſque uirtutes aſſequendi nimio tenebantur deſiderio. Quibus animos ſuos exornare, & remp. adminiſtrare, imperiumque propagare poſſent. Nec alio modo tantopere creuit res Romana. Ocium nimirum cæteraque luxuriæ inſtrumenta uelut tetrum & lethale uirus fugiebant, alios præterea, ut dixi, & reipſa, & ſcriptis uer-

biſque ad æmulationem ſui & cohortabantur & excitabant. Etenim ut eruditio omnium eſt uirtutum fons, ſic ex inſcitia cuncta uitia generantur. Pythagoras quoque ille Vir ſapientiſſimus uirtutum ſpecimen philoſophorum facile princeps cum in Italiam rediſſet (ſunt enim, qui ipſum calabrum fuiſſe dicant) & ad Crotonem urbem tum opulentam diuertiſſet, eamque ob recentem cladem, quam crotoniatæ a locrenſibus acceperant, in luxum & inertiam lapſam comperiſſet, auctoritate ſapientiaque ſua ad uſum frugalitatis reuocauit, ciuitatum caſus luxu & deſidia ueluti peſte quadam ac contagio perditarum enumerans. Ad quem ſcilicet audiendum Crotoniatæ uni cum liberis ac coniugibus communi quodam auditorio extructo ingenti ueneratione confluebant; ſiue, ut alij, matronas ſeorſum a uiris uirtutes docebat, ita ut matronæ auratas ueſtes, cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta uelut inſtrumenta luxuriæ deponentes in Iunonis *ædem delata ipſi deæ conſecrarent, aſſerens uera ornamenta matronarum pudicitiam non ueſtes & gemmas eſſe. Viros uero, prætercætera, æquitatem docebat & modeſtiam, eoſque ad literarum ſtudium & adhortabatur impendio, & incendebat, ſic eos in optimam frugem conuertit. Quo factum eſt, ut innumeri propè & ex ea urbe, & ex alijs tum calabriæ, tum reliquæ* Italiæ *ciuitatibus uiri & mulieres doctiſſimi ac ſapientiſſimi euaſerint.*

proprius,& peculiaris,ita & Atticus Atticis,& Hebraicus Hebræis,at non publicus, non quotidianus nō plebeius, nō popularis,nō cōmunis oībus omnis ſexus ætatis & ordinis,ut quidā inſcitè & præcipitanter intelligunt,ſed a natiuo,cōmuni & publico latino ſermone arte inſtitutus ,habito uerborū delectu,certiſque regulis ſubiectus. Artem enim natam non eſſe,ſed excogitatam, eamque magno ſtudio, labore, cura, diligentia, & tempore acquiri diſſitetur nemo, de qua ſuo loco copioſe diſſeremus. Quem latinum literarium ſermonem omnes gentes, ut indicaui, per ſeipſum magis piè,quàm græcum receperunt, cui uel illos ipſos græcos ſedulò operam nauaſſe propalam eſt. Romani au*tem, cæteriue latini omnes propè dixerim, tum maxime ingenui,uel mulieres perac curatè in latinas literas & eorum plérique uel in græcas incumbebant. Ita; ut ne in re quidem militari quiſquam niſi idem in literis præſtans eſſe uideretur. Vtique militaris ars ſine doctrina haberi non poteſt. Tandiu Romani armis excelluere, quandiu polluere doctrina. In omni quoque ſe ſtudiorum genere aprimè excolebant. Quippe qui omnes liberales artes, omneſque uirtutes aſſequendi nimio tenebantur deſiderio. Quibus animos ſuos exornare, & remp. adminiſtrare, imperiumque propagare poſſent. Nec alio modo tantopere creuit res Romana. Ocium nimirum cæteraque luxuriæ inſtrumenta uelut tetrum & lethale uirus fugiebant, alios præterea, ut dixi, & reipſa, & ſcriptis uer-*

biſque

biſque ad æmulationem ſui & cohortabantur & excitabant. Etenim ut eruditio omnium eſt uirtutum fons, ſic ex inſcitia cuncta uitia generantur. Pythagoras quoque (ille Vir ſapientiſſimus uirtutum ſpecimen philoſophorum facile princeps cum in Italiam rediſſet (ſunt enim qui ipſum calabrum fuiſſe dicant) & ad Crotonem urbem tum opulentam diuertiſſet, eamque ob recentem cladem, quam crotoniatæ a locrenſibus acceperant, in luxum & inertiam lapſam comperiſſet, auctoritate ſapientiaque ſua ad uſum frugalitatis reuocauit; ciuitatum caſus luxu & deſidia ueluti peſte quadam ac contagio perditarum enumerans. Ad quem ſcilicet audiendum Crotoniatæ unà cum liberis ac coniugibus communi quodam auditorio extructo ingenti ueneratione confluebant; ſiue, ut alij, matronas ſeorſum a uiris uirtutes docebat, ita ut matronæ auratas ueſtes, cæteraque dignitatis ſuæ ornamenta uelut inſtrumenta luxuriæ deponentes in Iunonis ædem delata ipſi deæ conſecrarent, aſſerens uera ornamenta matronarum pudicitiam non ueſtes & gemmas eſſe. Viros uero, prætercætera, æquitatem docebat & modeſtiam, eoſque ad literarum ſtudium & adhortabatur impendio; & incendebat, ſic eos in optimam frugem conuertit. Quo factum eſt, ut innumeri propè & ex ea urbe, & ex alijs tum calabriæ, tum reliquæ Italiæ ciuitatibus uiri & mulieres doctiſſimi ac ſapientiſſimi euaſe-

 rint.

rint. Qui cum ad alia, tum uero ad leges ferendas, ciuitateſque iuſtè adminiſtrandas ſatis erant idonei. Numa ille ſecundus Romanorum rex Crotonem, ut nonnulli aſſerunt, petijt, ut ab illo ipſo Pythagora philoſophiæ præcepta diſceret, qua poſtea tantam urbem moderauit. Felix quidem, ait Plato reip. libro quinto, eſt illa ciuitas, quam adminiſtrat ſapiens. De quo Cicero ad Q. fratrem libro primo ait. Ille quidem princeps ingenij & doctrinæ Plato tum denique fore beatas reſpublicas putauit, ſi aut docti & ſapientes homines eas regere cœpiſſent, aut qui regerent omne ſuum ſtudium in doctrina & ſapientia collocaſſent. Hæc Platonis ſententia, ait capitolinus, ſemper in ore M. Antonij Imperatoris cognomento philoſophi fuit. Omnes demum ſapientes homines bonarum literarum ſtudium, quibus doctrina & ſapientia comparatur, ſummis laudibus & commendarunt, & alios ad illud incenderunt, tum maxime è noſtris Cicero, ut oſtendi. At, ò turpem notam temporis huius, noui plebeij ſcriptores molles, languidi, & eneruati (dent ueniam meæ loquendi libertati) uulgari quadam prudentia ſapientiaque oſcitante ac dormitante præditi non item. Sed uanitatem & ignauiam luxuriæ inſtrumenta, bonarumque literarum, atque liberalium artium inſcitiam & contemptum egregias præclaraſque indoles perdocent. Quid enim facerent aliud? Sunt enim non doctores, ſed deceptores, uoluntque omnes ſui ſimiles eſſe, ut apud multos ſua lateat inſcitia, & imperitiæ ſuæ non

redar-

redarguantur. Qui inanem auram a bardo & uano uulgo, cui corui, ut dicitur, ſunt honoratiores luſciniis, inanibus notis captare ſtudentes, uſque eò bene multa ridiculè & ſtultè effutiunt, ut moleſtum ſit eorum annumerare nænias atque figmenta. Quas cum iactabundi caſſo labore compilant, putant quaſi floſculis uernent undique. Atque certe auditores ac ſectatores ſuos dimidio reddunt ſtultiores, quàm accipiunt. Vtique ſi hanc in rem oculum inijcere uelimus, ipſorum nænias legentes operam omnem ludere conſpiciemus, atque quamplurimum eas legerint, tam citiſſimũ ignorantes, uani, & ſtulti fient, nihil enim doctrinæ ex eis nanciſcuntur. Quibus nænijs omnium bonorum conſenſu nihil peius cõtemnendum eſt & irridendum. Verùm in eo ipſo quòd plebeij ipſi doctores inanibus rebus ſuis aſſidentes famam a buccone & fatuo uulgo, quod quotidie dolis capiunt, aucupantur (facillima quidem res eſt idiotas ſubduci tametſi auro ac gemmis ac ſerico ſint onuſti) doctis ac prudentibus infantiam ſuam oſtendere nõ effugiunt, & ridiculi riſum faciunt omnibus latinæ linguæ ac diſciplinæ ſtudioſis. Atque illorum fallaciæ commentitiæque res, quas rudis & ignaui uulgi auribus inſeruientes in apertum proferunt, tandem diuturnitate extabeſcent. Dicunt enim quoque ſe ex latiali uulgari lingua, qua id temporis Italia utitur, aliam linguã, aliam grammaticam ab ea ipſa, quæ iam olim diuino nutu inſtituta eſt, effeciſſe, atque latialem ipſam linguam eò potiorem ac politio-

rem eſſe, quò a latinitate recedit; necnon eandem latialem linguam tuſcam eſſe blaterant, latinaſque literas ſecus in uulgari ſermone, atque in regulari pronunciandas eſſe. Has aliaſque eiuſmodi ſexcentas ineptias & aniles fabellas effutiunt, ac ueluti magnum quidpiam arcanum uulgus ſuum Vanum & imperitum docent. Quibus erroribus, qua ſtultitia ſunt, libenter & pertinaciter hærent, eoſque utcunque ualent obſtinatè nimis tuentur, ueri cognitione ſublata. Et iuuenes ætate improuidos fruſtra habentes in eos ipſos errores adducunt, ac trahunt perſuaſionibus falſis, quibus ipſos a bonarum literarum ac diſciplinarum ſtudijs ad ſuas ineptias auocant. Sobrios autem, officioſos, & eruditos uiros, qui ſuis uænijs atque offucijs non aſſentiunt, probris impetunt, ac temerant fœdiſſimis, eos falsò ac temerè ignorantes ſtultos & temerarios appellantes, cum par utique ſit ipſos eodem telo iuſtè ac merito feri, quo alios iniuſtè proſcindunt. Cuius enim horum aut dignitatis aut doctrinæ ratio eſt habenda? cum in propatulo ſit ipſos odio quodam incitatiſſimo in latinam linguam, imo in uirtutem ipſam flagrantes in eius exitium, & in publicum diſpendium conſpiraſſe. Cum enim uulgare ſcribant, ſcribendumque eſſe alijs ſuadeant, & latinos auctores in uulgarem ſermonem uertant, quid aliud miſeri ac ſtupidi agunt, quàm latinam linguam abolere? Quare nihil eſt profectò quòd mirentur ac quærantur ſi interim male audiant: Nec mihi

mihi fraudi eſto, ſi interdum ipſe ſuo ipſorum iaculo confodio, qui hanc prouinciam ſuſcepi, ut a cauſa latinæ linguæ, quinetiam publici boni ſtarem. Quidni eam pro uirili parte mea tuear, quam quiſque bonus tueri debet? Boni enim uiri magis publica cauſa, quàm priuata commouentur. Quis autem publici boni amator non hos plebeios doctores ueluti publicos hoſtes summa ignominia, maximis pœnis ac communi odio dignos cenſeat, ac demum Italia extrudendos? Quos Cicero nomini Romano inimicos, Ouidius ſtolidos, Iuuenalis mures appellauit. Iam uero uel in diuinis literis huiuſmodi peruerſos & improbos homines conuicijs affectos legimus, non ſingulos tantum, ſed etiam gentes uniuerſe, ut a Ioanne hebreos uiperas, a Paulo Galatas inſenſatos, Cretẽſes malas beſtias, a Chriſto ſcribas & phariſeos non ſemel atque iterum ſed ſæpe hipocritas, rudem & improbam multitudinem canes & porcos. Vel non grauate habenda eſt ipſorum importuna atque execrãda infantia, atque ſuperſtitioſa uanitas, atque barbaries, quæ haud ſecus, atque quædã peſtis peruaſit Italiã? Aiunt inquã plebeij ipſi doctores ac grãmatici quòd quo magis latialis uernaculus uulgaris ſermo, quo id temporis Italia utitur, a latinitate grammaticoue ſermone decedit, eò eſt potior. O nouos populares nõ philoſophos quidẽ, ſed miſoſophos, nõ academicos, ſed ſcepticos, non doctores ſed deceptores, qui uſquequaque ab ineptijs præſidium querentes uolunt quòd quò longius quid abſcedit a ſummo, eò ſit nobilius,

bilius, cum minime diſpiciant, neque rationem ineant quid inter naturam & artem differat. Neque intelligunt quid ſit latinitas, neque quid ſit uulgaritas. Nimirũ ex ignorãtia definitionis, nominiſque deriuationis multæ deceptiones oriũtur: Quaſi aqua quò lõgius recedit a fonte, eò ſit potior, quaſi Getica, uel ſarmata, aut quæuis alia barbara lingua felicior ac clarior ſit latiali, quaſi etiã uernacula uulgariſq. latialis lingua non diſtet a regulari ac literali; ut rudis informiſque materia a præclaro opere. Sed latialem uulgarem linguam a latinitate abſcedere intelligunt ipſam prorſus intercedi, atque aboleri, barbaramque reddi. Et tamen ipſi in multis uocabulis magis latinitati accedũt, quàm illi ipſi latini populi, nam ea eiſdem literis efferunt, ſcribuntq. quibus latinitas, inflexione arteq. ipſa excepta, utitur quod ipſum a latinitate didicerunt, id quod melius in libro uulgari patefaciam & illuſtrabo. O igitur miſeros ſi hæc intelligunt & obſtinatè reluctantur ueritati, miſeriores ſi non intelligunt, & cæcutientes uerum diſquirere non ualent. Et præter cætera ſuis uulgaribus libellis urbem, quæ, ait Cicero, nil peregrinum, nil ruſticum, nil putidum, nil horridum, nil barbarum redolere debet, Italiamque totam, ſerenitati, ut aiunt, nubem inducentes barbarie inficere & refarcire niſi conati ſunt. Siquidem latialis Romanaque uox aliqua ex parte in barbarum ſonum dilapſa eſt, ſapitque peregrinum, nam latialia uocabula, quibuſdam exceptis, non eo ſono & literis pronunciant

& ſcri-

& ſcribunt, quibus latio more ſcribi & pronunciari debent; hoc eſt leniter, æqualiter, & preſſe, ut ſæpe docet Cicero; ſed dure aſpereque nimis, putidè, uaſtè, biulcè, ruſticè & barbarè, quam pronunciationem paſſim Cicero ipſe inſectatur. Latialia quoque ipſa uocabula confundunt & perturbant, nam aut mutant, aut addunt, aut elidunt literas, aut tranſponunt, ita ut nil prorſus latiè ſignificent, aut in alium, & ſæpe in cõtrarium ſenſum trahantur, idque tum natura faciunt, tum ex induſtria. Et quanto corruptius, & magis adulatoriè, ac barbarè loquuntur eò inter ſuos populares maiori laude prouehuntur, ampliorique quæſtu digni exiſtimantur, & obuijs, ut dicitur, ulnis à ſuis ſimilibus accipiuntur. Hos fouent, hos amplectuntur, hos magno honore afficiunt, magniſque muneribus proſequuntur & præmijs potentes & locupletes, ut potè qui ſint ſui ſimiles. Hos a manibus, & a comentarijs, & a ſecretis habent, qui uulgare, corruptè, barbarè & adulotoriè, non qui doctè & eleganter & cum grauitate latine ſcribant & loquantur. Hanc tũ ſcorum uanitatem & barbariem uel concionatores curioſe ſectantur & diſcunt: Hac cum in templis ſermonem habent ad populum, iactanter utuntur. In hac totum loquendi ornatum, totam eloquentiam locant. Hanc inſanum & ſtolidum uulgus, quod uilia mirari, & animis puerilibus omnia ſpectare ſolet, laudat: Hanc erectis uultibus, oſcitantibus oribus, diducto rictu, arrectis auribus, ac mutuò nutibus loquentes, ſtu-

pidi & attoniti admirantes ſpectant. Sed optimatum ac potentum culpa literæ iacent. Cum illorum potius intereſſet plebeijs uanitatibus ſupploſis & ablegatis grauitatem amplecti, bonis literis uacare, ſuos liberos ut illis inuigilent, cohortari; fauere ingenijs; ſibi mutuo latine ueteres imitantes ſcribere, uulgares libros à ſuis ædibus abigere & ablegare, & barbariem ac uanitatē omnibus machinis ab Italia deturbare. Atque inter cæteras curas publicas complecti etiam, ut retuli, bonarum literarum conſeruationem, eaſque ab interitu uindicare. Quod ipſum maxime ex uſu reip. fore arbitrentur. Cogitentque peruelim qualis barbaries futura ſit, quale dedecus, quale diſpendiū ſi latina lingua contemptui erit, ſi, quòd tamen Deus nunquam ſinet, peſſum eat; ſi uelut apud Sarmatas & getas nemo literas ſciat, nemo alios diſciplinas doceat. Suſpiciantque, quòd iuuenes literarum ſtudijs ſublatis ac ſpretis, quæ labore, ſtudio, ſolertia, diutinaque uigilantia ac cura acquiruntur, tempus omne nequicquam terunt, inertiæ & luxui ac ludis uacant, ocioſi torpent, & crapulam edormiunt, ut nihil inter ipſos & pecudes interſit & ciuitates, quæ nonniſi a bene moratis & ſapientibus ſunt adminiſtrandæ labefactentur neceſſe eſt. Atque eo magis plebeij grammatici ac doctores imperitum uulgus & leuiter eruditos ſupplantant, quòd doctorum hominū nomen induerunt. Ita ut illi non amplius rationē querant, cum habeant auctores, at quales tandem auctores? Qui, ut dixi, auditores

ſecta-

ſectatoreſque ſuos duplo reddunt rudiores & ſtultio-res, quam accipiunt. Quæ res multa præclara ingenia in tráſuerſum abijcit, qui iuuentis paratiſq. frugibus, glandibus ueſci malint. Nonnulli quòd alieno ingenio aliqua dictauerint, aut aliorũ ſcripta uti ſua ſuo nomine foras dederint eruditorũ hominũ ſunt adepti laudẽ & opes aſſecuti. Complures quidẽ libri ab eruditis uiris ſcripti ſub aliorum nomine leguntur, ut ſunt Iani Parrhaſij conſentini utraq. lingua eruditiſſimi uiri opera. Scripſit hic commentarios recondita eruditione refertiſſimos in Claudianũ, in Poeticã Horatij, in Ciceronis ad Atticum Epiſt. in Naſonis ibin, et in eiuſdẽ epiſtolas, & libellũ de arte dicendi, & fragmenta quædam, fortaſſe linguæ latinæ, aut artis grammaticæ, & uigintiquinque libros epiſtolarũ de dubijs per epiſtolas requiſitis, ut inquit Aldus, horum operum quædã in Cardinalis Siripãdi, & ab eo in alias manus cũ perueniſſent (èheu uanitatẽ & audatiã) tẽporibus, & nominibus, ad quos ille ſcribebat & ordine fortaſſe ac phraſi, quo magis furtum lateat, immutatis ſub aliorũ nomine leguntur. Et nõ aliorũ ſcripta modo ſibi quidã aſciſcunt, ſed ſunt etiam qui eruditos & ſanctitate præcipuos uiros in ſuas, aut in alias ciuitates, aut regiones, aut familias ſalsò reuocãt. Caſſiodorũ calabrũ hominẽ patria Scyllaticũ, Appulum, diuum Thomã cognomine Aquinum itidẽ calabrũ hominẽ patria Beli-caſtrenſem, Campanũ, diuum Franciſcũ Paulitanum Calabrum & ipſum hominem, ſiculum ſcribunt, cõtra

ſua

ſua aut aliorum probra ac contumelias alijs tribuunt. Sed hæc melius in libris de rebus calabris. Quàm autem malum ac turpe ſit, ut ad rem redeam, facile ac temere credentibus docet Cicero, qui libro primo de Natura Deorum ait. Non enim tam auctores in diſputando, quàm rationis momenta querēda ſunt. Quin etiam obeſt plerunque ijs, qui diſcere uolunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur. Deſinunt enim ſuum iudicium adhibere, id ratum habent, quod ab eo, quem probant, iudicatum uident. Offi. autem lib. primo labi, errare, neſcire, & decipi & malum & turpe eſſe ducit. Contra hos uulgares ſcriptores, & eorum fauctores, uanitatis & barbariei patronos, & bonarum literarum contemptores non Italiæ filios, ſed priuignos ſcipio ille Aemilianus uir certe facile præſtantiſſimus, uirtutum exemplar, Romanoque nomine dignus & Italiæ ſuæ ſtudioſiſſimus iure optimo proclamauit. Taceant, inquit, quibus Italia nouerca eſt non mater. Cælius Calcagninus homo Ferrariēſis alioqui eruditiſſimus & Italiæ ſuæ amantiſſimus, item Ambroſius quidam in epiſtola, quæ eſt ad Nicolaum multa aduerſus hos plebeios ſcriptores ſcribentes nimium nimiumque conqueruntur Italiam illorum ſcriptis barbarie eſſe refertam, latialemque linguam eſſe deprauatam. Conqueruntur & de optimatibus Italiæ, qui tantæ uanitati & tam fœdæ barbariei patrocinantur. Demiratur Dionyſius Halicar. Romanorum conſtantiam quòd ex tanta barbarorum colluuie, qui

urbem

urbem fuerant ingreſſi, latialis ipſa lingua in barbarã uerſa non fuerit. Nunc, ò tempora ò mores, pleriq; Romanæ grauitatis obliti Tuſcorum uanitatem & barbariem libenter acceperunt. Cicero itemque Varro de latialis uulgaris linguæ corruptione (fuit enim aliàs Romæ a barbaris corrupta) longe querentes magis iraſcendum eſſe dicunt huiuſmodi corruptionis patronis ac deféſoribus, eaque utétibus, quàm ijs, qui eam induxerunt. Et linguam ipſam omni ſolertia ac cura expurgandam eſſe, non utendum prauiſſima conſuetudinis regula. Idipſum ſcribit Plato de Attica uernacula uulgari lingua, obiurgatque eos, qui non ueritatem ſectantur, ſed oris illecebras. Eſdras etiam Iudæorum dux Hebraicæ ſuæ uernaculæ uulgaris linguæ ſtudioſus Dei ſpiritu afflatus Iudæos quoſdam, quòd eorum filij ex barbaris mulieribus orti non bene Iudaicè loquerentur, ſed azoticè ideſt barberè, cædit, barbã expilauit, eiſque maledixit. Ecce Eſdras Hebraicam uulgarem linguam uindicat a barbarie, Plato atticam, Cicero & Varro latialem. Idque Dei nutu factum eſſe hærendum non eſt. Nam cum, ut dixi, hæ tres uernaculæ uulgares linguæ Dei numine ex arte grammatica inſtitutæ ſint in titulo crucis ſociandæ, eiſque diuina ſcriptura exaranda, ſi uernaculæ hæ uulgares linguæ, regulariũ materia, obſoleſcãt, & intereant, quod nunquam patietur Deus, uel perturbentur, & confundantur, ut latini & græci & hebrei auctores & diuina ſcriptura intelligentur? Quare qui

eas

eas abolere aut perturbare ac confundere nituntur haud dubio ſceleſti & profani cēſendi ſunt Dei iuſſui reſiſtentes, qui per os Dauid iubet ne tituli inſcriptio his tribus principalibus linguis ſcripta corrumpatur. Huius nefandi flagitij, uulgariſque uanitatis ac barbariei & ruſticitatis auctores ſunt tuſci, & eorum operæ, uulgares ſcriptores. Qui cum ruſticè ac ſemibarbarè loquantur, latialem uernaculam uulgarem nobilem linguam faſtidiunt, & irridendi irrident, contemptim eam appellantes romaicam quaſi uile ac ruſticum quidpiam, quaſi tot latij populi, tot optimates, tot reges iamtum cum a diuiſione linguarum latium habitari eſt cœptum, & inde Roma condita Romani proceres perquam nobiliſſimi doctrina, probitate & laude præſtantes, qui cunctis gentibus uiuendi dedere leges, totque Romani reges, ac ſummi monarchæ, uel poſtquam gothi iniere urbem iam tot annos, utpotè circiter ducentos ſupra mille, ex quo tempore Romanos uulgare loqui cœpiſſe rabulæ iſti argutantur, Romani *ipſi cæterique latini ſua patria latiali lingua loqui neſciſſent. Quos nunc hi blaterones ſemibarbari in latiali ipſa lingua, qua dem ntia, uanitate, & arrogantia ſunt, impudenter loqui docere audent. Et en temeritas, en auda cia, ruſtici urbanos, ſemibarbari latinos, ſerui dominos irridere audent. Quam latialem Romanamquè linguam Dionyſius Halicar. plurimum commendauit. Et Leonardus Aretinus, qui nudius tertius, ut ita dicam, hoc eſt circa Lauren-*

tij Vallæ tempora fuit, in quadam epiſtola, quæ eſt ad Flauium Foroliuienſem *longe linguam ipſam commendans ſe ab ea plurimum delectatum dicit cum quandam Romanam matronam loquentem audiſſet, cum inquit, & uerba nitorem grauitatemque ſententiæ, & pronunciatio ipſa uernaculam quandam haberet ſuauitatem. Eſt ſcilicet uernacula ipſa uulgaris latialis Romanaque lingua nobilis, clara pronunciatio ſuauis, mitis, lenis, & blanda, nil prorſus barbariei continens. Eſt quoque uber peregrinis uocabulis minime indigens. Quòd ſi forte aliquod uocabulum nobis deeſſet, illud quidem non a barbaris, ſed a græcis nobis eſſet mutuandum, ut a maioribus noſtris factum eſt. Nam & ipſi græci a nobis nonnunquã, ut Quintilianus ait, uocabula ſunt mutuati. Quare nonnulla uerba græca a latinæ linguæ auctoribus in latinam linguam adſcita in uſu ſunt communis publicique ſermonis, ut aer, ut grammatica, ut dialogus, ut philoſophus, ſicut quædam latina ab auctoribus facta, ita & latina uocabula a græcis auctoribus in ſuam regularem linguam relata in uſum ſui uulgaris ſermonis prodierunt. Et cum non tanti fuerit ſapiens Græcia, non malitioſa Africa, non cætera Barbaries ueteres illos* Romanos, *quia eruditi erant & prudentes, habere deceptos, modo inſulſi quidã quicquid ſibi natura ineptum abſonum, ruſticum & barbarum ineſt, alijs uti pulchrum & urbanum ſuadent, artem neſcio quam eſſe mentien-*

tes hem hominum audaciam. Quaſi fons riuulos & lacunas, & dominus mancipia conſectari debet, & non potius riuuli fontem, & ſerui dominum. Doceant quæſo Hebræos non hebraice loqui, ſed ſcytiace, doceant græcos non græcè loqui, ſed Sarmaticè, qui tantum audent ut latinos barbarè loqui doceant. Et, ut ſemel dicam, peruertant ac perturbent omnia magiſtri confuſionis, nam nil aliud agere ſciunt, niſi uim iniectare naturæ, & eam ab inſtituto curſu retorquere, ac cœlo terram miſceræ. Nunquid uelint quin ſuam ipſorum dementiam, præſtigias & temeritatem pandam? Cui iſtorum barbariei, quã par fuit, ut dixi, omnibus neruis ab Italia procul arceri, ita patrocinantur quidam, ut illam rationibus, friuolis tamẽ admodum puerilibuſque nænijs foueant & adiuuent, & ſi Deo placet, ueræ ac germanæ latinitati præferant. Siquidem quo ſe magis ab imperitia latini ſermonis excuſent, ſuamque uulgare loquendi & ſcribendi ineptitudinem, ruſticitatem ac barbariẽ tueantur, & a uano & buccone uulgo, cui, ut dixi, quotidie imponunt, gratiam ineant, in tam mirificam inſaniam & temeritatem ſunt prolapſi, ut non contenti latina regulari grammaticaue lingua, quam nõ intelligunt, dicant ſe ex eadem latiali natiua uulgari lingua, quam è latina regulari a gothis corrupta natam blaterant, neſcio quid aliud grammatici, Verius fanatici, cum nullo modo uideant (bona uenia me audiant) quid ſit grammatica, effeciſſe, aliamque linguã, at uul-

at uulgarem, at plebeiam, at neſcio ex quo, ut ipſi nugantur, corrupto, ueluti ſiquis ex puriſſimi auri ſcoria ſibi anulos, armillas & torques, quibus ornetur, conficit, & ex optimi uini fece potionem, qua ſitim pellat, parat, fœdam, latiali uoce excepta, inſtituiſſe, qua ſuas ineptias & aniles fabellas ac cantilenas, ob quas tantum inſaniunt, ſcribant. Qua inani uentoſitate iactantiæ repueraſcentes longe uaneſcunt. Quibus illecebris iuuenes ſibi deuincunt, ut eas curioſe legant. O homines bonæ frugi, ò homines optimos maximos, ò felicem ætatem, quæ tales ac tantos induſtrios & ingenioſos meruit habere doctores, tollendum nobis eſt manus. Huic tam aperte, & deteſtandæ uanitati ſuffragatur nonnemo eorum, qui eruditi habentur & graues, qui utinam eſſent. Atqui latinam linguam non ratione atque arte didicere, ſed caſu attigere tantum, & nomē ſolum eruditi uiri induere. Qua inani fama apud potentes partes uidenter habere maiores, quorum auctoritate nititur uulgus & iuuentus improuida. O ſi temporibus iſtis Romana illa grauitas ac maieſtas uigeret, & ille ipſe ſcipio, quem dixi, aut Cato Cenſorius, aut L. Craſſus, aut C. Cæſar, aut Aug. aut Claudius, aut alius quiſpiam ueterum illorum Romanorum ab inferis excitaretur, aut unus aliquis horum ſimilis exoriretur, qui hos uulgares ſcriptores, non Italiæ filios, ſed priuignos, ſed ſpurios perniciem iuuentutis probris affectos, flagris multatos non Roma modo, ſed a cuncta Italia propelleret & ablegaret, libelloſ-

que omnes uulgares igni traderet. Sed quid eſt præterea cauſe, ò Itali mei quare in latiali lingua, latialibuſque literis tuſcorum, qui peſſimè omnium ueſtrâ latiali ipſa lingua literiſque abutuntur, legi, uerius temeritati, & inſaniæ, ruſticitati ac barbariei ſubijciamur? Noſmet illorum nænijs quaſi artictiſſimis clauſtris circumſepiamus? Vt ne nobis loqui liceat, niſi illorum nugas ruſticitatem & barbariem ſequamur? Siccine repueraſcimus, & ueterum grauitate contempta uanitati & barbariei ex induſtria operâ dabimus? Et (indignum) cum ſimus latini, barbari fieri compoſito laboramus, ac nos met & noſtros maiores quaſi male locutos falsò attenuantes & debone ſtantes & nobis & illis infamiæ maculam irrogamus, tuſcos falsò laudantes. Intueri enim, ait *Cicero, cognitione excellere pulchrum eſt, labi autem, errare, neſcire, & decipi malum & turpe. Petiere cumani ſummo ſtudio a ſenatu ut liceret ſibi publicè ideſt generatim latinè uulgare loqui, quo barbariem exuerent. Prouincialium nonnulli gloriantur quòd in ſuo idiomate ac ſermone latinis uocabulis utantur, lætitiâ elata eſt Romonis Lithuariæ Sarmatiæ ciuitas quòd id nomen habeat a Roma, nonnulliſque latinis uerbis in ſuo idiomate utatur, nos indignabimur? Sed dicant obſecro noſtri plebeij grammatici, qui culicem elephanto comparantes ſe latinos & græcos imitari iuueniliter nimis iactant, ſibique perſuadent ſcire ſe ſolos omnia, quænam congruentia eſt uulgaris linguæ, quæ*

ſuas

ſuas nænias ſcribunt, cum latina & græca regulari? Cum latini & græci eruditiſſimi fuerint & prudentiſſimi, hi autem? Qui non regulas ſcribunt, ſed nugas, quibus iuuenes perditos perdunt, ac quibus ignorantia & uanitas ediſcitur, & barbaries, uereor ne non regulas, ſed tegulas facere ſint apti. Dicant etiã quæſo nomina apud ſe cuius generis ſunt? arbitror incerti, cum ipſi incerti ingenij ac iudicij ſint. Rurſus cuius declinationis? Nempe nullius, ſed anomala ſunt & heteroclita, cum ipſi omnia etiã animos ſuos & ingenia ſua anomala & heteroclita habeant, quæ nulla regula ac ratione regi queunt. Item ſui, quos uocant uerſus, ob quos tantum inſaniunt, tantumque ſibi blandiuntur, quot quibuſue pedibus conſtãt? dactylo ne, an ſpondeo, an iambo, an anapeſto, an cretico, an trocheo, an alio aliquo, quibus latini & græci poetæ utuntur? Quæ ſyllabæ longæ, quæ breues? Cenſeo horum poetarum, uerius idiotarum uerſus diſtortos ac uaros habere pedes, & ideo poetæ ipſi nunquam recto tramite ad ſcientiæ cognitionem peruenire poſſunt. Qui eos uerſus edunt; quos nugatores ac circumforanei edere, & per plateas in ſubſellis cantitare ſolent. Quibus nulla pedum ſyllabarumque ratio eſt, nullum artificium, nulla uarietas, ſed aut ſeptima, aut undecima clauduntur ſyllaba. Quibus quicquit libet ingerere licet, modo ternos quaternoſue uerſiculos inuicem ſibi in fine conſtituant reſpondentes.

 Quos

Quos recte quidem rimas, hoc eſt ſciſſuras appellant, quòd nil boni continere queant. Non enim rhytmi dicendi ſunt, cum nulla in eis pedum ratio ac numerus ſit. Trium principalium linguarum grammatica barbariſmum uitat & ſoleciſmum, ac quomodo hæc uitia fugienda ſint, docet, at uulgarium ſcriptorum uanitas his uitijs ſcatet. Item quæ orthographiæ ratio? qui literas copulare ac recte pronunciare neſciunt, ita ut non orthographia ſit, ſed cacographia, ſed ſtreblographia, ſed ut ita dicam, barbarographia, hoc eſt abſurda peruerſa & barbara ſcriptura. Hui poetæ ſunt & grammatici ſcriptores? Qui porrò non poetæ ſunt, ſed boeti, ineſt enim eis boeticum ingenium, non doctores, ſed deceptores, non grãmatici, ſed fanatici, non poetantur, ſed repueraſcunt. In confeſſo utique eſt ipſos iam communi ſenſu carentes ab equis, ut aiunt, ad aſinos tranſiſſe. O buccones, atque fatuos, atque fungos, atque blennos, & tacebo? Et dubitant adhuc ſe ſtultos, ac bardos, ac ſtolidos eſſe? Qui cum natura ipſa ſemibarbarè loquantur, latinaſque literas latiali more ac ſono pronunciare nequeant, quo ſe ab hac ineptitudine & barbarie protegant, rudeſque ſeducant, audaſter aſtruunt eas aliter in communi uulgarique ſermone pronunciandas eſſe, atque in latino regulari. Et quicquid illepiditatis ruſticitatiſque ipſis natura ob linguæ duritiem & aſperitatem ineſt, alijs artis prætextu omnino neceſſarium eſſe, & quod ipſi non poſſunt, uolunt alijs non licere. Qui non arte loquuntur,

ſed

ſed natura uniuerſe. Quorum ſermo ac ſcriptura tan-
tum abeſt ab arte, ut nihil arti magis poſſit eſſe con-
trariū, ſed nec ex latiali, artico & hebraico uernacu
lo uulgarique ſermone alia grammatica ars fieri de-
bet, nec poteſt ab ea, quæ iam pridem diuinæ mentis
inſtinctu eſt facta. Atque præterea dicunt ſe neſcio
quas diphtongos ex i, uel u, & alia uocali illis ſubie-
cta inſtituiſſe, cum diphtogorum literarumque ratio-
nem ac copulationem ſe penitus ignorare oſtendant.
Nam in diphtongis i, & u, ſemper ſubijciuntur, ſunt
enim omnino ſubiunctiuæ uocales, o, uero & apud la-
tinos & apud græcos eſt præpoſitiua. Et in diphton-
gis latinis i, non admictitur. Rurſum in diphtongis
latinis aut poſtrema tantum uocalis profertur, aut
utraque. In græcis aut utraque, aut ultima, aut neu-
tra, ſed alia. Nam cum qualibet uocalis ſonum uo-
cemque ac ſyllabam faciat, in diphtongo duæ uocales
in unam ſyllabam coeunt, eamque natura longam effi-
ciunt. Quòd ſi ambæ omnium diphtongorum uocales,
ut quidam ſuſpicantur, eſſent proferendæ, certe ſuum
ſonum non exuunt, ut aeneas, coelum, & apud græcos
ἀινέαι ſic ſonaret aeneias, & generandi & dandi ca
ſu aeneae, ſed certe græci ex inſtituto maiorum αι pro
nunciant e, ει & οι pronunciant i, ου pronunciant u
latinū. Eſt & apud græcos dictio cum tribus diphton
gis ut ἀιγᾶαι & latine aegaeae, & aeaeae generandi
& dādi caſu ſine cōſonante ab aeaea, in quibus ſi utra
que dipthorgi uocalis pronunciaretur ob uocalium cō

 curſum

curſum ſonus eſſet abſurdus & pronunciatio abſona, ita & in quibuſdam latinis dictionibus ut laeliae. Et cum ſibi minime conſtent i, literam alteri uocali adiectam, quas diphtongos eſſe dixere; mutis cum liquidis ſubiectas ut blia, blie, blio, clia, dlia, flia, glia, bria, cria & huiuſmodi, i conſonantem eſſe argutantur, neſcientes prorſus naturam literarum. Nam i & u conſonantium uicem ſubeunt, cum uera conſonans deſit, ut inter duas uocales, & in principio dictionis, ut troia, ianus, uiuo, & in compoſitis ſubijcio, conuiuo. Quæ uel tum ſuum non perdunt ſonum, liqueſcit quoque u, hoc eſt conſonantis liquidæ officio fungitur poſt g & q, ut lingua, equus. Hui hi grammatici? qui, ut dixi, literarum & diphtongorum rationem prorſus ignorant. Latinæ & græcæ linguæ grammatici ſunt græci & latini ſermonis cuſtodes, plebeij grammatici autem? Literæ autem omnes & latinæ & græcæ & hebraicæ (hæ tres enim tantum ut iterum ac tertio, dixi, ſunt regulares grammaticæque linguæ) ita in uulgari ſermone ſunt enunciandæ, atque in regulari, non enim, ut retuli, ſuum amittunt ſonum. Siquidem literarum ſyllabarumque harũ trium linguarũ ſoni ſunt a natura, nam non homines modo, ſed cetera quoque animantia eas proferunt. Infans enim ut primum has uitales carpit auras a literam effert, paſſer pi, monedula ca, coruus cro, porcus gru, coturnix qua, ficedula fre, canis bau, ouis be, bos mo, lupus u. Sic &

alias

alia animalia alias atque alias literas, aut ſyllabas proferunt. Hinc fictitia uerba formauit latinitas, ut uagio, & uagitus præpoſita a litera ephoniæ gratia, & gannio, & gannitus, pipio, crocito, grunnio, mugio o litera in u uerſa euphoniæ cauſa, ululo, & alia eiuſmodi. Sed earum formæ, longo interuallo poſt diuinitus inuentæ ſunt, & formatæ, quo res, & præſertim diuinæ monumẽtis traderentur, & abſentes redderentur certiores. Sunt autẽ ab oris ductu & lingue motu formatæ, ac nomina ſortitæ. Quas neque homo quiſquã cognoſcere põt, niſi is didicerit a magiſtro. Proinde latinæ literæ, quia de eis nũc loquimur, ſiue ſcriptæ ſint, ſiue nõ ſcriptæ, ſiue ex arte grãmatica, ſiue citra artẽ enunciantur, modo ſemper eodẽ preſſè, leniter, & æqualiter latio natiuo iure ac more ſunt pronunciandæ, ut paſſim ſcribit Cicero. Nã quòd interim c pro g ſcriptũ reperiatur, id ob inter ſe cognationẽ eſt, unde apud latinos c, apud græcos & hebræos g tertio loco digeſta eſt. Quia uero hunc ſermonẽ, quo id ætatis Italia utitur, latialẽ eſſe, & eo tuſcos peſſime omniũ Italorum abuti nõ ſemel dixi, id clarius patefacere & illuſtrare operæpretiũ eſt. Equidẽ condam omnes Italiæ regiones diuerſas inter ſe diſcretaſque linguas habuiſſe unus & itẽ alter locuples imprimis auctor prodit, tuſcos uero etiã uita ac moribus, quòd oſtendã, fuiſſe barbaros. Liuius enim lib. primo dicit Numam è Sabinis Crotonẽ ad Pythagorã per tot gentes diſſonas ſermone moribuſque penetrare nõ potuiſſe. Licet ratio hæc

friuola

friuola admodum ſit. Et Dionyſius Halicar. Tu*ſcos,Marſos,Sabinos,Vmbros,Ligures, alioſque* Ita*liæ populos diſſimili inter ſe lingua, atque a latiali diſcreta,item diſparibus moribus extitiſſe ſcribit. Quare miratur & his & tranſalpinis in urbem ſuſceptis non eam in barbaram uerſam fuiſſe. Arguunt Albani.Romanos,*Dionyſio *ipſo libro tertio prodente, quòd remp. barbarie uiciaſſent, hetruſcis atque ſabinis in eam ſuſceptis. Extant adhuc* Sabinorum & Tuſco*rum uerba quædam apud auctores, ut cuba, curis, cumpccus,hernia,tarentum, hirpus,caſcus, caſca,falandus,ſubulo,hiſter,arſeuerſe,eſa,ſed de tuſco,ueteri ſermone mox plura. Quæ omnes* Italorum *linguæ deſitæ ſunt, & obſoletæ prorſus, & omnes Itali omiſſis ſuis latinā uulgarem ſiue maius, latialem didicerunt, eaque nunc utuntur. Nam Romani* Italiam *ſuam barbaris hominib us pulſis & loquelæ & morum barbarie purgauerunt,eique ſuam latialem nobilem linguam exhibuerunt.* Italoſque *ſuos humanitatem,cæteraſq. uirtutes, & liberales artes docuerunt. Quam latialem linguam tuſci ex omnibus Italiæ populis ſoli iactantia & uanitate quadam,auda cia ſuffragante, aliena ſibi impudenter nimis ac temere aſciſcentes, ſibi uendicant,eamque,tantum ſibi arrogant,ſuam dicunt. Tantum abeſt,ut latinam regularé literariamque ſuā eſſe ferant. O uocem audaciſſimam,ò temeritatem non ferendam. Quis prudens & Italiæ amator iſta effutientes non nauſeat? Non ſtomachetur? Non eos deſi*

pere

pere & delirare dicat? Omnium quidem ineptiarum, quæ innumerabiles ſunt, nulla hac maior inueniri poteſt. Quod ſi hic uulgaris ſermo ac literæ, quibus id temporis Italia utitur, latinus natiuus uulgaris, non eſt, neque Romulus, Numa, Liuius Andronicus, Ennius, Pacuuius, Næuius, Cato, Plautus, Terentius, Varro, Cicero, Virgilius, Horatius, Ouidius, Titus Liuius, cæterique, quos ſi recenſire uoluerimus, dies nobis deficeret, latina lingua ſcripſerunt. Oſtendant igitur nebulones ipſi, ſi ualent, qua lingua ſcripſerunt, Tuſca fortaſſe? Vtique ſi literæ ac uulgaris ſermo, quibus Itali utitur, eſt tuſcus, conſequens haud dubie eſſet, memoratos auctores, alioſque, qui latinè ſcripſiſſe dicuntur, tuſca lingua ſuſciſque literis ſcripſiſſe. Quãdoquidem uocabula ac literæ, quibus Itali utitur, in his auctoribus reperiuntur, ut panis, piſcis, uinum, oleum, aqua, caro, lignum, amo, lego, ſcribo, ſubito, ſemper, heri, cras, & cætera id genus. Excepto quod illi ex arte grammatica, uulgus citra artem utuntur. Sed nec quidem mente, neque lingua neque oratione conſiſtunt, nam, ut uani aliena ſibi uendicantes, ſe condam Armeniam linguam literaſque habuiſſe ferunt, quas Noe ex Armenia in tuſciam aduexiſſe blaterant, inde ſui immemores latialem natiuam uulgarem linguã, latialeſque literas tuſcas eſſe fabulantur. Aiuntque latialem ipſam linguam è latina regulari a gothis corrupta natam. Quam matrem ſuam & natiuam & propriam dicunt, latinam uero literariam, quam, inquiunt,

quiunt, olim unà cum lacte ipſo a genitrice ac nutrice imbibebant Romani, auiam & peregrinam. Quam ob rem magis ſe illam, quàm hanc colere atque amare debere dicunt. O nimiam iſtorũ charitatem omnibus prædicandã, maiori amore matrẽ ſuam, quàm auiam, ut debent certe, proſequuntur. Sed obſerua obſecro generationis ſeriem, latina lingua peperit (irrideamus interim horũ inſcitiã atque inſaniã, digna eſt enim ut irrideatur) & peperit uulgarẽ ruditatẽ, atque ignorantiam, quæ a matre ſua longe plurimum degenerauit. Hæc neſcio quo leuitatis flatu grauida peperit, ſed quid quæſo parere potuit? Vtique, filios uanos & dementes & ignorantes. Rurſum ſi uulgaris hæc lingua è latina eſt nata, quomodo eſt tuſca? credendum eſt profectò latinã linguam, quæ a latio, ut ſæpe dixi, mox que enodatius dicetur, nomen eſt ſortita, in latio domo ſua peperiſſe, ergo uulgaris eius filia latina dicenda eſt non tuſca. Niſi forte dixerint, quòd latina lingua a ſocru ſua, uel à uiro ſuo conuicijs laceſſita, ac flagris affecta aufugit è latio, & Tiberri amni tranſmiſſo in tuſciam profecta illì uulgarem hanc linguã peperit. Itẽ ſi uulgaris hæc lingua è latina a gothis eſt corrupta (etenim id quoque dicunt) ut eſt latinæ filia? Niſi hic quoque dixerint, eam matris, ideſt latinæ utero cæſo ui a Gothis tractam, quæ cæſa potius eſſet appellanda, aut Gothica, quàm tuſca. O dementiam ſingularem. Huic tam apertæ uanitati & inſaniæ aſtipulantur ac ſuffragantur non inita ratione, quam

non

non uident, nonnulli, qui latina lingua eruditi haben tur, qui, ut dixi, latinam ipſam linguam non ratione & arte didicere, ſed caſu attigere tantum, ut canis è nilo, opinor latinum regularem grammaticumque ſermonem barbarorum furori & immanitati ſubijci, & haſtæ aut ſicæ acie dilaniari poſſe, ſed fac ita eſſe, & Gothi ſtricta ſica, incuſſoque ingenti impetu latinæ linguæ ictu id uocabulum, Deus deu fecerint, age obſecro ò plebeie doctor, ò popularis grammatice, quis magis barbarus? Quis immanior? Quis truculentior? Quis ſtolidior? Quis inſanior? Quis inconſtantior ac rudior, te? Qui nunc dio, nunc idio dicendum eſſe doces, cum dios & idios græcæ uoces ſint, & illa Iouem, hæc proprium ſignificet. Hui hi ſunt noui doctores? Hi grammatici? Hi poetæ, qui uerborum proprietates & compoſitiones prorſus ignorat. Qui ignudum, quo uocabulo latinitas non utitur, & nudum idem eſſe dicunt, quaſi ignobilis & nobilis idem ſit, ignotus & notus, ignarus & narus, famoſus quidā plebeius grāmaticus perditor & ruina Italæ iuuētutis (externi enim in latinas & in græcas, & eorum nonnulli in hebraicas etiā literas incūbunt) quē plebeij ſcriptores ueluti omniū eruditiſſimū ī cœlū efferētes uanitatis & barbariei ſuæ ducē ſequūtur, uſq. adeo latina lingua doctus, & iuditio præditus fuit, ut id uocabulū ruuaiū, quo tuſcorū quidā pro auſtro uento utuntur, unde ueniat, licet magna uſus fuerit diligētia, neſcierit. Quod

uerbum

uerbum latiale eſt eoque latinitas utitur, a ruo, quòd is uentus ab alto, hoc eſt, ab apennino ruat. Neque, ut dixi, ſi latina lingua a Gothis fuiſſet corrupta, protinus uulgaris eſſet appellanda tuſca. Sed minime mirum ſi latina lingua ſibi putet, ignotaque eſt, cum ipſis corrupta ſit & peregrina. At ſtudioſis, quia non eis corrupta eſt, nec peregrina, ſed patria, ſuper cuncta aromata fragrat & redolet. Itemque ſi uulgaris hæc lingua, qua nunc Italia utitur, eſt tuſca; cum tuſcia una, & ea perexigua Italiæ regio ſit, quomodo alijs Italis eſt materna? Erit certe omnibus Italis, præter tuſcos, peregrina. Quòd ſi peregrina lingua, ut ſuo ipſorum uocabulo utar (iam latinam linguam a latio dictam peregrinam appellant) ſibi loqui ac ſcribere libet, cur potius plebeia & inculta ac rudi, &, ut iterum ac tertio ac ſæpius dixi, barbara latiali uoce excepta, quàm latina literali? Rogo nunquid in tuſciam uelint ij, quis tuſcum nomen patrium eſt, & latinum peregrinum & ibi opes & honores aſſequi? Neque ſtatim quia tuſci latiali lingua abutuntur barbariſmum & ſolocciſmũ facientes, ea eſt appellanda tuſca, ut plebeij ſcriptores argutantur. Qui ad exemplum puerorum ac ruſticorum loquuntur omnia. Sicut neque latina lingua, quia in ea, quædam græca, quædam pauca, & quidem uix decem barbara uocabula, ſunt, cõtinuò græca aut barbara eſt appellanda. Quæ licet latinitate donata ſint, licet eis pro latinis utamur, nunquam tamen deſinent eſſe græca. Neque attica lingua, quia itidem in ea

in ea quædam latina, quædam barbara uocabula ſunt confeſtim aut latina, aut barbara eſt dicenda. Non nemo ex ipſis aſtruit latinam ipſam uulgarem linguam iccirco tuſcam dici, quòd Petrarcha, qui hac lingua ſuas nugas, ad quas bene erat addictus, ſcripſit, tuſcus fuit. Optima quidem & hæc ratio, & homine docto, ac magno ingenio, iudicioque prædito digna. Mirum cur non dicant Perſiú tuſca lingua ſcripſiſſe, quia Tuſcus fuit. O ignorantiam ſingularem, ò dementiam inſanabilem. Hac ratione dicere poterunt Mantuani Virgilium Mantuana lingua ſcripſiſſe, quia Mantuanus fuit. Ita & de reliquis tum Italis, tum externis dici poſſet, qui uel latina uel græca lingua, tum alia, tum grammaticam artem ſcripſerunt. Alij alias rationes imo uero captiones afferunt, prout eorum quiſque craſſo aere natus ingnorantia & inſania pollet. Quid dicitis oneſcij? Sed ut quid ego neſcios appello? Quibus nil quidem ignauius. Qui cum ingenia robore & ſaxo obtuſiora habeant & hebetiora rationes omnes captioſas & fucoſas afferunt, & aniles. Vulgare autem ſe ſcribere uelle dicunt, quòd ſenſa facilius exprimant, ſed hi ſe latinæ candorem, maieſtatem opulentiam, latineque ſcribere neſcire iurare poſſunt, quibus tamen etiam ſine iuramento perfacile credimus. Latiali autem ipſa uulgari lingua Tuſci peſſimè omnium Italorum *abutuntur barbariſmum & ſoleciſmum committentes. Nam latialia uocabula nõ eis literis & ſono, quibus ſunt pronuncianda, efferunt.*

Qudm

Quàm enim illepida, quàm inepta, ac riſui & ludibrio digna ſit Tuſcorum pronunciatio nemo eſt, qui ignoret, nam literas omnes aſperè, dure ruſticè, putidè, uaſtè, & hiulcè pronunciant. Quam pronunciationem, Cicero, ut alibi dixi, inſectatur. L & ſolum & quacunque uocali ei ſubiecta protactione linguæ dentibus inepto & illepido ſibilo pronunciant, ſic etiam cum ipſum cum uocali ſubijciunt g ut gla, gle, & reliquę, & tum g obſcurant negligentius & abſorbent. Aliquando l aut ſubtrahunt uocalibus, aut ſubijciunt. Item g & ſolam, & ſecunda & tertia uocali ipſi ſubiecta ut ge, gi aſperè, ruſticè, durè & putidè nimis efferunt, eamque etiam i conſonanti inepte apponunt, & tum i ex conſonante fit uocalis, & dictio augetur una ſyllaba ut ia gia. Rurſus g ipſum prima, quarta & nouiſſima uocali illi ſubiecta, & c & q, quacunque eis uocali ſuppoſita aſperè ruſticæ & hiulcè nimis ueluti trocheis è pulmone uocem abducẽtes proferunt, r ante uocalem expungunt, & ei ſufficiunt i, ut ra ia. Elidunt & s in ultima ſyllaba, cui ſuſtituunt g, in alijs locis pronunciant s ingenti & inepto ſibilo ita ut non loquantur ſed ſibilent. Demunt, addunt, tranſponunt, & mutant literas, ſyllabas, & ac centum latialibus uocabulis, ita ut ea aut nil prorſus latialiter ſignificent, aut in alium, & plerunque in contrarium ſignificatum attrahant, ut pro audio, apero, nato, ſigillo dicunt odio, opero, noto fugillo, ut inquiunt, uulgaris ſermo a latinitate abſcedat,

dat, quaſi odio, operor, noto, ſugillo latialia uocabula non ſint. Quintam uocalem identidem, & præſertim in calce dictionis uti ruſticam & barbaram aſpernantes elidunt, & pro ea o literam ſupponunt, nomina & uerba confundunt ea omnia in o terminantes. Multa latina uocabula in alium ſenſum trahunt, pro multis alijs utuntur barbaris. Demum omnia perturbant & confundunt, ſed hæc uberius & commodius in libro uulgari. Hæc loquendi ineptitudo, ruſticitas & barbaries natura eſt Tuſcis generatim omnis ſexus ætatis & ordinis. Hanc barbariem Italorum plerique rerum omnium ignari inſanientes ueluti magnum quidpiam ſectantur, non circumſpicientes quanti referat latinum eſſe non barbarum, & unius literæ additio, ſubtractio tranſpoſitio, & mutatio, etiam accentus ſignificatum mutat, ut ficus focus fucus, nato noto nuto, lego ligo, panis penis, deus dios idios ideo. Iunonē deam, Iouem deum cum e dicunt. Contra deum uerum dios & idios. At aliud eſt, inquiunt, latine, aliud uulgare loqui, quaſi panis, uinū ferrū, & alia, non idem ſignificent in uulgari ſermone quod in latino. Priſcus autē Tuſcus ſermo, ut retuli, atque nō uno atque altero ſed pluribus auctoribus patefaciā, omnino barbarus erat a latiali prorſus diuerſus, quē latini populi, ni didiciſſent, intelligere nequaquā poterāt. Iam uero Tiberius Gracchus, ut Cicero de natura deorū lib. 1. memoriæ prodidit, eos barbaros, uti erāt, appellauit. Quorū uocabulis barbaris Lucilius; Quintiliano lib.

 1. *tra-*

1.tradête Romanos latinoſq. uti uetuit.Et nō ſermone moribuſq. ſolū,ſed habitu quoque a latinis differebāt. Literæ quoque eorū a latinis diuerſæ erāt,licet ipſi ia-ctātia ac uanitate ſua ſolita a ſe literas lātinos mutua tos fuiſſe nugētur.Sed de literis aliàs. Liuius & Diony ſius,ut alibi docui,Tuſcos,Marſos,Vmbros,Opicos,Li gures, alioſq Italiæ populos diſcretas inter ſe linguas habuiſſe ſcribūt & lib.v.Dionyſius ipſe ait,C.Mucius ethruſca lingua loquēs, quā puer a nutrice edoctus e-thruſci generis didicerat, ethruſcorū uallū ingreditur. Plutarchus in publicula. Mucius tuſco habitu indu-tus, tuſcoque ſermone fretus penetrauit in hoſtium ca ſtra. Item Liuius libro nono M. Cæſo Fabius *Cærete educatus apud hoſpites, ethruſcis inde literis eruditus erat, linguamque ethruſcam perbene nouerat, miſſus a M. Fabio ſpeculatum, ſeruus ei comes fuit nutritus unà haud ignarus linguæ eiuſdem. Et libro decimo C.* Fuluius *iubet peritos linguæ ethruſcæ attendere ani-mum paſtorum. Adhuc Iulius Frontinus libro primo. Q.*Fabius *Max.bello ethruſco fratrem Cæſonem Fa-bium peritum linguæ ethruſcæ iuſſit ethruſco habitu penetrare Ciminiam ſiluam. Peritum atque eruditū inquiunt, linguæ ethruſcæ, hoc eſt, qui ea lingua lo-qui perbene callebant. Vt ſiquis getica, aut quauis alia barbara lingua loqui ſciret. Vnde Cæſar Bel. Gal. libro primo ait M. Val. Procillus linguæ Gallicæ ſcientiam habebat. Quibus literis ac lingua Tuſca Romani pueros aliquot erudiendos eò mittebant, au-*

guralis

guralis & auſpicalis diſciplinæ. Verius uaniſſimæ ſuperſtitionis percipiendæ gratia, quam poſtea latinis literis mandarent, cui tuſci magnopere uacabant. Iamuero uel Hadriani Cæſaris principatu, & infra tempus id Tuſci a Romanis barbari, uti erant, appellabantur, nam etiam tum ſua barbara lingua utebantur, latialē ut perpetui latino nomini inimici ſpernentes. Cum enim Romanus quidam, ait Gellius libro decimoſeptimo, apud prætorem apludam latinum quidem uerbum, ſed uetuſtum, ac fere tum obſoletum pronunciaſſet, omnibus, qui aderant præſentes, riſum excitauit, quaſi, tuſce, inquit, aut gallice dixiſſet, ideſt barbare. Repertæ ſunt in tuſcia tabulæ aliquot æneæ reperiuntur & numi, in quibus tuſcæ literæ inciſæ ſunt, quæ ſcriptura, quia eorum lingua ſimul cum literis obſoleuit, perijtque, intelligi nequaquam poteſt. Ecce nunc tibi Tuſcia, quæ aliena tibi impudenter aſciſcis, ſermo tuus priſcus omnino barbarus, a latiali ſermone penitus alienus, Romanis latiniſque reliquis uti ruſticus, fœdus ac barbarus longe multum odioſus & offenſus, qui una cum literis tuis funditus intercidit. Contuemini modo obſecro uos Itali mei, quàm turpe ſit uobis latiali loquendi puro & nitido fonte deſerto Tuſcorum impuros riuulos & lacunas conſectari, loquendi linguam, quam uobis Romani cæterique latini præſtiterunt cum ingratitudinis nota tuſcis acceptam referre, eaque more ipſorum abutentes dure aſpere ac barbare loqui.

Quanquam ex his, quæ ſuperiori libro de eruditione puerorum dicta ſunt, quæue libro tertio de literarũ & artis grammaticæ inuentione, ac de latinæ linguæ incremento, & communi loquendi conſuetudine dicentur, cuilibet doctrina ac iudicio prædito uiro perſpicuum ſit latiná literariá linguam non natura communem fuiſſe Romanis cæteriſque latinis populis, ſed arte grammatica conſtare, & è natiua, naturali, popularique latina, latij inquam, lingua arte ipſa grammatica inſtitutá fuiſſe, non tamen omnia latij uocabula in arte relata, ſed, habito delectu, ſpecioſiora, plurimaq. non nata, ſed ab eruditis reperta, ideſt facta, ac neue a quoquam latinorum hominum, ni a magiſtris didiciſſent ſciri, neue a barbaris corrumpi potuiſſe, tamen hæc in hoc potiſſime libro cumulate tractare deſtinauimus, ac primo ea uera eſſe rationibus, inde auctoritatibus oſtendemus. Siquidem eò hãc in rem acri tendere animo mihi opus fuit, quòd uulgares ſcriptores in latinæ linguæ exitium, & Italæ iuuentutis (prouinciales enim in eam auide & enixo ſtudio incumbunt) pernitiem conſpiraſſe cernerem. Quamobrẽ aduerſus eos ueluti publici boni hoſtes, & iuuentutis impoſtores nulla prorſus honoris habita ratione uociferandũ eſt. Quo enim honore digni ſunt uani ac quæſtuarij homines, qui latinæ linguæ maieſtate

*ieſtate neglecta, uulgaris uanitatis regulas, uerius næ-
nias ſcribunt, ac quæſtus & lucri gratia latinos aucto
res etiã diuina tractantes uulgares faciunt, & inanes,
& obſcœnas, & ludicras, hiſtrionaleſque res uulgare
ſcribentes ſuis præſtigijs ac mendacijs iuuenes a lati-
næ linguæ ſtudio ad ſuas uulgares nænias ac nugas a-
uocant? Quandoquidẽ tanta inſania plebeij gramma-
tici, & ipſorũ operæ uulgares ſcriptores, ut dixi, perci
ti ſunt, tãto in latinũ* Romanumq. *nomẽ odio flagrãt,
ut latinã linguã, quã nihil peius oderint, ſuis cõmentis,
quibus non modo uulgũ ſuum fatuum, imperitũ, &
credulũ rationis expertẽ circumueniunt, ſed præclarã
quoque iuuentutẽ ætate improuidã a bonarũ literarũ
ſtudio, ut ſæpius dixi, deducunt, penitus proſequiſque
demoliri nitantur. Quã ſi non amant, non ei operã nã-
uare, ſed uitã inertẽ morti ſimilẽ degere uelint, at non
eam odio proſequantur, at non abolere contendant, li-
cet nequicquã ſane, at iuuenes ab eius ſtudio ſuis præ
ſtigijs & captionibus nõ abducãt. Qui at facilius illis
ſuadeant, ut latinis græciſque literis omiſſis ac ſpretis,
ſuis puerilibus ineptijs & anilibus fabellis, quæ ſex-
centæ ſunt, ſtudeant, aſſerere audent, nulla quidẽ aut
ratione aut auctoritate, ecquanam quæſo rationẽ &
auctoritatẽ afferre poſſunt? Romanos omnis ſexus æta
tis & ordinis generatim natura latine literate fuiſſe
locutos, qua lingua latini auctores ſcripſerunt, & ic-
circo eos latine ſcripſiſſe, quòd, inquiunt, latina lingua
ipſis uniuerſe communis eſſet, & publicã. Quinetiam*

non nemo omnes Italos, uniuerſe natura latine fuiſſe locutos blaterat, ſed Gothos, ubi iniere urbem, latinam linguam corrumpiſſe, & ex eo die Romanos uulgare loqui cœpiſſe. Id ipſum de Grecis etiam nugantur, eos itidem generatim ea lingua locutos fuiſſe, qua auctores ſcripſere, ſed eam Romanos, ubi ſubigere Græciam corrumpiſſe, atque iam tum Græcos uulgare loqui cœpiſſe Miror *cur non dicant Romanos* Hebrai*cam quoque linguam corrumpiſſe, quia in ditionẽ ſuã redigere* Hebreos. *Nos autẽ, inquiunt (adeo enim gloriarum & nugarum plena ſunt omnia, ut ſe Romanis ac Græcis comparare audeant) uulgari ſermone, quo uniuerſe utimur in loquendo ſcribere debemus, quòd quiſque ſua patria lingua, qua populus loquitur, ſcribere debet. En quicquam tam puerile dici poteſt, ut eundem locum diutius urgeam? Hinc, ut dicitur, illæ lachrymæ. O ſtipites, ò ingenia paludoſa iuuenibus metuenda. Optimum & longe efficax nactos ſe exiſtimantes uanitatis, & inſcitiæ, præſtigiarumque ſuarum argumentum ac patrocinium ad latinam linguã tollendam, & ſuam barbariẽ ignorantiam & ignauiã tuendam, iuueneſque circumueniendos. Verũ dum apud uulgus ſuum docti & ſapientes præ alijs uideri uolunt imperitos ſe & fatuos eſſe oſtẽdunt. Aduerſus quos Cicero, & quidẽ iure ac ſancte, ſicut ſemper, de natura Deor. lib. 1. ait. Quid eſt enim temeritate fortius? aut quid tam temerariũ, tamque indignũ ſapientis grauitate atque conſtantia, quàm aut falſum ſentire,*

tire,

tire,aut quod nō ſatis explorate perceptū ſit,& cogni tum,ſine ulla dubitatione defendere? Huic *tam uaniſ ſimæ & inſulſiſſimæ opinioni obſtinate nimis fauēt & aſpirāt locupletes & optimates, queìs uitam per omnem ætatē in ocio ac luxu conterere libet,quo ſe a ſegnitie,& a latinæ linguæ inſcitia excuſent culpā omnem transferētes in Gothos. Qui eis in rebus,quæ ad animū ſpectāt nil reconditū,nil egregiū & excellēs,nil præcipuū,nil peculiare, nil ab infima plebe diuerſum habere uolunt,ſed cū uulgo commune. At in his, quæ ad faſtū & delicias pertinēt,non itē, ſed opipera omnia,& lautiora, & delicatiora, ac ſumptuoſiora malunt. Et certe plebeij ipſi grammatici ac doctores ſibi minime cōſiſtunt,nam Romanos olim latine grammatice locutos, latinumq. ſermonē a Gothis corruptum eſſe blaterāt & tamē ipſi pluſquā barbari nō contenti eo ſermone loqui, quem è latino a barbaris corruptum eſſe nugātur,aiunt mutādas eſſe literas, addendas,adimēdas,& tranſponendas è uulgari ipſo latiali ſermone & barbare loquendū,quo uulgaris ipſe latialis ſermo a latinitate abſcedat, latinitatē appellāt latium natiuū uulgarē ſermonē, quē è regulari a barbaris corruptū emētiuntur.* Ita *ut nec quid dicāt intelligant,cū eundē ſermonē nunc uulgarē è regulari corrutum,nūc latinæ linguæ filiā,nunc latinitatē appellēt. Et quidem, ait in Alcibiade Plato, ignorantia eſt cauſa contraria diuerſaque dicere. Et tamen ipſi, ut dixi, in pleriſque latialibus uocabulis magis latinitati accedunt,quàm illi ipſi latini populi,nam ea eiſdem*

literis pronunciát,licet dure & aſpere nimis, quibus, grã matica arte excepta, latinitas utitur, quod ipſum ab ea didicerunt,cũ latij homines ſecus proferant, ſed hæc melius in libro uulgari docebimus. Artes ét ingenuas ac diſciplinas cũ rudi & imperito uulgo cõmunicandas eſſe dicunt,ut cuncti eas ediſcãt,nil præclarũ, nil ingenuũ,nil liberale a buccone uulgo plebeue alienum,ſed oĩa cũ uulgo ipſo ſuo cõmunia habere uolentes. Latinos præterea græcoſq. libros, quos doctiſsimi & ſapiẽtiſsimi uiri excellẽtiori, ac ferme diuino ingenio præditi magnis laboribus,crebris uigilijs,aſſiduiſque ſtudijs ediderunt,atque ét eã ipſam diuinã ſcripturam, cũ auaritia, quãdo nẽpe nõ modicũ inde faciunt lucrũ,tum in latinã linguã odio,cõ uulgo ipſo ſuo inerti, bardo , & ignauo , quod animis puerilibus ſpectat omnia,oblectatur friuolis, & inanibus rebus gaudet; cõmunicant eos in uulgarẽ,o ſi latialẽ ſaltẽ,& nõ ſemi barbarũ ſermonẽ uertentes. Quòd, ut prope Cicero in Orat. ait,facilius ſit apta diſſoluere,quàm diſſipata cõnectere,uulgareque ſcribunt,quòd latine ſcribere poſſe diffitentur. Aſſerentes eos in plebeiam cõmunemque linguã exprimendos eſſe, uulgareque ſcribendũ, ut ſi qui,inquiunt,ex imperita multitudine, utputà cerdones,baiuli,cætarij,fartores, cupedinarij, piſtores, coqui,caupones,& alij id genus præclaro ingenio, quod ipſi peregrinũ,ideſt uagũ,inſtabile,indigẽs, ſibi & alijs inutile appellãt, præditi ſint liberales artes, ingenuaſque diſciplinas,& diuinorũ eloquiorũ arcana,my

ſteria

ſteria aſſequantur, & poetæ, rhetores, dialectici, philo ſophi, & ne ſingula proſequar, theologi euadát. Quod quã ſit deteſtandũ in aliud tẽpus dicendum reijcimus. Nã tyranni, inquiunt, eſt & inuidi diſciplinas nõ om nibus cõmunicare. Vnde Græci & quæ ab alijs ſum pſerunt, & quæ ipſi repererunt non peregrino, ſed græco patrio ſermone ſcripſerunt. Et *Romani itidẽ nõ græca peregrina, ſed latina patria lingua ſcripſerunt, ut diſciplinas cũ uulgo cõmunicarent, ita nos uulgari patria, nõ latina peregrina lingua ſcribere debemus, quaſi Græci &* Romani *uulgari cõmunique ſermone ſcripſerint. Scilicet eiuſmodi ingenij erant Romani illi per quãnobiliſſimi & grauiſſimi, ut plebeij eſſe, & res graues, ingenuaſque diſciplinas plebeio ſermone ſcri bentes cũ buccone & ignauo uulgo cõmunes haberẽt. Qui, ut proditũ eſt, plus ſatis elaborarunt, quo latina lingua ex urbe latioque nõ modo in omnẽ* Italiã *mana ret, ſed ad ultimas orbis oras penetraret. Quod ipſum ut impendio magis fieret prouinciales, uel illos ipſos græcos ut latine aut per ſe, aut per interpretes in Sena tu & apud magiſtratus loquerentur cogebát. Et latini græcique ſermonis certamen ediderunt, ac quoſdã ciui tate Romana donatos, quod latine loqui neſciſſent in peregrinitatẽ redigerunt.* I*tẽ Romani, quibus hi plebeij doctores lõge impudẽter ſe æquiparare audẽt, ait Cice ro, oĩa ſapiẽtius, quã Græci inuenerunt, & quæ ab a lijs acceperunt meliora fecerunt. At noſtri populares doctores oĩa ſtulte inuenerunt, & quæ ab alijs accepe runt,*

runt, deteriora rediderunt. Sed forte ſe literas nõ didiciſſe iurabunt, quod etiã abſque iuramẽto illis perfacile credimus. Quippe, ut commodũ hinc primũ exordiar, nõ omnes Romani ſua patria latina lingua, ſed, ut oſtẽdi, eorũ plerique peregrina græca lingua ſcripſerunt. Rurſum ſi, ut iſti ferunt, quiſque ſua patria natiua uernacula lingua ſcribere debet, quia Romani ſua ſcribebant, quid eſt cur Ennius, Lucilius, Pacuuius, Næuius, Attius, Plautus, Cæcilius, Varus, Macer, Caſſius, Flaccus, Virgilius, Horatius, Ouidius, Propertius, Perſius, Tibullus, Gallus, Iuuenalis, uterque Statius, uterque Plinius, quorũ nemo unus Romanus aut Latinus patria fuit, aliíque quamplurimi, quos recenſere longũ eſſet, & non Itali ſolũ, ſed & reliqui Europei multi, itemque Aſiatici, & Africani quamplurimi doctiſſimi homines, ut expoſui, ut Columella, uterque Seneca, Lucanus, Martialis, Terentius, Publius, Gildas, Varro Attacinus, Sextilius, Septimius, Calphurnius, Claudianus, Apuleius, aliíque prope innumeri, omitto Eccleſiaſticos, non ſua ſinguli lingua, ſed latina ſcripſerunt ſcribuntq. etiã nunc? Qui nõ natura, ut de Romanis noſtri populares doctores argutantur, loquebãtur, ſed a magiſtris ediſcebãt. Quã tamẽ latinã linguã ipſi nõ peregrinã, ſed ſuã, ac ſibi patriã, ut oſtẽdimus, uocabãt. Et nõ modo ad cæteras diſciplinas attinentia multa ſcripſerunt, ſed grammaticã quoque artẽ latinã, quo eam excolerent, ut Pompilius Andronicus Syrus, Atteius Philologus Athenienſis homo

mo græcus, Iulius Hyginus Hiſpanus, *M Antonius Gnifo, & Valerius Cato Galli, Probus Phœnix, alijque multi, de quibus Suetonius in libro de illuſtribus grámaticis commeminit. Itē Donâtus Ponticus, ſiue, ut alij, Libicus, Rufinus Antiochenſis, Seruius Maurus, Terentianus, Victorinus, Auguſtinus,* Martianus *Capella Afri, Priſcianus Cæſarienſis, ſiue, ut quidā uolunt, Romanus, alijque multi. Itemque quid eſt quare Europei, Africani, &* Aſiatici *prope innumeri antequam latina lingua per orbē uniuerſum cum Imperio promoueretur, & etiā poſt nō ſua quiſque patria, ſed peregrina græca lingua ſcripſerunt? Adhæc quid eſt quamobrē Petrus, Paulus, Ioannes, Iacobus, & Iudas* Apoſtoli, *itē Egeſippus, Philo, Ioſephus* Hebræi *homines, alijque multi nō ſua patria Hebraica regulari grámaticaue lingua, quæ eſt uetuſtior græca, &, ut* Heronymus *ait, mater linguarū, quā uetus teſtamentum ſcriptū fuit, & Deus digito ſuo decē præcepta exarauit, ſed peregrina ideſt græca ſcripſerunt? Ita & Lucas Syrus, & Marcus Cyprius, & Heſichius Hebreus, quorū ille græce, iſti latine ſcri pſerunt. Tyranni credo & inuidi hi, alijque oēs ſiue poetæ, ſiue philoſophi, ſiue quicunq. alij, uel* Apoſtoli *ipſi, & eccleſiæ doctores fuerūt, quia peregrina lingua latina aut græca ſcribētes ſuas doctrinas oībus manifeſtas eſſe noluerūt, neq; cū ſuis ciuibus cōmunicauerūt.* Tyrani *& inuidi quotquot poſt Gothorū in urbē impreſſionē latine uel græce ſcripſere ſcribuntq. ét nūc. Tyrannus & inuidus Moyſes & prophetæ, qui oracula, quæ edidere,*

obſcu-

obſcure & ænigmatice, & ex arte grãmatica, ne cunctis paterẽt, ſcripſerunt. Tyrannus & inuidus Tholomeus rex Aegypti, qui uetus teſtamentũ nõ in ſuã germanã patriã Aegyptiacã linguã uerti curauit, ſed in peregrinã, hoc eſt Græcã & eã regularẽ. Tyranna & inuida ſancta mater eccleſia, quæ tribus tantũ principalibus linguis hebræa græca & latina ex arte inſtitutis utitur in diuinis. Ne plura, tyrannus & inuidus Chriſtus, qui nõ oĩa cũ oĩbus cõmunicauit. Hi plebeij academici, populares doctores, uulgares grãmatici ſoli benigni, ſoli liberales & munifices ſunt, qui cũ uulgo ſuo uano inerti & ſtolido claras & pulcherrimas diſciplinas, atque etiã ſtultas & inſanas ſuas opiniones cõmunicant. O ineptos & indignos labores. Quòd ſi oĩbus prodeſſe poſſumus, ut quid paucis proderimus? Græci & Latini ſcriptores nõ græcis & latinis, Atticæ inquã, latijque tantũ populis, ſed oĩbus prodeſſe ſtuduerunt. Et certe ex hoc quòd diſciplinæ latine ac græce ex arte grãmatica ſcribuntur, unũ & alterũ fit, quia diſciplinæ ipſæ, uulgũ inertẽ & imperitũ celantur, & cuiuſuis gentis homines eas ediſcere poſsũt. Cõtra uero cũ plebeia cõmuniq. lingua ſcribuntur uileſcunt, diuinæ uero literæ etiã profanãtur. Sed græca, inquiunt, lingua tot auctores ſcripſerunt, quia cõmunis erat, ſed quid per communem intelligãt neſcio, niſi per cõmunem, celebratã dicãt, quaſi nõ & latina lingua uel lõge ante Chriſtũ natum per orbẽ uniuerſum celebrata, & ut ſuo ipſorum uocabulo utar, cõmunis

omni-

omnibus eſſet. Sed hoc ipſe quæro, cur potius peregrinam, quàm patriã celebrabât? Cũ, ut noſtri plebeij grãmatici dicunt, quilibet nõ peregrinã, ſed patriã colere; & hac, nõ illa ſcribere debet. Rurſum nõ quẽlibet græcorum ſua patria natiua cõmuni lingua ſcripſiſſe perſpicuũ quidẽ eſt, nam cũ Græcia magna prouincia ſit, in eaque regiones plurimæ, nõ quatuor linguis, ſed plurimis ſcripſiſſent. Sedenim quælibet græciæ regio olim ſuã peculiarẽ natiuã linguã ab alijs diſcretã habuit, ut in Italia condam fuit, ſed poſtea oẽs græciæ populi Attica natiua uulgari lingua uſi ſũt, quæ nobilior eſt, ſicut latiali Itali. Iam uero Demoſthenes Macedonas Barbaros appellat. Et Herodotus lib. 1. Pelaſgos barbara lingua antiquitus uſos fuiſſe dicit. Scripſerunt itaque græci ipſi oẽs Attica lingua regulari ex arte grãmatica inſtituta, nõ plebeia cõmuni & publica. Nã quòd Græci quattuor linguas habere dicuntur, ob id eſt, nã Dores, Aeoles, Iones, & Boeti leues ambitioſi ac ſeditioſi homines (ſuis .n. diſſentionibus in Attica lingua ueluti in ciuitate factiones cõcitarunt) quaſi alias diuerſaſq. ab Attica, linguas fecerint, aliquid literarum de ea immutãtes ipsã quiſque ſuã arrogãter ac falſo uſurparunt. At res, inquiunt plebeij ſcriptores, quærẽdæ nobis ſunt, nõ linguæ. Quãdo latina, græca, & hebræa lingua ex ſe nobiles nequaquã eſſent, ni res graues, & illuſtres, quæ in ipſis tractãtur, eas nobilitaſſent, quòd res locata locũ, nõ is illã nobilitet. Quare quauis barbara lingua res graues & nobiles ſcribantur, lingua ipſa illuſtratur. Hi cum ignorantiſſimi ſint

perinde

perinde loquuntur, quaſi nullus eis reſpondere ſciat. A quibus ego quæro an nõ effigiata materia, ideſt opus, nobilior ſit rudi & informi? Inde an res præſtans in uili ac rudi, aut in decoro decentiq. uaſe eſt aſſeruanda? An inquá uenuſtius decentiuſq. eſt gemmá ſtanno eoque informi, aut puriſsimo & egregie fabrefacto cælatoque auro inecti? ſcilicet ſi gemmá ſtanno incluſeris nõ modo ſtannũ nõ illuſtratur, ſed etiá iniuria irrogatur gemmæ. Neque uitrũ auro illigatũ margaritũ fit, neque balſamũ uili ac turpi uaſi eſt infundendum, nam inficitur. Quandoquidé & locus rei locatæ, & hæc illi cõgruere debet. Secundo loco peto an uas aliquod expræſtáti materia artificioſe concinneque fabrefactũ per ſe, etiá ſi nil præclari in eo inſit, nobile ſit? Equidé Latina, Attica, & Hebræa natiuæ uernaculæ uulgares linguæ ex ſe cæu materia præſtans, nobiles ſunt. Quare ſicut uas aliquod egregiũ ex illuſtri materia concinne & affabre ab artifice ideo fit, ut in eo aliquid præclari aſſeruetur, ita diuinũ numen ſolas Hebræorũ, Atticorũ & Latinorũ natiuas claras linguas elegit, quæ in arté uelut pulcherrimũ opus affabre elaboratũ redigerétur, quibus diuina philoſophia, & eius ancillæ humanæ ſciétiæ cõtinerentur, ſcriberéturque, diuinumque uerbũ oĩbus gentibus nunciaretur. Sed triginta, inquiunt, anni (nõ enim a captionibus & præſtigijs deſiſtunt) in grammatica arte ediſcenda teruntur, ut nihil ferè téporis ſibi reliquũ ſit in cæteris diſciplinis addiſcédis, quòd ſi quiſque patria lingua, quam ſimul cũ lacte a genitrice uel nutrice hauſit, ſcriberet,

& a

& a puero indiſciplinis aſſequẽdis, & naturæ ſecretis rimandis, quæ adhuc multa, inquiunt, abſtruſa latent, omne ſtudiũ impenderẽt, haud dubie multi Platones & Ariſtoteles modo reperirentur, qui ſecreta ipſa naturæ iam abdita perſcrutãtes promerẽt in mediũ. O noſtri ſeculi populares doctores, acutos & ingenioſos philoſophos, qui cum uſquequaque in luto hæſitent, honeſtas & pulcherrimas diſciplinas ſine præceptore ſine labore in unã diẽ, momẽto tẽporis conſequi poſſe putãt. Cedo qui hæc dicunt? Nonne in loco deſipiunt, atque extra iocũ, perinde loquuntur quaſi aniculæ de liræ. Nõ perpẽdentes, quòd, ut egregie lib. 6. de Rep. ſcribit Plato, pulchra ſunt difficilia. Equidem neque uulgares ſordidæque artes modico tẽpore abſque magiſtro, abſque labore acquiri poſſunt. Siquidẽ neque coqui, neque piſtores, neque lanij, neque ueteramentarij, ut de cæteris taceã, artes ſuas ſine magiſtro, & labore, multũ in eis tẽporis terẽdo aſſequi ualent. Id quod etiã probe Plato in Ione ſcribit. O inquã præclara noſtri ſeculi ingenia, ſi Deo placet, ingenioſiores & ſapiẽtiores ſunt alijs oĩbus. Quaſi puerilis ætas iam rudis & imbecillis hoc tam arduum munus obire poßit, ut per ſe diſciplinas aſſequatur. Sed quid eſt quæſo quare tot noui populares academici, philoſophi barbatenus, qui a pueris plebeijs literis incumbunt, & in eis omnẽ ætatẽ conterunt, quibus & ſuas infamas ſcribunt, non Platones & Ariſtoteles euadunt? cur nõ naturæ arcana, quæ multa, ut ipſi ferunt, abſtruſa latent, in lucem euocant? Hui hi philoſophi ſunt? Hi ſecreta na-

turæ

turæ rimari poſſunt? Qui neque quid ſit natura, neque quid ſit ars intelligunt, quibus nec quicquam longius, quàm ut ſecreta naturæ, rimentur. Quot itē Africani, Aſiatici, & Europei græcis uel latinis peregrinis literis, qui in ipſis acquirendis nō triginta annos contriuerunt, uel illi ipſi græci longe plurimū eruditi, qui cum Platonis & Ariſtotelis ſectatores fuerint, ac diſciplinas quamoptime aſſecuti, tamen neque ad Platonem, neque ad Ariſtotelem aſpirare potuerunt? Sed neque opus eſt triginta annos in grāmatica arte adipiſcenda inſumere. Siquidem qui ab infantia optimum ſortiti fuerint præceptorem, & literis oblectātur intra quintum decimum annum eā quā optime aſſequentur, quales innumeri extiterunt, inde ad reliquas diſciplinas percipiēdas accedere poſſunt. Nonne ille ipſe Plato, & Ariſtoteles, & Demoſthenes, & Homerus, & Cicero, & Varro, & Virgilius, reliquiue omnes & græci & latini clariſſimi auctores prius grammaticæ ſtudio operā nauarunt, quàm alias diſciplinas tractarent? Quòd ſi, ut iſti aiunt, triginta anni ad grāmaticā artē addiſcendam inſumendi ſunt, quæ obſecro ætas ſufficiet ad reliquas diſciplinas acquirendas, & ad mundi opera, naturæque ſecreta rimanda? utique uix trecenti anni ad hoc tam arduum opus adeundū, aut certe perficiendum ſuppeterent. Si item, ut ipſimet fatentur, ad latinam linguam aſſequendam opus eſt grammatica ars, eaque non niſi longißimo tempore acquiri poteſt, quomodo latine natura loquebātur Romani? Nōne ſuis uerbis irretiuntur? Sed quid faciam illis? Quòd

ſi ipſi

ſi ipſi nugis inanibusque rebus uacare uolent, licebit, uacent, non idem illis & nobis. Adhæc, ut unde aberrauit redeat oratio, quid eſt quapropter poſteaquã Romani ſubegere Græciam, quos Græcam linguam corrupiſſe, & ex eo tempore græcos uulgare loqui cœpiſſe, & poſtquam Gothi hæretici facti Honorij & Arcadij principatu poſt Chriſtum natum annis cccc. *in* Italiam *prædonum & latronum more efferueſcentes irruperunt, urbemque inierunt, quos latinam linguam corrupiſſe, & iam tum* Romanos *uulgare loqui cœpiſſe blaterant noſtri noui populares academici, innumerabiles ferè &* Itali *& cæteri Europei. Vel illi ipſi Gothi, & Aſiatici, & Africani non ſua ſinguli, neque Græci & Romani uulgari, ſed latina uel græca grammatica literariaque lingua, ſicut antea ſcripſerunt ſcribuntque etiam nũm? Quos plebeij doctores inexhauſta, & inexplebili auaritia ducti, quando non modicum hinc quæſtum faciunt uulgus miſerabile fruſtantes, in uulgarem ſermonem uertunt. Et non modo* Romani *pontifices* Romæ*, ſed alij quoque eccleſiæ patres & in reliqua Italia, & in prouincijs homilias & ſermones ad populum in delubris non uulgari ſed latino, & Græci patres græco regulari grammaticoue, plano tamen ſermone ſimplicique ſtylo fecerunt. Qui laudabilis concionandi mos in* Italia *ab hinc centum quinquaginta circiter annos prætermiſſus eſt. Ergo ne tales ac tanti patres animarum cibũ, quas ſedulò alere ſtudebant, ne quicquam iactabant,*

 ſtu-

ſi latina lingua olim communis & publica erat Romanis, & à Gothis corrupta uulgò deſierat? fruſtra et alij præſules & in reliqua Italia & in prouincijs latinè ad populum declamabant? An ipſis, qui ueri eccleſiæ cardines erant & columnæ, uerique Chriſti ouium paſtores, curæ tantum erat paucorum eruditorum ſalus, plebe neglecta? Sed nec mos erat, nec licebat quẽquam, & præſertim Romæ niſi latinè ad populum ſermonem habere. Iam uero etiam nunc apud Pont. orationes latinè habentur, & in conſiſtorio latinè loquendi mos eſt. Itemq. *quid eſt cur* Iuſtinianus *Cæſar poſt ipſam Gothorum in urbem impreſſionem Gothis ipſis* Imperio *ſubactis, ac reſtitutis reip. prouincijs, Romanas ſanctiones non modo latina lingua compilauit, non uulgari, ſed uetuit etiam eas in uulgarem ſermonem, uel in barbaram linguam uerti, iuſſitque geſta actaque omnia uel publica latinè, quod oſtendemus, ſcribi? Et non ſolum antequam Gothi inierunt* Italiã, *ſed poſt etiam ubique propè gentium ſtudia latinarum literarum publica & priuata fuerunt, ſuntque modo.* R*urſum quare nunc hi plebeij doctores ſimij, qui ſe Romanos imitari uelle iactitant, cum Roma una tantum ſit* Italiæ *urbs, cur inquam ſinguli non ſua patria lingua ſcribunt? Veneti ſua,* Florentini *ſua, Aretini ſua, Bergomates ſua, & ita, ut uerbo uno perſtringam, quælibet* Italiæ *ciuitas? Et cum nos latini gloriamur noſtram latinam linguam unam ſolummodo eſſe, et eã perilluſtrem arteque factam, hi uulgares grammatici*

tici non unam, non quatuor, ut græci, quæ tamen ex arte grammatica ſunt, quibus græcis, quia quatuor linguas habent, uitio obijcimus, ſed innumerabiles propè, et eas plebeias & incultas, conſtituent. licet, ut retuli, una tantum ſit græca literaria lingua, & ea Attica, ſua, dixi, lingua, non quòd lingua, qua hoc ætatis Italia *utitur, multiplex, ut olim, aliaque atque alia ſit, cum ſit una atque eadem, eaque latina, ſed quòd* Italorum *quidam aliqua ex parte, tuſci uero tota ferè peßime omnium* Italorum *abutuntur & pronunciatione aſpera & ruſtica, & literarum perturbatione, & uocabulorum ſignificatione confuſa. Ad hæc ſi latina lingua à latio modica* Italiæ *ora eſt plebeijs ſcriptoribus peregrina, ſic enim dicunt, & hæc uulgaris lingua, qua nunc* Italia *utitur, eſt tuſca, ut ipſi eam appellant, ut eſt alijs* Italis *materna? cum tuſcia una* Italiæ *regio ſit. Erit igitur omnibus* Italis, *ut aliàs dixi, præter tuſcos, peregrina. Quòd ſi peregrina lingua eis ſcribere libet, cur potius plebeia inculta, & latiali uoce excepta, barbara, quàm latina literaria?* Si tanti *uitrum quanti margaritum his, qui uilibus rebus adhæreſcunt? Quibus latinum Romanumque nomen eſt peregrinum, & tuſcum patrium. O dementes & ingratos homines. Cedant urbe quæ ſibi eſt peregrina, migrent in tuſciam ſuam, ut uocant, patriam ad opes, honores, & dignitates aſſequendas, uulgare ſcribunt, quia latinè neſciunt. Adhuc ſermo quidem natiuus uernaculus cuiuſcumque regionis eſt*

omnibus eius regionis hominibus omnis ſexus ætatis & ordinis Vrbanis ac ruſticis communis, quo omnes omni tempore ſine regula, ſine ratione, ſine lectione loquuntur; nullumque uerbum eſt, quod infimam plebem celetur, licet urbani ornatius & eloquentius ruſticis loquantur. Quem a matribus et nutricibus, & à uulgo: item peregrini a uulgo uſu tantum, nõ in ſcholis a magiſtris ediſcunt, ut Plato in Alcibiade ediſſerat, & res ipſa loquitur. Vbi Alcibiades ipſe, ſe græcè uulgare loqui a uulgo didiciſſe dicit, quòd populus nil aliud docere poteſt niſi natiuam popularem linguam, & ludum talarem, omnes enim, inquit, quid ſit lignum, & quid ſit panis intelligunt. Et in Protagora ait. Cum omnes prò uiribus uirtutis præceptores ſint, ſi quæreres quis præceptor nos græcè loqui docuit, nullus utique appareret. Quando enim alicubi terrarum ludus patuit, ubi pueri patriam natiuam communem & publicam linguam à magiſtris ediſcerent? Nomina & uerba materna ipſa lingua declinare, genera & caſus cognoſcere, nomen cum uerbo rectè copulare, adiectiuum nomen cum ſubſtantiuo coniungere, relatiuum cum antecedente connectere, dicta materna ipſa lingua data eadem lingua componere, & alia id genus multa, quæ ad grammaticam artem attinent, docerentur? Vt olim, ſicut & nunc & Romæ & in reliquo latio, Athenis, & in reliqua attica, Hieroſolymis & in reliqua iudæa? An noſtri plebeij grammatici, populares doctores cum in Germaniam,

Pannoniam, Britaniam, aut aliò proficiſcuntur earum linguas in ſcholis à magiſtris, & non a uulgo uſu tantum ediſcunt? ſed cur latinè per antonomaſiam natura loqui Romanis tantum tribuunt, & non omnibus latinis populis? cum latinum nomen non à Roma una latij urbe, a qua Romanum dicitur, ſed à latio deducatur, unde omnes latinos populos, ſic loqui oportuiſſet. Sed grammaticis ipſis plebeijs, quòd nominum deriuationem ignorent, ignoſcendum eſt, non enim literas didicerunt. Loquebantur, inquiunt, Romani omnes olim latinè, ſed emendatius docti, quòd ſi docti emẽdatius alijs loquebantur, ſuo ſe ipſorum telo noſtri plebeij doctores iugulantes uelint nolint fatentur apud Romanos *doctrinam in loquendo fuiſſe, quam à ſolis doctoribus tradi alijs poſſe quis non uidet? E quidem ſi omnes Romani latinè per antonomaſiam natura loquebantur, alij alijs eloquentius loqui poterant, cum eloquentia apud omnes gentes eſſe poſſit, quæ eſt copioſe eloquens ſapientia, at non doctius, non emendatius, non latinius, non magis Romanè. Quis enim Venetorum alijs doctius, & emendatius, & magis Venetè, & Florentinorum alijs emendatius & magis Florentinè loquitur? Cum unus modus ſit communis cunctis omnis ſexus, ætatis, & ordinis, uel, ut dixi, ruſticis, unum genus, unaque ueluti in ſuo cuiuſque ciuitatis numo forma, ac figura loquendi, non multiplex, non differens, omnes eiſdem patrijs uocabulis, eademque pronunciatione utantur. Quænam etiam erat quæſo Ro-*

manis latinè loquendi differentia, ut alij alijs emendatius, ac magis latinè loquerentur, ſi omnes latinè per antonomaſiam natura loquebantur? Num hac locutione emendatius ac latinius, aut ſimplicius dici poteſt, magiſter eſt doctus, hic liber eſt magiſtri, diſcipulus obedit magiſtro, magiſter docet diſcipulos literas? Num declinabilia (in duo enim membra, declinabile & indeclinabile latina, ſicut Græca, & Hebræa grammatica diſtribuitur) quæ, ut fatus ſum, arte declinantur, emendatius ac latinius, aut ſimplicius declinari, & indeclinabilia emendatiore, latinioreque; aut ſimplitiore modo dici, ac fine claudi poſſunt, quàm ea ratione, qua latinitas utitur? uel ars ipſa grammatica in duas partes politiorem & rudiorem diuidi poteſt, ut illa eruditi, hac pueri & uulgus uterentur: indeclinabilia aliter illi, aliter iſti, declinarent, & conſtruerent, indeclinabilia alio atque alio modo dicerent, ac fine concluderent? Et quæ pueri in ſcholis (in ſcholis enim, ut ſæpenumero dixi, grammaticam, uel nomina & uerba declinare, uel prima literarum elementa cognoſcere à magiſtris ediſcebant) didicerant, ipſis ætate prouectis dediſcendum erat, & alia à primis ad diſcendum, & tempus nequicquam triuerint? ut de peregrino barbaroque ſermone dediſcendo ab auctoribus iubetur. Ecquanam continuò ars utcumque uilis ac ſordida ab aliquo ſciri poteſt, niſi is ab eius magiſtris eam ediſcat? Grammatica quidem non multiplex eſt, ſed una atque ſemper eadem. Phraſis uero ac ſtylus

lus ſcribendi uarius eſt, nam alij alijs elegantius & or natius ſcribunt. licet quædam pauca uocabula in latina græcaque lingua ſint, quæ ab auctoribus uariè declinentur conſtruanturque, intra tamen artis grammaticæ inſtitutas præſcriptasque regulas. Neque latine loqui dicendus eſt, qui eruditorum conſuetudinem non ſeruat, aut barbariſmum facit, uel ſolœciſmum. Neque prius factum eſt opus, & inde inuenta eſt ars ac ratio, qua illud conficeretur, ut plebcij doctores nugantur. Qui muſcam cygno, & ranam delphino uſque comparátes de ſua uulgari uanitate ac nænijs proferunt exẽplum. Dicunt enim grammaticam factam fuiſſe poſt quam auctores latinè et atticè per exochen ſcripſerũt. Quam illi, qui grammatici uocantur ex auctoribus ipſis excerpſcre, quaſi auctores ipſi non arte ac ratione ſcripſerint ſed caſu. Sed ut quæſo ex eo, quod non arte conſtat, ars elici conficique poceſt? profectò ex rudi materia nõ ars elicitur, ſed artificium ideſt opus fit. Iam uero grammatica rectè loquendi & ſcribendi ars eſt, quod plebeij grammatici non uident. Sed neque ars eſt quod nihil differt à natura, imo ars, ait Cicero, eſt elegantius quidpiam, quàm natura, de qua mox plura. Nimirum qui ignorat artem opere, materiam forma, alicuius artis inuentorem arte ipſa eſſe priorẽ bos eſt, non homo. Sed quidam iuris imperiti grammaticæ artis regulas ex auctoribus excerptas fuiſſe dicunt, quia Paulus Cod. libro xij. dicit, Regula eſt, quæ rem, quæ eſt, breuiter narrat, non ut ex regula ius

ſumatur, ſed ex iure, quod eſt, regula fiat. Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur. Quibus uerbis Paulus regulam in iure ciuili eſſe ait, quæ quod pluribus uerbis in iure ſcribitur, paucis complectitur. Ius autem ciuile non ars eſt recte loquendi & ſcribendi, ſed iuſſio ac ſanctio recte uiuendi, datque unicuique quod ſuum eſt. Non enim ius in eum animaduertit, qui in arte grammatica erat ſed multat eum, qui iniuriam infert alicui, grammatica non plectit eum, qui errat in arte, ſed ipſum iudicat imperitum; docetque ut recte loquatur. Iam dixi ex latina uernacula uulgari lingua regularem fuiſſe inſtitutam. Neque enim uirtuti ac laudi dandum eſt illi, qui non præmeditato fine, non ratione, atque ordine; ſed fortuitò ac confusè aliquid agit. Iam uero longe ante urbem conditam grammaticam repertam fuiſſe, & latinum regem latinam literariam linguam auxiſſe, & Albæ, & in alijs Latij urbibus, & inde Romæ latinarum literarum ſtudia ac ſcholas fuiſſe, ubi pueri grammaticam literasque latinas a magiſtris ediſcebant, ſuis locis docebimus. licet a primordio grammatica tenuis fuerit, & paulatim aucta & exculta, nam nihil ſimul inuentum & perfectum. At in ſcholis, aiunt hi, qui ſiue ingenij hebetudine, ſiue nequitia quadam, ſiue utraque potius ueritatem manifeſtam peruicaci ac percito animo impugnantes communi utilitati obnixè aduerſantur, pueri non grammaticam, non latinam linguam, quam a matribus & nutricibus,

cum lacte hauriebant, ſed ornatum & elegantiam latini ſermonis a magiſtris ediſcebant, quòd, inquiunt, cuiusuis ciuitatis ac regionis natiuus & publicus ſermo arte conſtet. O acutos homines quàm paucis negotium confectum putant. Artem appellant quod nulla ratione, nulla humani ingenij lege, nullo præſcripto, nullis præfinitis certisque legibus conſtat, ſed quod cuique genti generatim innatum, & uſu tantum populari ediſcitur. Suſpicor Dalmatas cum patrio natiuo ſermone loquuntur, arte loqui; & ad ſcholas itant ut ornatè & eleganter dalmatè loqui diſcant a magiſtris: ita Germani, Pannonij, cæterique. Et cum latine loqui ac ſcribere ex præſcripto quodam ac lege non quidem naturæ, ſed placiti humani, hoc eſt ex arte grammatica, ſit, ecquis quæſo ipſum latine loqui ac ſcribere, ipſam grammaticam artem, quæ eſt non ornatè & eleganter, ſed rectè & integrè citra errores ac uitia, ſolœciſmum, inquio, & barbariſmum, loquendi & ſcribendi ars, ſcire poteſt, niſi qui eam longo ſtudio & labore à magiſtris addiſcat? Sed neque pueri latine loquendi ornatum & elegantiã diſcere poſſunt, cum in ipſis, ut probè Quintilianus ait, oratio perfecta nec exigi, nec ſperari poſſit. Et Cicero, neminem ornatæ loqui poſſe ait, qui latinè neſcit, Quid præterea opus erat pueris grãmaticæ præceptores, ſi Romani latine per exochen loquebantur? ſi latinum ſermonem per antonomaſiam

a ma-

a matribus & nutricibus ediſcebant, & cum lacte hauriebant? fruſtra ibant ad ſcholas, ut diſcerent linguæ, quam populari uſu nouerant, rationes & cauſas? Nequicquam tam ſcrupuloſi libri de arte grammatica componebantur, ſi populari uſu percipi poterat? Fruſtra grammaticæ dabatur opera? fruſtra Cicero nos ad grammaticos mittit, qui, ut rectè latinè loquamur, iubet, ut uerba & caſibus & temporibus, & genere, & numero, & perſonis, quas concordias uocant, conſeruemus, & ſolœciſmum & barbariſmum latinæ linguæ uitia fugiamus? Quid opus erat de ea rationem reddere, ſi non ratione conſtabat, ſed publico ac populari uſu? Quo mihi rationẽ iſtam, ſi natiuus ac popularis uſus ſatis erat? Quis de lingua Dalmatica, Germanica, Pannonica, & item de reliquis rationem exigit, & non ipſo indigenarum uſu ac natura eſt cõtentus? Quid etiam opus erat uocabulorum haberi delectus, quod ut fieret Cæſar, Cicero, & alij omnes præcipiunt, ſi latinus ſermo per exochen promiſcue omnibus Romanis erat communis? Nequicquam ſermonis uitia, hoc eſt barbariſmũ & ſolœciſmum nos fugere iubent? Quorum Quintilianus libro primo primam fœditatẽ abeſſe præcipit. fruſtra Quintilianus ipſe pueris pædagogos eruditos, & doctos præceptores præfici iubet? Nequicquam præcipit ut præceptores imprimis doceant pueros nomina & uerba declinare, & ut genera noſcant & caſus. Et rurſus monet pueros ne ea trita uocabula ſcribant, quæ arte grammatica exce-

excepta, communia cum uulgo ſunt ideſt nata, ut panis uinum & alia id genus, ſed ſecretiora ab auctoribus facta. Item iubet pueros uerborum genera, qualitates, perſonas, & numeros cognoſcere. Imo uero quid in literis propriũ, quid commune, quæ cum quibus cognatio, accentus rationem, ortographiam, & alia huiuſmodi. Sed de hac re plura Plato in ciuili, & in Protagora, & in Charmide, ubi pueros in ſcholis à grammaticis erudiri dicit, uel quidem quibus ex literis quodque nomen conſtet. Superuacanea, ait Quintilianus, omnino erat doctrina, ſi natura ſufficeret, qui libro primo inquit. Ingenia ſine doctore perito, ſtudio pertinaci ſcribendi, legendi, dicendi multa, & cõtinua exercitatione per ſe nihil poſſunt. Qui in pueris orationem perfectam nec exigi, nec ſperari poſſe ait, iubetque ipſos mollius ali. Cumque latinus ſermo per antonomaſiam quatuor, quod oſtendemus, conſtet, natura ſiue uetuſtate, ideſt uocabulis in latio natis, hæc eſt latini ſermonis materia; ratione ſiue analogia, ideſt arte, hæc eſt latini ſermonis forma, & latinam linguam à barbara ut aurum a plumbo diſſociat; conſuetudine eruditorum, quam Quintilianus interim obſeruationem etiam appellat; & auctoritate itidem eruditorum, cum etiam, ut oſtendi, multa nomina, aduerbia, uerba compoſita & deriuata, item omnia participia, comparatiua, gerundia, ſupina, & patronimica facta ſint ab eruditis auctoribus, non nata, multique uocabulorum ſignificatus ab eiſdem facti ſint, ac grã-

matica

matica latinaque lingua ab eiſdem expolita & aucta ſit, multis uocabulis exauctoratis, multis literis immutatis aut exemptis, quædam a græcis petita ſint, itẽ paßiua uox in or ut amor, imitor, largior, necnõ præteriti pluſquã perfecti ind. & præsẽtis ac præteriti imperf. & pluſquã perf. opt. & ſubi. & infinitiui uoces factæ ſint nõ natæ, uulgo ignotæ, quas circũſcribit, quì fieri potuit, ut infantes & mulieres ſiue Romæ natæ, ſiue peregrinæ & uiris Romanis nuptæ, itẽ nutrices, & præſertim peregrinæ, & artifices, cæterũq. uulgus, qui nec legere, & ſcribere ſciebãt, latinè per antonomaſiã ſine præceptore ſine lectione crebra, ſtudio aſſiduo, obſeruatione diligẽti loquerẽtur? Quæ etiã laus data fuiſſet Romanis, cæteriſq. latinis ſi omnes uniuersè latinè per antonomaſiã natura loquebãtur, & nõ labore ac ſtudio latina lingua ex arte inſtituta cõpararetur? Si nullũ loquendi & ſcribendi diſcrimẽ inter eruditos & infimã plebem, atque quãlibet barbarã linguã fuiſſet? Neunquã quidẽ uirtuti ac laudi datum fuit alicui genti aut ciuitati quòd ſuo natiuo cõmuni & publico ſermone loquantur & ſcribãt. Nã quod Macrobius Sat. lib. 1. natiuã Romani oris elegantiã dicat tale quiddã eſt, quale illud Cornelij Taciti in dialogo de Orat. qui Seleũ Baſſum poetã commendans ait, Verſus Baſſo domi naſcuntur pulchri & iucundi. Et illud M. Hortali Hortẽſii oratoris nepotis apud Tacitum ipſum lib. 2. Qui eloquentiã gentile domus ſuæ bonum eſſe dicit. Et illud Ciceronis ad Varronem. Sed quid ego hæc ad te,

cuius

cuius domi naſcútur præcepta philoſophica? Et in Bruto, Athenis natá & altá eloquentiá ſcribit. Et rursú cum de calui oratione loquitur dicit foro natá eloquétiam. Nata quidé & alta eloquentia atque elegátia Athenis ac Romæ *dicitur, quòd Attica Athenis, & certe, ait idem Cicero in Bruto Solonis ætate,* Romana *Romæ ortú habuit. Foro uero nata dicitur, quia ibi exercebatur. Verſus uero et philoſophia & huiuſmodi domi alicuius naſci dicútur ob eximiá illius doctriná, quare idé Cicero in Bruto Curionis domú aſſuetá fuiſſe dicit puro ſermone patrio inſtituto, quod tres curiones clari oratores extitiſſét. Nõ .n. quia Naſo in Epiſt. Athenas doctas appellat oés Atheniéſes omnis ſexus ætatis & ordinis docti erát, ſed quia ibi omiú liberaliú artiú ſtudia uigebát. Neq; cú idé de Aeneide Virgilij loqués ait, quo nullú latio clarius extat opus, & Horat. Epiſt. lib.* 1. *dicit ſe primú iambú pedé latio oſtédiſſe, per latiú, agrú latij, aut omnes latinos populos omnis ſexus ætatis et cõditionis intelligút, ſed poetas latinos, latinæ linguæ ſtudioſos, latinitatéq. ipſam, quæ locutio frequés eſt apud auctores. Neq; etiá cú idé Horat. epiſt. lib.* 2. *dicit latinú Romanúq. populú deuicta Carthagine græcis literis ſtuduiſſe, Romáq. ueteres poetas ediſcere, oés Romani latiniq. homines oís ſexus ætatis & ordinis græcis literis ſtudebát, neq; poetas ediſcebát: licet populi appellatione oés ciuitatis ordines oís ætatis et ſexus cõtineátur, ſed latinæ linguæ ſtudioſi. Ná quod ſequitur, interdú uulgus rectú uidet, uulgus .i. leuiter eruditi.* Neq;

cum orationes ad populum habebantur, opus erat omnes ciuitatis homines intereſſe, ſed populi magiſtratus. Neque item quia Cicero Acad. primo dicit. Ego philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturus: Et Tuſc. primo ſe ocioſum ciuibus ſuis prodeſſe ait philoſophiam latinis literis illuſtrando, totus Romanus populus, omnes ciues, omnis ætatis ſexus & ordinis philoſophiæ ſtudio operam impendebant, aut impenſuri erant. Sed talia ſunt hæc, quale illud eiuſdem in Orat. ubi de y, & aſpiratione loquens, ſeque Euphoniam ſequi uelle oſtendens ait. *Vſum loquendi populo conceſſi, mihi ſcientiam reſeruaui, populo hoc eſt, cæteris latinæ linguæ ſtudioſis, quos Auguſtinus latinas gentes appellauit.* Quale etiam eſt illud eiuſdem in Bruto. *Nihil de me dicam, dicam de cæteris, quorum nemo erat, qui uideretur exquiſitius, quã uulgus hominum ſtuduiſſe literis, quibus fons perfectæ eloquentiæ continetur. Vulgus hoc eſt turbam ſtudioſorum, aut leuiter eruditorum, qui perfectam eloquẽtiam aſſecuti non fuerant.* Ita rurſus ibidem turbam & uulgus patronorum dicit. *Recte quidem ac latinè dicimus uulgus turbamue philoſophorum, oratorum, poetarum, & eiuſmodi, ideſt frequentiam & multitudinem, nam uulgus abſolutè imperitorum multitudinem ſignificat. Hoc etiam loquendi modo uſus eſt Varro libro octauo de Analogia, ubi dicit populum in omnibus uerbis uti debere analogia, populum ideſt multitudinem latinæ linguæ ſtudioſorum, quæ locutio frequens*

quens eſt apud auctores. Quamquam interim uulgus pro populo, & uulgare loqui pro populari accipiendú eſt. Cæterum plebeij doctores his duabus potiſſimú rationibus probare contendunt Romanos olim omnis ſexus, ætatis, & ordinis latino grammatico literarioque ſermone, qui ſibi natiuus, quotidianus communis & publicus eſſet, locutos, quòd orationes ad populum latinè habebantur, & eas populus intelligebat, ſecus enim, inquiunt, fruſtra latine habebantur, & quod omnes inſcriptiones in ſaxis, ac ſepulchrorum epitaphia uel mulierum & infantium, item lapides terminales in agris latino literario ſermone ſcripti ſunt, atque interdum in eis grammaticæ artis error depræhenditur, quod, aiunt, indicium eſt omnes latinè fuiſſe locutos, ſed non omnes eque eruditi erant, quodque nullum epitaphium, nulla inſcriptio, nullus liber uetus uulgaris reperitur. Quæ quidem rationes pueriles ſunt & leuiſſimæ rudi ac ruſtico homine dignæ. Sed quid mirum ſi talia flagitant, utique tractant fabilia fabri, inquit Horatius, quod habent dant, quod ſunt quærút uulgares uulgaria poſcunt, quid enim poſcerent aliud? Non hi erant, ut dixi, Romani, qui ingenuas & pulcherrimas diſciplinas, & res graues publicas & priuatas omni atque immortali laude ac gloria dignas uaſe indecenti locarent; hoc eſt plebeio, uulgoque cõmuni ſermone ſcriberent, quæ latinæ literariæ linguæ maieſtate & celebrandæ, ueluti in præclaro & excellenti uaſe locandæ erant. Quæ non Romanis latinis-

que

que tantummodo hominibus notæ forent, in latio inquam modico orbis, imo Italiæ angulo laterent, ac ferè ſepultæ eſſent, pluribus diſſoniſque linguis olim in Italia, ut oſtendi, exiſtentibus, ſed latinæ regularis linguæ beneficio cunctis gentibus paterent: ita & Athenienſes egerunt. Inſcriptiones autem, & utriusque ſexus, ordinis & ætatis, uel eorum, qui nec legere & ſcribere nouerant, epitaphia non ab eis ipſis, qui e uita decedebant, antequam occumberent, ſed poſtquam ſuum obirent diem ſuorum conſanguineorum cura ab alijs componebantur, ut modo quoque fit, in quibus in tertia perſona, uixit, atque quot annos, menſes, & dies uixiſſent ſcriptum eſt, licet pauci admodum eruditi uiri ipſimet ſua epitaphia priuſquam efflarent animam compoſuiſſe dicantur. Lapides uero terminales arbitrorum, ſiue iudicum, magiſtratuumque decreto ac iuſſu ad controuerſias dirimẽdas, non in ruſticorum uſum, ab eruditis componebantur. Quæ epitaphia, & inſcriptiones tum priuatæ, tum publicæ ſenatus, aut magiſtratum decreto & terminales lapides latino ſermone ſcriptæ non in Romano latinoque agro ſolum, ſed in reliqua quoque Italia, & in prouincijs paſſim extabant, reperiunturque etiamnum. Quin etiam poſt quam Gothi iniere urbem inſcriptiones, & epitaphia & in Italia & extra uulgò a grauibus uiris ſemper latinè ſcriptæ ſunt. Quòd autem opinantur Romanos olim omnes uniuersè latinè per exochen natura fuiſſe locutos, ſed non omnes æque eruditos fuiſſe, ex hoc

quia in inſcriptionibus ipſis & epitaphijs artis gráma ticæ error interdum reperiatur, fatentur uidelicet, ut dixi, quod non intelligunt, apud Romanos eruditionem fuiſſe in latinè loquendo, & inſcriptiones & epitaphia latine ex arte grammatica fuiſſe compoſitas, Quòd ſi id, quod eſt fatentur inuiti, quomodo natura latinè literatè omnis ſexus, ætatis, & ordinis loquebantur Romani? O cecum pectus, o mentem cimmerijs, ut aiunt, tenebris atriorem. At ingenioſi, quis hebetior? At prudentes, quis ſtolidior? At docti, quis rudior? Quos fatuos dicam, anne inſanos? Anne utrunque, quod melius eſt? Artis autem grammaticæ error in inſcriptionibus & epitaphijs ipſis interim reperitur, quòd aut a ſemidoctis edebantur, aut certe error ipſe ſculptorum eſt, id quod etiam nunc identidem contingit. Quare Cicero ad Att. ſcribens in ſubſcriptione ſtatuæ Africani erratum fabrile putabat. Quòd autem libri uulgares; hoc eſt aduerſaria, & tabulæ ac codices accepti & expenſi, & quos populares homines de rebus friuolis & inanibus, ut patefaciam, ſcribebant, in tanta rerum perturbatione in urbe & in reliquo latio non extent, nihil eſt, quod mirentur. cum multi graues latinæ linguæ auctores, & qui ante urbem conditam ſcripſere, & ab ea uſque ad Ciceronem amiſſi ſint, qua de re & Cicero ipſe & Varro admodum queruntur. Multi item ab uſque Cicerone ad noſtram memoriam, qui in orbem uniuerſum manauerunt, deſiderentur. Item ſi natura latinè per

L anto-

antomaſiam loquebantur R*omani, certe indiferenter omnibus Romanis latiniſque natiuis uocabulis uſi fuiſſent latini ſcriptores, ut plebeÿ ſcriptores faciunt, ſed certe conſtat quòd non omnibus uſi ſunt, ſed ſelectis & claris habito delectu uerborum, dura uero & abſona, quod oſtendam, repudiabant. licet principio nõ adeo caſti ac prudentes in deligendis componendiſque uocabulis fuerint. Vnde plus ſatis falluntur, qui putant uocabula, quibus latini populi utuntur, quæ in regularem linguam relata non ſunt, latialia non eſſe. Poſtremo ſcire ego magnopere uellem a grammaticis philoſophisque plebeÿs, latina lingua per antonomaſiam, quam ex arte grammatica inſtitutam eſſe iterum ac tertio, ac ſæpius dixi, enodatiuſque ac cumulatius pandam, quam ipſi* R*omanis generatim popularem cõmunẽ & publicã natura fuiſſe argutantur; cui primũ a natura tributa eſt, loco, an hominibus, ſi hominibus, quero, quando? In urbis edificatione, an poſt?* S*i poſt, quo conditæ urbis anno? & quomodo munus iſtud Romanis obuenit? Cælitus ne lapſum, ut de Nume ancylæ dicitur? Si in urbis edificatione, cum Roma a paſtoribus hominibus diſpari genere, diſſimili lingua, ut Salluſtius ait, aliÿs alio more uiuentibus ſit primum inhabitata, & inde mox conuenis aperto aſylo in urbem ſuſceptis aucta, certe neceſſum eſt, ut ſi qui ex ea agreſtium hominum commixtione latina lingua per atonomaſiam natura loquebantur, populi quoque illi, è quìs hi originem duxerunt, ita quoque*

loque-

loquerentur. Qui ergo ſunt populi illi, Albani? ut Romulus & Remus, & ſiqui alij ex alba cum eis fuere, qui a Lauinio troiana urbe originem traxerunt: aut ali qui alij Latij populi, aut alij latio finitimi? Aut Tuſci, qui a Noe ſe originem ducere, ab eoque linguam & literas habuiſſe iuueniliter nimis ac leuiſſimè iactitant? Quos tamen omnes tum urbem colentes & lingua diſſimiles & uita diſpares Romulus latinè, ideſt latinorum more loqui ac uiuere compellit. Decet enim peregrinos incolarum linguam, non hos illorum, ediſcere. Si loco, cum Roma in Palatino perexiguo colle ſecundum Tiberis ripam primo condita ſit, num loci natura, ac cœli temperies in eius grauitatem conuerſa eſt, & ob id munus illud perſe felix adeptum, ut incolæ latinè per antonomaſiam loqui deſierint? An temperies uirtusque illa naturalis a barbaris corrumpi potuit? Ecquod iudicium plebeis philoſophis ineſt? Ecqua doctrina ipſis eſt? Qui nullo modo uidentes quid ſit ars, quid natura ſcribunt non philoſophorum iudicia, ſed ſomnia & deliramenta, ut cum ars hominum ingenio excogitata ſit, & labore ac tempore acquiratur, dicant ipſam pariter cum natura natam. Idque ex uniuerſo orbe Palatino latij permodico colli, & perexiguo Atticæ loco, hoc eſt Athenienſi a natura fuiſſe tributum. Miror cur non dicant cæteras etiã artes tum ingenuas, tum populares, & orthographiã, & accentus rationem, & literarum formas. Similiter cum natura ortas. Aurum quidem, & ferrum, &

marmor, & arbor a natura ſunt, anulus autem, & gladius, & ſtatua, & ſcamnum ex arte. non enim hæc naſcuntur, ſed fiunt. In illis natura id eſt materia cernitur, in his uero & natura & ars inſpiciuntur. O igitur paludoſa & craſſa ingenia hominibus indigna, quæ tot ineptias protulerunt, miſeros ac miſerabiles, qui ſtultitiam ſuam literis memoriæque mandarunt. Deus det ipſis ſuam ipſorum mentem, qua iampridem lapſi ſunt, & neque mente, neque lingua conſiſtunt. Experiantur ipſi obſecro, qui latinam regularem grammaticamque linguam non a teneris unguiculis a genitricibus & nutricibus cum lacte ſuxerunt, ſed a præceptoribus longo tempore, aſſiduis ſtudijs, magnis inſtantibus laboribus, & plagarum coertione didicerũt, & nec tamen, quia grammaticam ſalutarunt a limine, latinè ex tempore loqui ſciunt, an liberos ſuos ut fari cœperint latinè per antonomaſiam loqui docerè poſſint, ita ut neque labor, neque liber, neque lectio, neque ſtudium opus ſint. Cum ad latine loquendum, præter literaturam, grammaticamque artem, neceſſaria eſt etiam eruditorum conſuetudo, & auctoritas, quæ ſine lectione crebra, iugi ac pertinaci ſtudio, labore aſſiduo, peracri iudicio, cura & diligentia, diutina obſeruatione haberi non poteſt. Contuendum etiã eſt, ait Cicero, ne uerbum aliquod præpoſterum ſit, ut quod primo loco eſt locandum, accomodetur ſecũdo, aut contra. Quædam enim primum locum exigunt, ut uerum, quædam ſecundum ut uero & nedũ

&

& alia talia multa. Idque non ratione, ſed uſu eruditorum. Quædam enim idem ſignificantia differunt poſitione, & eruditorum conſuetudini ſubijciuntur, non arti. Iamuero plerique ex neotericis ſcriptoribus, qui eruditi habiti ſunt, multa uitia in Latina lingua contraxerunt, ut magis eos barbarè quam latinè fuiſſe locutos dixeris, e quibus unus eſt Pogius Florentinus, cuius errores notauit Valla. Quare quid ſit latinè loqui plerique prorſus ignorant. Equidem Apuleius grandis natu, ſolerti ingenio, acri iudicio præditus, doctrina clarus, græcis literis eruditus latinum regularem ſermonem licet nullo præeunte præceptore, id quod ſibi ſoli contingit, præterea nemini, erumnali tamen labore, ac ſummo ſtudio, & longo tempore auctores, uel grammaticos animo præſenti legendo ſe didiciſſe dicit. Quotidiana autem communis publicaue lingua non erumnali labore ſed è uulgo uſu tantum, ut dixi, ediſcitur. Neque dicendum eſt Claudium Cæſarem quoſdam peregrinos homines ciuitate donatos ea priuaſſe quòd Romano latioque natiuo uulgari ſermone, quem iam uſu è uulgo, ut alij, didicerant, aut diſcere poterant, ſed quòd latinè ex arte grammatica loqui neſciſſent. Neque ſi Latina lingua per antonomaſiam natura uniuerſe fuiſſet Romanis, dixiſſet Cicero turpe eſſe Romanis & præſertim ingenuis neſcire latinè loqui. Quis enim dicet, turpe eſt Venetis neſcire Venetè loqui, & item de reliquis? Cumque in ſermone latino duo uitia eſſe poſſint bar-

bariſmus & ſolœciſmus, & ea quomodo fugienda ſint in arte grammatica diſcitur, ut quæſo pueri ac mulieres ac ruſtici ac reliquum uulgus ſine arte ipſa, ſine præceptore & ſtudio, fugere poterant, quæ uix nos, tot magiſtris tanto ſtudio fugimus? Certe minime lati ne loqui dicendus eſt, qui in ſermone latino barbariſmum facit, aut ſolœciſmum. Quòd autem, ut nihil intactum reliquum faciamus, latinum ſermonem per antonomaſiam a Gothis corruptum dicant, licet nullam rationem, quæ momenti quid habeat, afferant, & ex ijs, quæ dicta ſunt, latinam in quam linguam ex arte grammatica conſtare. & ob id corruptioni obnoxiam non eſſe, & ex ijs, quæ ſequuntur nullo modo eam a barbaris corrumpi potuiſſe palàm erit. porrò, ut hinc primum initium ſumam modisque omnibus huiuſmodi populares ſcriptores, & iudicij, & doctrinæ inopes eſſe & expertes, aperiam, neque Hieronymus, neque Auguſtinus latinæ linguæ ſtudioſiſſimi qui per ea tempora fuere, & urbis atque Italiæ uaſtitatem deflent, ac ſæpe de uulgari latio Romanoque ſermone meminere, dicunt uulgarem ipſum ſermonem a Gothis e latino literario fuiſſe corruptum. Neque Iuſtinianus Cæſar, ſed neque procopius, qui Gothorum bellum exarauit & ſemel atque iterum de uulgaribus Romanis uocabulis mẽtionem facit, neque Iornandes homo Gothus, qui totam Gothorum hiſtoriam latino ſermone conſcripſit, neque Caſſiodorus Theodorici regis a ſecretis, neque Pau

lus

lus diaconus, qui Arcadij & Honorij uitá ſcripſit & loquitur de Gothis, & Lõgobardorũ hiſtoriá cõtexuit, neque Boetius, neque Gregorius Papa Romani homines, neque Priſcianus grammaticus, qui Iuſtiniani temporibus Floruit neque alius quiſquam latinorum ſcriptorum, qui per ea tempora floruerunt, ſcribit Gothòs latinam linguam corrupiſſe. Neque Polibius, Cicero, Varro, Liuius, aut quiuis unus dicit latinam literariam linguam a barbaris fuiſſe corruptam, ſed uulgarem. Queruntur etiam atque etiam Hieronymus & Nicolaus Papa quòd Græci latinæ linguæ puritatem ac ſplendorem confundere ac perdere niterentur. queruntur impensè, ut oſtendi, plerique quòd ob iuuenum deſidiam ac ſocordiam, & præceptorum ignorantiam a plerisque latina lingua contemneretur, nemo tamen unus queritur quòd a barbaris fuerit corrupta: neunquam quidem a barbaris corrumpi poteſt. Non enim, ut dixi, latini, Attici, & Hebraici regularis ſermonis ratio, ſicut ſcamni, aut ſtatuæ, aut alicuius alterins fragilis artificij facies a barbaris corrumpi poteſt. Quarum rerum facies & ſi corrumpi poteſt, ars tamen minime, nam in mentè artificis remanet incorrupta: latini autem ſermonis ars ac ratio & in memoria eruditorum, & in grammaticorum aliorumq. auctorum libris ſemper cuſtodita fuit. Nempe ſi latina literaria lingua a barbaris corrumpi potuiſſet, corrupta fuiſſet ſtatim in ſua tenera & inualida infantia, ſiue pueritia, arte grammatica adhuc

tenue necdum perfecta, a Troianis, qui duce Aenea in latium conceſſerunt, aut ab arcadibus duce Euandro, ſed nec tum, nec poſtea in urbis edificatione a tanta hominum commixtione, neque a Gallis, qui cepere & combuſſere urbem, neque deinceps a tanta itidem barbarorum colluuie qui iam toties urbem ingreſſi quotidianum uulgaremque Romanum ſermonem, ut oſtendemus, corruperunt, corrumpi potuit. Item ſi Romani generatim latine per antonomaſiam natura locuti fuiſſent, latini ſcriptores omnibus Romanis latinisque uocabulis indiferenter, ut dixi, uſi fuiſſent, ſed certe propalam eſt, quod non omnibus, ſed claris & ſelectis utebantur, nam, ut retuli, atque oſtendam, habebatur delectus uerborum, contra ſi latina lingua a barbaris corrupta fuiſſet, omnia uocabula, omnes locutiones, omnes uerborum ſignificatus corrupti, ut ſuo ipſorum uocabulo utar, fuiſſent, & in uulgi uſu eſſent. Id quod non eſſe noſtri populares grãmatici ac doctores, latinæ linguæ ignari ab eruditis ſcire potuiſſent. Rurſus cum latina regularis linguæ in ſuam uernaculam uulgarem linguam uertitur, ut ipſe amat ſtudium literarum, iſſu ama lu ſtudiu de le lettere, quæ corruptio eſſe poteſt, cum eadem latialia patria natiua uocabula ſint? Soluitur quidem, non corrumpitur, latina regularis grammaticaue lingua regulis & arti ſubiecta in latinam natiuam certe & patriam, at quotidianam, familiarem, uulgarem popularem, communem & publicam linguam, quæ nul

lis

lis regulis præceptisque ſubijcitur, a qua, ut ſæpe dictum eſt, atque dicetur uberius planiusque, regularis eſt facta. Quis enim hæret diſſoluto diſtractoque opere ei forma ſubtrahi, ead m remanente materia? Et quidem pleraque uocabula ſunt, quibus in principio eodem modo utitur latij uulgus, ut latinitas, ut amo, curro, fabrico, ſubito, quando, ſupra, intra, intro, infra, & alia talia multa, item poeta, uia, caſa, porta, iuſtitia, & omnia primi ordinis nomina, quæ corrupta dici non poſſunt. Item uulgus, ut dixi, non utitur ſupinis, non gerundijs, non gerundiuis, non comparatiuis, non participijs, non uerbis deſideratiuis & frequentatiuis, & alijs eiuſmodi. Item non utitur paſſiuis, ſed ea circumſcribit. Circumſcribit & alias uoces, ut præteritum pluſquamperfectum omnium modorum, & imperfectum opta. & ſubi. Sed neque uulgus nomina & uerba uulgare ordinatim, declinare ſcit, licet omnibus temporibus & perſonis utatur, neq; utitur neutro genere. Itéq. ut quæſo Romani, ſi latinè per exochen natura locuti fuiſſent impediri a barbaris potuerunt, quo minus nomina per ſex caſus inflecterent, uerba in quatuor conſonantes m, r, s, t, finirent, ſuis caſibus conſtruerent, omnibus uocabulis & locutionibus, quibus utitur latinitas, uterentur? An Ouidium diu inter Getas uerſantem Getæ ipſi quamuis efferi, quamuis truces, quãuis immanes, quamuis, ut ipſe eos uocat, ſtolidi, impedire potuerunt quin latinè loqueretur & ſcriberet, ut iam

ut iam a magiſtris & arte grammatica didicerat? An etiam illi ipſi exteri homines latina uel græca, uel utraque lingua eruditi inter ſuos nati, educati, & quo aduixerint, uerſati impediri ab illis poſſunt, ne latinè uel græcè loquantur & ſcribant? ſed nec profectò illi ipſi plebeij grammatici, populares doctores a quoquam impediri umquam poſſunt, quin ſuas nænias atque inſanias ſcribant. Et quidem ex ea barbarorum colluuie, qui urbem ceperunt, & nec diu in ea commorati ſunt, ſed per Italiam & Galliam pallabantur latronum more latrocinantes, pauci admodum latinã linguam ſciebant, qui ſi aliquando inter ſe latinè loquebantur a rudi & imperita multitudine intelligi nequaquam poterant. Itemque omnes quidem qui latinam linguam callent, ipſam docendi declarandique cauſa quiſque in ſuum patrium ſermonem ſoluunt, non corrumpunt, Gothi in ſuum, Germani in ſuum, & ita omnes alij. In alium autem ſermonem ſoluere nequaquam poſſunt, niſi prius illum didicerint. Rudes uero latinique ſermonis expertes neque in ſuum, neque in alium ſermonem ſoluere ualent, uulgaris autem ſermo; quo latini populi utuntur, Gothicus non eſt, ſed latialis. Non uident noſtri plebeij grammatici ac doctores Pannonios, Dalmatas, aliosque peregrinos homines tam latinæ regularis linguæ neſcios, quàm qui eam callent in Italiam uenientes neque latiali uernacula uulgari lingua, qua, ut ſæpenumero dixi, Italia utitur, loqui, neque eam intelligere poſſe? ſed qui latinè

ſciunt,

ſciunt, latinè loquuntur, licet hi facilius & citius, quàm rudes uulgarem ipſam linguam ediſcant. Imo *uero neque Itali, qui latialem uulgarem linguam cum lacte bibunt, neque illi ipſi latini populi latinæ literariæ linguæ ignari latinam ipſam literariam in latinam uulgarem ſoluere ſciunt, quod ipſum plebeij ſcriptores corruptionem uocant. Experiantur & qui græcam regularem linguam numquam attigerunt, an in latialem uulgarem linguam, uertere, & ut ſuo ipſorum uocabulo utar, corrumpere poſſint. Poſtremo cum ſemel atque iterum latialis natiua uulgaris lingua* Ro*mæ, ſicut Attica Athenis, a barbaris, quod oſtendam, ab urbe condita anno ccxliiij, ante Liuij poetæ ætatem annis clxvi. a Carthaginienſibus, inde a ciſalpinis Gallis corrupta fuerit, ſi lingua hæc erat* Roma*nis latina per antonomaſiam, quomodo priſtinæ integritati reſtituta fuit? qua Liuius ipſe, alijque ſcripſerunt, & leges, & hiſtoriæ, & carmina, & ſenatus, conſulta, & diſciplinæ ſcribebantur. Et poſt Ciſalpinos Gallos Varro, Cicero, aliqua ſcripſerunt aut cur a Gothis corrupta reſtitui non potuit? Remanſerat, inquiunt, latina lingua in libris, & inde petita fuit. Sed ut quæſo rudi & imperito uulgo, infimæque plebi omnis ſexus, ætatis & ordinis reſtitui potuit; ut rurſus omnes latine literatè, ſicut antea, loquerentur? Num etiam ſi id bis, ut plebeij doctores uolunt, fieri potuit, non potuit fieri poſt Gothorum in urbem impreſſionem? Rurſum cum Cicero dicat eos, quos peregrini-*

grinitas non infuſcauerat, bene latinè, eos uero, qui peregrinitate inquinati fuerant, male locutos, ſi latina literaria lingua erat Romanis generatim natura, & a barbaris corrumpi potuit, quomodo una domus corrumpi, alia minime potuit, & non æque atque uniformiter corrupta eſt? Quouſque tandem plebeij grãmatici ac doctores animi minime compotes in tam inſulſa dementia, atque infantia manebunt? Corruptus eſt autem a barbaris Romæ *non grammaticus latinus ſermo, ſed quotidianus uulgaris, ſicut Athenis Atticus, & Hebraicus Hieroſolimis, corrumpitur autem uulgaris ſermo tribus modis, cum peregrinis uocabulis utimur, & cum latialia uerba non eis literis & ſono pronunciantur, quibus pronunciari debent, & cum ea in alium intellectum trahuntur. Qua corruptela tuſcorum ac uulgarium ſcriptorum ora ac libri ſcatent. Quod autem, ut cætera proſequar, Romani omnes uniuersè latinè olim loquerentur neutiquam inficias eo, quinetiam omnes latinos populos, ut dixi, latinè locutos fuiſſe annuo. At non latinè literatè & per antomaſiam, ut populares doctores intelligunt. Sedenim nominum deriuationem, & rerum definitionem non ignorare oportet. Nam ait Cicero off. primo. Omnis, quæ de aliqua re ſuſcipitur inſtitutio a definitione debet proficiſci, ut magis intelligatur id, de quo diſputetur. Latina autem lingua, ut perſæpe dixi, a latio, non à Roma, nuncupata eſt, conſtatque grammatica, quæ eſt loquendi & ſcribendi ars. Eſt*

autem

autem latium regio, ut omnibus liquet, in Italia inter Tiberim amnem & fundos oppidum, atque inter inferum fretum & montes apeninos. In eo ſunt equi, uolſci, rutuli, hernici, In qua regione Roma eſt orbis domina. Proinde latina lingua a latio dicitur, ut dicitur latinus homo, latinus ſanguis, latinus ager, latina gens, latina colonia, latinum bellum, & cætera generis eiuſdem, ut dicitur lingua Germanica, Dalmatica, nam a latio latinum nomen deriuari nemo quiſquam ignorat. A quo etiam latius latia latium ducitur, ut latius ſermo, latia lingua, latium ius, & latialis latiale, ut latialis ſermo, latiale ius, & latinor uerbum. A latio quoque latinitas deducitur, quæ, Diomedes ait, eſt incorrupta loquendi obſeruatio, ideſt ars. Quintilianus etiam & Chariſius, alijq. grammaticam artem obſeruationem interim uocant. eſt etiam latinitas ius latij, ut donatus latinitate, ideſt iure latij. Itaque latina, latia & latialis lingua, & latinè aduerbium pluriſariam ſumi ſolet. Vno enim modo latinè loqui eſt clarè apertè ſimpliciter ac ſine dolo loqui, nam præter hoc, quod latia natiua uocabula ita clara ſunt & aperta, ut barbariem prorſus abhorreant, latini populi ob cœli clementiam tali ac tanta probitate ſuapte natura ſunt præditi, ut apertè clarè ac ſine dolo loquantur. Quare Cicero in Verrē libro ſexto ait. Non enim uerbi, nec criminis cauſa augendi complector omnia. Cum dico nihil iſtum eiuſmodi rerum in tota prouincia reliquiſſe, latinè me

ſcito-

ſcitote, non accuſatorie loqui, etiam planius. Alio modo latine loqui eſt] per antonomaſiam, hoc eſt ex arte grammatica clarè & emendatè ac recte ex conſuetudine bonorum auctorem; ut Cicero paſſim præcipit. Tertio modo latinè loqui eſt latina natiua quotidiana populari & communi latij lingua latinorum more loqui, eis literis & ſono, ut latini populi loquuntur ſine arte grammatica, ſine regula, ſine ratione, ſine lectione, ut dicitur, loqui Dalmaticè, Pannonicè, Germanicè, unde latinè uiuere, ideſt in morem latini populi. Quotidiani enim ac popularis latij ſermonis, ut alterius cuiuſcumque idiomatis, præcepta nulla ſunt, regularis uero ac literarij latij ſermonis, ſicut Attici & Hebraici præcepta ſunt multa, quæ in arte grammatica continentur. Quo igitur ſermone uterentur olim, utanturque modo Romani, cæterique latini populi in loquendo & ſcribendo niſi ſuo latino natiuo, uernaculo, indigena, ac patrio, qui omnibus latinis populis omnis ſexus, ætatis, & conditionis omni tépore ſine arte, ſine regula, ſine ratione, ſine lectione olim, ut nunc, communis eſſet? uno aliquo forteſſe barbaro, ut tuſco priſco, ut Germanico, ut Dalmatico? Nimirum ridiculum eſt & ſtultum id meditari. Enimuero quæque regio ſuo proprio domeſtico, naturali, patrio ſermone loquitur & ſcribit, qui, ut dixi, non arte aliqua conſtat, ſed uſu e uulgo ediſcitur. Inde uerò ſuperueniente tempore inuenta loquendi & ſcribendi arte, quæ Hebraicè diduc, hoc eſt ſubtilitas, at-

ticè

ticè grammatica, latinè litteratura dicitur, Hebræi res diuinas, Attici, & latini res graues, & ingenuas diſciplinas ſcribere cœperunt, ij tamen tantummodo, qui artem ipſam a magiſtris ediſcebat. Nam ars ipſa formulis ac præceptis quibuſdam conſtat inclinandi ac conſtruendi, ac certo præſcriptoque fine quodã terminandi uocabula e natiuo quotidianoque loquendi uſu deſumpta, literis aut ſyllabis quibusdam immutatis, aut additis, aut detritis, aut tranſpoſitis, ut ratio exigebat, quo ſermo regulæ ſubderetur, ſubſeruiret Euphoniæ, & a communi ac publico loquendi uſu differret: ſicque ars recte loquendi & ſcribendi, hoc eſt grammatica inſtituta fuit, & ſi initio non ſatis, ut dixi, expolita, neque uber. Nulla enim ars ſuis initijs abſoluta eſt. Quod probè Cicero ſcribit in Bruto, ubi ait. Nihil eſt enim ſimul inuentum & perfectum. Et libro ſecundo de Orat. Neque eſt omnino ars ulla, in qua omnia, quæ illa arte effici poßunt, a doctore tradantur. Sed qui primarum & certarum rerum genera didicerunt, reliqua per ſe non incommode proſequuntur. De qua arte mox plura. Reliquas uero res populari ac publico ſermone & præſertim grãmaticæ artis ignari ſcribebant. literati quoque homines cum pleb e rudique multitudine, atque etiam inter ſe in domeſticis familiaribusque negotijs populari quotidianoque ſermone coram, ut modo quoque fit, loquebantur. Inde ſenſim ars ipſa a grammaticis & ab auctoribus expolita eſt & aucta, habito uerborum

rum

rum delectu, ac nonnullis a ſe, & eis lectis & claris factis uocabulis. latinitas enim, ſicut Atticitas (per mittite mihi ſic) ut alibi dilucidius innuam, uocabula habet nata ſcilicet in latio, ut nauis, amo, lego, panis oleum, hodie, cras, & reliqua, non tamen eo modo, quo utitur latinitas, ſed quo uulgus. Nam e medio, ideſt quotidiano, communi & publico loquendi uſu iacentia, hoc eſt, rudia, & informia, habito, ut dixi, delectu ſumebantur, & arti ac rationi ſubijciebátur, & alia huic, alia illi ordini, ac generi, ac poſitioni accomodabautur Euphoniæ inita ratione. Etſi, ut dixi, non adeo caſti principio fuerint in deligendis componendisque uocabulis. Nam poſtea ab alijs auctoribus exquiſitiore ingenio præditis, duris & aſperis uocabulis ſupploſis, clara & lecta & urbana, & quæ iudicio aurium ponderebantur, delecta ſunt, ut Cicero, Varro, Horatius, alijque dilucide inſinuant. Quædam a latinæ linguæ auctoribus facta ſunt, non nata, ut ab ago perago, alego perlego, a naue nauta, & ab hoc nauticus: meatim, uiritim, & alia innumera. Sic & comparatiua, participia, patronimica, ſupina, gerundia, & alia id genus plurima. Fiunt autem uerba, ait Cicero, aut nouitate, aut coniunctione, aut translatione, aut inflexione, aut imitatione. aut ſimilitudine, ſignificationeue, inita, ut dixi, uel finis uerborum Euphoniæ ratione, ut paſſim oſtendit Cicero, qui & in Bruto ait. Non ſolum componuntur uerba ratione, ſed etiam finiuntur.

Quoniam

Quoniam id iudicare eſſe aurium alterum diximus, ſed finiuntur aut compoſitione ipſa, aut quaſi ſua ſpõte, aut quodam genere uerborum. Rurſum ſingulum uerbum natura unum tantum, aut ſummum, fortaſſe alterum ſignificatum habuit, cæteri uero faſti ſunt, non nati. Hinc multa uocabula, multosque uerborũ ac nominum ſignificatus habet latinitas, quæ latij uulgo nota non ſunt. Contra multa uocabula habet latiũ uulgus, quæ uti dura & abſona latinitas reſpuit. Quoniam autem oſtendendum nobis eſt cumulatius, ac planius latinè loqui per antonomaſiam artem eſſe grammaticam, dicendum eſt prius non incongruè quid ſit ars, ac quomodo, & a quo conficitur. Ars eſt recta ratio rerum faciendarum, conſtatque ſciẽtia, pluribusque animi præceptionibus atque præceptis, & ad utilem ac neceſſarium uitæ finem, uſumque tendit. Diciturque ars, ait Seruius, quòd arctis præceptis cuncta concludit, ideſt anguſtis & breuibus. Quæ cum, ut latiſſime patet, ſit poſterior natura, a qua proficiſcitur, & eam, quatenus poteſt, imitatur, nõ niſi ab eo, qui ſcientiam habet earum rerum, quæ ad artem ipſam attinent, conſtitui poteſt. Neque homo quiſquam eam ſcire ualet, niſi qui illam ab ijs, qui eam teneant, ediſcat. De qua Ariſtoteles Ethicorum libro ſexto ait. Neque enim eorum eſt ars, quæ ex neceſſitate uel ſunt, uel fiunt, neque eorum, quæ ſunt ſecundum naturam: in ſe enim hæc principia habent. Quia autem effectio & actio diuerſum quid eſt, non

actionis, ſed effectionis eſſe artem neceſſe eſt. Et Cicero libro tertio de Orat. Ars enim cum a natura profecta ſit, niſi naturam moueat, ac delectet, nihil ſanè egigiſſe uideatur. Et de fin. libro quarto. Ars eſt dux certior, quàm natura. Natura enim artis exẽplar eſt, ars uero quia à natura principium ducit, eius eſt ſimulacrum. Et in Orat. Quod uero hoc elegantius, quod non ſit natura, ſed quodam inſtituto? Nimirum omnibus in rebus plus ſatis ars mouet ac delectat, quàm natura. An non uitium; arborumque, quæ arte coluntur, fructus magis mouent, ac delectãt quàm qui natura tantum gignuntur, ideſt Silueſtres? Item fruges & hortenſia artæ cultæ, quàm Silueſtres? Natura enim plantas, herbasque, ac fruges omnes confusè genuit, ſed cura mortalium eas hinc atque inde euellens, ac conſerens, uineta, nemora, hortos fecit, & ſegetes obſeruato tempore. Quanquam enim Deus cuncta perfecta creauerit, ut nulla egerent arte, quia tamen ob Adæ peccatum natura à perfectione illa deſciuit, neceſſaria fuit ars, qua, quoadeius fieri potuit, ad priſtinam perfectionem reduceretur. Item nonne plus mouent, ac delectant, quæ ex metallis, lapidibus, terra, ac truncis arte fiunt, quàm rudis informisque materia? Nempe perſæpe ars & materia æquè ualent, plerumque opus, ideſt ars, ſuperat materiam, ſæpiſſime materia rudis & informis modico, aut nulli uſui accommodatur, niſi ad eam artis acceſſio fiat. Quæ ars quomodo, & à quo conficitur Cicero

cero luculenter docet, qui libro primo de Orat. ait Nihil eſt enim, quod ad artem redigi poſſit, niſi ille prius qui illam tenet, quorum artem inſtituere uult, habeat illam ſcientiam, ut ex iis rebus, quarum ars nondum ſit, artem efficere poſſit. Et rurſus Menedemus artem negat eſſe ullam, niſi quæ cognitis, penitusque perſpectis, & in unum exitum ſpectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineatur. Et libro ſecundo. Ars earum rerum eſt, quæ ſciuntur. Et Acad. ſecundo. Ars uero quæ poteſt eſſe, niſi quæ non ex una aut ex duabus, ſed ex multis animi præceptionibus conſtat? Ibidem, ſic ego nunc tibi refero artem ſine ſcientia eſſe non poſſe. Et libro ſecundo de diuinatione. Obſeruatio diuturna notandis rebus fecit artem. Et Quintilianus libro ſecundo. Ars eſt, quæ diſciplina percipi poteſt. Et rurſus. Naturæ materia, ars doctrinæ eſt, hæc fingit, illa fingitur. Nihil ars ſine materia, materiæ etiam ſine arte precium eſt, ars ſumma, materia optima melior eſt, & rurſus. Omnia, quæ ars conſumauerit, a natura initia ſumpſere. Item Cleantes artem conſtare uoluit ex præceptionibus, & coexercitatis ad finem utilem uitæ. Et Dio*medes libro ſecundo. Ars eſt rei cuiuſcunque ſcientia, uſu uel traditione, uel ratione percepta tendens ad uſum aliquem uitæ neceſſarium, ars dicta, quòd arcto præcepto ſingula diffiniat, & uelut uias quaſdam oſtendit, uel a uirtute, unde ueteres artem pro uirtute appellauerunt. Artem autem, ut dixi, nemo*

ſcire poteſt, niſi eam ab eo, qui ipſam habet, labore & tempore didicerit. Quare Plato in Ione ait. Si quis artem aliquam aſſecutus non fuerit, dicta uel facta huius artis bene diſcere nequaquam poterit. Et in Cratylo. Non quisque faber lignarius eſt, aut ærarius, ſed is, qui habet artem. Et in Gorgia. Non appello artem, quod careat ratione. Et Cicero libro ſecundo de Orat. Ars demoſtrat tantum ubi quæras, atque ubi ſit illud, quod ſtudeas inuenire. Reliqua quæ ſunt in cura, attentione animi, cogitatione, uigilantia, aſſiduitate, labore, complectar uno uerbo, quo ſæpe uſi ſumus, diligentia, qua una omnes uirtutes reliquæ continentur. Sed nec quidem uocabula, ut de arte grammatica, de qua potiſſime nobis negotium eſt, loquamur a natura ſunt impoſita rebus, ſed arte ac ratione a ſapientibus. Non enim omnium eſt indere nomina rebus, ſed ſapientia doctrina & iudicio præditi uiri. Plato enim in Cratylo ita fert. Nullæ quippe rei natura nomen ineſt, ſed lege & uſu illorum, qui ſic uocare conſueuerunt, Et rurſum. Lex nobis nomina ſtatuit. Ergo legiſlatoris utetur opere doctor quando nomine ipſo utetur. Conditor autem legis non quilibet eſt, ſed qui arte præditus eſt. Quare non cuiuſcunque uiri eſt nomen imponere, ſed cuiuſdam nominum auctoris. Hic autem etiam, ut uidetur, nominum inſtitutor, qui rarior omni artifice inter homines reperitur. faber inſtrumentis ſuis nomina

im-

impoſuit, ut eorum natura poſtulat, & quo poſtulat. Apparet enim haud leue quiddam nominis impoſitionem eſſe, neque id eſſe imperitorum, & quorumuis hominum opus. Et rurſum. Doctrinæ enim gratia nomina dicuntur, & hanc artem eſſe dicimus, & ipſius artifices. Et in Minoe. Scripta grammaticorum leges ſunt grammaticæ. Et in Theæteto. Quæ grammatici de literis tradunt neque ſentire quis poteſt uidendo & audiendo, neque ſcire, niſi ab illis didicerit. Sed de etimologia, qua ratione nomina facta ſint & impoſita rebus plura Varro & Quintilianus. Proinde latinè utique loqui per antonomaſiam ex arte grammatica eſt, nec ſic loqui poterant ueteres Romani cæterique latini ſine arte grammatica, ſine qua ne literæ quidem ipſæ coaptari poſſunt, ut probe Plato ſcribit. Et certe Socrates apud Platonē ipſum in Theæteto & ſe & alios uel literarum elementa a præceptoribus didiciſſe fert. Vbi Theætetum alloquens, præter cætera, ait. Nihil aliud diſcere ſtuduiſti, quàm elementa oculis auribuſque diſcernere, & ſingula ſecundum ſe ipſa notare, ne illorum poſitio uel cum dicerentur, uel cum ſcriberentur te turbarent. Et in Sophiſta. Quædam ex literis inuicem copulantur, quædam minime. Vocalium quidem ſeries per alias omnes tanquam uinculum quoddam protenditur, ſine quo nullæ inuicem literæ uinciri poſſunt. An intelligit unusquisque quæ literæ

quibus congruant? uel arte opus eſt, ut rectè id fiat? Arte quidem grammatica. Equidem in arte grammatica, qua latinè per exochen loquimur, ut de eius partibus aliquid dicamus. literarum aliæ uocales, aliæ conſonantes dicuntur. Vocalium aliæ breues, aliæ longæ, aliæ communes, ex quibus, quatuor diphtongi fiunt. Conſonantium hæ ſemiuocales, hæ mutæ, hæ liquidæ, hæ duplices. Hæc & alia eiuſmodi, & orthographiæ ratio ex arte ſunt uulgo omnino ignota. Item nominum declinationes neque plures, neque pauciores quinque ſunt, & harum quælibet præfinitas habet terminationes: nam prima in primã uocalem tantum, peregrina uoce excepta; aliæ in certas conſonantes certis præeuntibus uocalibus finiuntur. Atque poſtremæ declinationis poſitio, ſicut primæ una eſt, ſecundæ uero & tertiæ uaria, ac multiplex, quarta eſt contenta duabus, in uniuerſum octogena propè eſt. Harum quædam neutro, quædam cõmuni nominum genere carent, & per ſex caſus inflectuntur. Et quædam in uariatione ſuperant rectum aliquibus locis una ſyllaba, alibus duabus. Quædam rectum bifariam, quædam trifariam efferunt. Quædam diuerſi, alia promiſcui ſunt generis. Quædam plura ac uaria ſignificant. Quædam habent comparatiua, & deficiunt ſuperlatiuis, quædam contra, habent ſuperlatiua & carent comparatiuis. Rurſus in declinando uocum poſitio multiplex eſt: ut uia, uiæ, uiam, uiarum, uijs, uias. Digitus, digiti, digito,

to, digitum, digite, digitorum, digitis, digitos. arbor, arboris, arbori, arborem, arbore, arbores, arborum, arboribus, uiſus, uiſui, uiſum, uiſu, uiſuum, uiſibus, res, rei, rem, re, rerum, rebus. Præpoſitionum quoque uaria eſt poſitio, & harum aliæ quarto caſui, aliæ ſexto, aliæ utrique apponuntur, nulla ſecundo uel tertio, licet ueteres tenus ſecundo coniunxerint. Sunt & patronimica, quæ ex certis nominibus proueniunt. ſunt & gerundia, ſupina, participia, & alia talia multa, quæ uulgo nota non ſunt. Item in latina, ſicut in Attica, lingua complura ſunt, ex uſu eruditorum contra analogiam, quæ a grammaticis anomala & heteroclita dicuntur, quòd non rationi & analogiæ, ideſt arti ſeruiant, ſed Euphoniæ, quæ, ait Diomedes plus interim ualet in dictionibus, quàm analogia & regula præceptorum, quæ, ait Cicero, aurium ſono ponderatur. Et Varro in quibuſdam dictionibus magis anomaliam & uſum, quàm analogiam & etimologiam nos ſequi debere iubet. Idipſum Cicero, *Quintilianus alijque præcipiunt. Quædam enim ex uſu nonniſi pluraliter inclinantur, quædam contra ſingulariter tantum flectuntur, quæ ex analogia ac ratione per omnia flecti poſſunt. Quædam in ſingulari maſculino, aut feminino, in plurali uero neutro genere flectuntur, quædam uero contra in ſingulari neutro, in plurali maſculino aut feminino genere declinantur. idque uſu eruditorum contra analogiam. Nonnulla rectis, quæ-*

dam obliquis quibuſdam carent, quæ tamen ex analogia & regula præceptorum per omnia flecti poſſunt. Sunt & comparatiua quædam, & ſuperlatiua, quæ non analogiam ſequuntur, ſed uſum & anomaliam. Non enim bonior & boniſſimus dicitur. Nemo, ait Sergius, dicit boniſſimus & per aduerbium boniſſimè, ex uſu ligula dicitur euphoniæ gratia, quæ ex etymologia lingula dicendum eſſet. Quare Martialis libro quartodecimo diſtichum fecit contra grammaticos, qui lingulam dicendum eſſe iubebant. Hæc qui non uidet, non grammaticus eſt, ſed fanaticus, ruſticus ac barbarus. Item priſcorum nominum ac uerborum quædam genus, alia poſitionem, alia inlinatum mutauerunt euphoniæ cauſa. Nam, ait Donatus, itemque Diomedes, & Chariſius, quædam non regulæ ſeruiunt, ſed conſuetudine eruditorum declinantur, & euphoniæ potius, quàm rationi ſuccumbunt. Et Palemon, ſtudium, inquit, fuit omnibus muſicare latinitatem, ut euphonia eſſet, & id addere, quod in aures laberetur, id demere, quòd rancidius offenderet. Et rurſus, Plurima in uerbis, quæ rancidulè audiebantur, polita ſunt, ut per anomaliam melius ſonarent, quàm per rectam regulam. Itaque a ſequente ætate, quæ grammaticam artem, iam a primo, ut dixi, non uberem ſed tenuem, latinamque linguam expoliuit & auxit, in multis euphoniæ gratia literæ immutatæ, & interpoſitæ, aut ſubtractæ ſunt ut ualeſius ualerius

rius fuſius furius anſas aras, alis alius, im eum, olle ille, mius meus, iſtus iſte, illus ille, humo homo, homonis hominis, aruena aduena, ebriacus ebrius, ſtlis lis, ſtlatus latus (præponebant ſt, literæ l) carnufex carnifex, & e in i mutato ques quis, uea uia, uella uilla, mageſter magiſter, leber liber, en in, cepet cepit, eanus ianus, amaſeus amaſius, item maxilla mala, axilla ala, purrus pyrrhus, lauatrina latrina, moerus murus, cloſtra clauſtra, addebant d ablatiuo altod alto, marid mari, coda cauda, notrix nutrix, caſantra caſandra, duellum bellum, funs fons, conſol conſul, primos primus, carnis caro, cops copioſus, ops opulentus, noe non, fordeum hordeum, foedus hœdus, puerus & puera puer et puella, amarier amari, hieto hiato, auxilio anxilior, lauo lauis lauo lauas, aduorto aduerto, pulto pulſo, horitor hortor. Quæ & alia eiuſmodi Varro, Cicero, Quintilianus, Nonius Marcellus, Feſtus Pomp. Macrobius, Gellius, Probus, Donatus, Chariſius, Diomedes, Palæmon, Priſcianus, aliiq. proſequuntur, & in Plauto, ac Terentio pleraq; eiuſmodi extant. Quæ & alia eiuſmodi plebeij grammatici luſioſi, ac latinæ grammaticæ rudes non uiderunt. De qua etiam re Varro linguæ latinæ libro quarto conſuetudinem approbans ait. Quoniam uerborum nouorum & ueterum diſcordia omnis in conſuetudine communi, quot modis litterarum cõmutatio ſit facta, qui animaduertit ſcrutari facilius origines patietur uerborũ. Reperiet enim eſſe commutata, ut ſuperioribus libris oſtendi,

oſtendi, literarum adeptione, aut additione, aut propter earũ attractionem aut cõmutationem, itẽ ſyllabarum productionem. Et libro quinto de uarietate declinationis ait. Cryſipus, Antipater, Ariſtophanes, & Apollodorus uerba ex uerbis ita declinari ſcribunt, ut uerba literis alia aſſumant, alia mutent, alia commutent atque indeclinando uerba multas ex ſe pariunt diſpariles formas, ut lego legis legit, legam lege. Item omnia uerba aut in quartam uocalem, aut in unam conſonantem liquidam r, copulatiuo uerbo excepto, latinitas terminans eorum genera quinque, coniugationes quatuor eſſe uoluit. Quæ per quatuor conſonantes, m, s, t, r declinat, quibusdam locis exceptis, qui in certas uocales exeunt. Atque ea in plures ordines distribuens alia recto, alia ſecundo, alia tertio, alia quarto, alia quinto, alia pluribus caſibus accomodauit. Hinc diuerſum uariùmque uerborum regimen cum diuerſa, ſimiliue ſignificatione habet latinitas. Horum uaria eſt etiam compoſitio, nam ex uerbo uno & præpoſitionibus, quas præuerbia Varro uocat, complura alia uerba fiunt, quæ coniuncta idem Varro ac Cicero uocant, uulgo omnino ignota. Et nec omnes præpoſitiones omnibus uerbis coaptantur, nam quædam uerba in compoſitione multas præpoſitiones admittunt, quædam paucas, alia nullas ex uſu habent. Sæpe conſonans præpoſitionis tráſit in conſonantem uerbi, ut affero, effero ex ad & ex, & fero, & alia talia plura, quæ in præteritis reaſ-

ſumunt

ſumuut conſonantem præpoſitionis, ut extuli attuli d in t mutata, nam d & t affinitatem inter ſe habent, ut b cum p, & c cum q & g. Fit & alia mutatio in compoſitis, ut ago ſubigo, ſapiens inſipiens, de qua re Cicero in Orat. copioſe ediſſerat. Quædam ſecunda & quarta coniugantur, alia neutro & deponenti genere flectuntur, ut modero & moderor. Quædam inſtanti modo ſimiliter efferuntur, & cum coniungatione mutant ſignificatum ut pando dis, pãdas, lego is & legas. Quædã ſtatim a poſitionibus tota mutãtur, ut fero tuli. Nonnulla ſynonima diuerſam habent poſitionem, diuerſique ſunt generis, ut famulor & ſeruio, precor & oro, & horum quædam uariè conſtruuntur ut manduco panem, ueſcor pane, patrocinor tibi tueor & defendo te. Quædam duplex ſupinum, duplexque præteritum habent. Quædam ex uſu ſupinis carent, quædam præteritis, & ea ab alijs mutuantur. Item uerba in or, & quædam in o ut gaudeo, ſoleo præteritis deficiunt, loco quorum participio cum ſubſtantiuo uerbo latinitas utitur. Quædam pauca geminant primam ſyllabam in præteritis & fallo, fefelli, cano cecini more græcorum. Quædam in præteritis mutant c, g, u, in x, ut dico dixi, cingo, cinxi, uiuo uixi. Nonnulla tertiam ſingularem perſonam ſolummodo habent, & ob id a grammaticis imperſonalia appellantur. Pleraque inſtanti deficiunt, ut faris memini, quædam deficiunt numeris, temporibus, modis, & perſonis, ut quæſo, faxo, aio, quæ ex analogia per

omnia flecti poſſunt. Multa priſca primigenia, quòd duriuſcula uiderentur, exauctorata repudiataque ſunt, quorum tamen coniunctis latinitas utitur. Quædam olim in o, facta ſunt in or, ut moro fruſtro patio, moror fruſtror patior. Quædam quæ communem ſignificationem habebant, tranſierunt in eam, quam appellant deponentem. Sunt & in latina lingua participia, quæ quatuor ſunt, quorum poſitio uaria eſt. Et nec ex omnibus uerbis omnia manant, ſed ex alijs quatuor, ex alijs tria, ex alijs duo, ex alijs unum dumtaxat, ex alijs nullum prorſus ex uſu, cum ex analogia ſecus eſſet. Sunt & in latina lingua uerba imperſonalia, & nec ex omnibus uerbis fiunt, ſunt & uerba deſideratiua, frequentatiua, & quæ a quibuſdam meditatiua & inchoatiua dicuntur, quæ facta ſunt, non nata uulgo ignota. Et Græci, ait Donatus, meditatiuis, inchoatiuis, & frequentatiuis deficiunt, latini hæc fecerunt. Deficiunt etiam Græci, ait Priſcianus, gerundijs, & ſupinis, quæ latini fecerunt. Sunt & in lingua latina articuli, de quibus ſæpe meminit Varro in libris de lingua latina, quos duplices eſſe ait, finitos, ut hic, hæc, hoc, quibus latinitas utitur indeclinando, & nominum genera diſtinguendo, & infinitos ut quis, quæ, quod. Nam quòd Quintilianus libro primo dicat. Sermo noſter articulos non deſiderat, in contextu orationis intelligit. Non enim in ſingulis caſibus articulis utitur ſermo latinus, ut Græcus. Aduerbiorū quoque ua

ria ac multiplex eſt poſitio. Neceſſaria eſt in latina lingua & orthographia, ut qui bus literis ac diphtongis ſcribendum ſit, non ignoretur. Quæ omnia tum ex arte grammatica, tum ex eruditorum uſu eſſe, & ni a magiſtris diutino ſtudio, labore, cura, & diligentia ediſcuntur, ſciri a nemine poſſe, qui non uident, quid ſit grammatica, quid latinitas prorſus ignorant, ac demum non homines dicendi ſunt, ſed ſti pites. Itemque a quibusdam uerbis nomina uerbalia latinitas fecit, & alia huic, alia illi ordini, generi ac poſitioni habita euphoniæ ratione accomodauit, a quibusdam uero minime. A reperio enim repertorium dicitur, ſed ab inuenio inuẽtarium latinitas abie cit, quo, ut alijs eiuſmodi multis, latium uulgus utitur. contrà a reperio repertio non dicitur, ſed ab inuenio inuentio dicitur. A lego lectura latinè nõ dicitur, quo utitur uulgus, ſed a ſcribo ſcriptura dicitur, & ab utro que in tio & in or nomina facta ſunt, ut lectio ſcriptio, lector ſcriptor. A curro uerbale curſus us dicitur, ſed nõ curſitio, neque curſa, quo utitur uulgus. A poto potus us. & potio latinitas formauit, ſed a bibo neq; bibi tus, neq; bibitio formare uoluit. Rurſus a quibuſdam nominibus latinitas uerba & nomina finxit, & alia huic, alia illi ordini generi, poſitioni, et inflexioni attri buit, quibuſdam uero minime. Ab equo enim equito equitas, eques, equitatus, & equiſo latinitas formauit, ſed a caballo, & a carro neque uerba, neque nomina formare uoluit, quibus latij uulgus utitur.

A la-

A lapide lapido as, & lapidatio & lapidator facta ſunt, ſed a ſaxo & uerbalia & uerbum formare latinitas reſpuit, quibus utitur uulgus ut ſaxino & ſaxinus. Latij uulgus a mari marinaros dicit, at latinitas a naue nautas fecit, & ab hoc nauticus. ſunt & alia ciuſmodi ſexcenta. Inter *latinitatem & uulgaritatem longe plurimum intereſt. Hinc, ut dixi, multa uocabula habet latinitas, quæ latium uulgus penitus latēt, contrà multis uocabulis utitur uulgus, quæ latinitas ignorat. Quare? quia ita latinæ linguæ auctoribus placuit, ut ea iacentia, ideſt rudia & informia, e medio ideſt e communi uulgi uſu cum delectu tamen ſumpta ſuo arbitratu formarent & fingerent, latinitateque donarent, aliaque facerent. Quare latina regularis lingua differt a latina uulgari ut emblema, ac toreuma quoddā a rudi ſaxo ac trunco, Hucuſque tot rationes latinam linguam meo iure ſtudioſorū nomine pro uirili parte mea uindicans ob oculos legentium adduxi, quibus latinam ipſam literariam linguam non natura olim fuiſſe Romanis, ſed arte grammatica, & eruditorum conſuetudine conſtare, eamque nequaquā a barbaris corrumpi potuiſſe oſtendimus.* T*ametſi idex ijs etiam, quæ libro primo ſcripta ſunt, cuique erudito uiro perſpicuum ſit. Nunc reliquum eſt ut id ipſum auctoritatibus quoque probemus, quo magis plebeijs grammaticis ac doctoribus & iudicium & doctrinam abfuiſſe propalam ſit. Quintilianus enim, & Varro, & Chariſius, & Diomedes,*

alij-

alijque ſcribunt id quod res eſt: latinam, inquam, linguam per antonomaſiam non natura eſſe, ſed e natiuo, communi, & publico, uulgarique latij ſermone, deſumptis delectisque uocabulis, multisque ab auctoribus factis arte inſtitutam, conſtareque natura ſiue uetuſtate, hoc eſt, uocabulis ipſis in latio natis, quæ ſunt, ut dixi, latini ſermonis materia: analogia ſiue ratione, ideſt arte, non cœlo demiſſa, ſed ab hominibus reperta, hæc eſt latini ſermonis forma: conſuetudine non rudis uulgi, ſed eruditorum: & eorundem auctoritate, uoluntq nos quibusdam locis magis anomaliam, ideſt conſuetudinem, quàm analogiam ideſt artem ſequi. De qua arte Auguſtinus etiam & Arnobius, pluribus uerbis ediſerant. Itemque Quintilianus plura de laude conſuetudinis aduerſus analogiam libro primo loquens, præter cætera, ſic ait. Sermo con*ſtat ratione, uetuſtate, auctoritate, conſuetudine. Rationem præſtat præcipuè analogia, nonnunquam etymologia. Vetera maieſtas quædam, &, ut ſic dixerim, religio commendat. Auctoritas ab oratoribus & hiſtoricis peti ſolet. Conſuetudo uero eſt certiſſima, loquendi magiſtra, utendumque planè ſermone, ut numo, cuì publica forma eſt. omnia autem hæc exigunt acre iudicium. Et paulo poſt. Sed meminerimus non per omnia duci analogiæ poſſe rationem, cum ſibi ipſa plurimis in locis repugnet, non enim ratione, ſed uſu ſermo latinus conſtat. Et infra. Non enim cum primum fingerentur homines analogia demiſſo cœlo formam*

mam loquendi dedit, ſed inuenta eſt poſtquam loquebantur, & notatum in ſermone quod quoquo modo caderet: Itaque non ratione nititur, ſed exemplo, non lex eſt loquendi, ſed obſeruatio, ut ipſam analogiam nulla res alia fecerit, quàm conſuetudo. Inhærent tamen quidam moleſtiſſimi diligentiæ peruerſitate, ut audaciter potius dicant, quàm audacter, licet omnes oratores aliud ſequantur, & micauit, non emicuit, & conire non coire. Et cum multa de hac re diſſeruiſſet ait. Quid de alijs dicá, cum ſenatus ſenatus ſenatui, an ſenatus ſenati ſenato faciat incertum ſit. Quare mihi non inuenuſtè dici uidetur aliud eſſe latinè, aliud grámaticè loqui. Latine ideſt ex conſuetudine eruditorum, grammaticè ideſt ex analogia & arte. Qui enim dicit: hæc eſt ſententia ſenatus grammaticè loquitur & latinè, hoc eſt ex arte, & ex conſuetudine eruditorum, qui uero dicit: hæc eſt ſententia ſenati grammaticè ideſt ex arte loquitur, ſed non latine, ideſt non ex conſuetudine eruditorum. Quòd autem dicat ſermonem latinum non ratione conſtare, ſed uſu, analogiam non ratione niti ſed exemplo, non legem eſſe loquendi ſed obſeruationem. Non his uerbis diffitetur latinum ſermonem arte conſtare grammatica. Quippe qui dixit. latinum ſermonem conſtare antiquitate, analogia, conſuetudine, & auctoritate, & hæc acre iudicium exigere, & analogiam ideſt declinandi rationem non cælo demiſſam, ſed inuentam, atque plura de arte grammatica, & de ſcholis, & eruditione puerorum de magiſtris

ſtris

ſtris & pædagogis, & declinandi ratione diſſeruit, ſed conſuetudinem aduerſus analogiam tuens nos magis eruditorum exemplum, & conſuetudinem obſeruare debere dicit, quàm ratione & lege ſcilicet naturæ niti. Item *Chariſius ait, licet eius liber mutilus ſit. Nec ipſa quidem rerum natura tam finita eſt, ut nobis nouiſſimum ſui aſſignet, ne dum artes, quarum finem intelligentia humana non ſuſcipit uel propter extremum difficultatis laborem, uel ſolum earum inuentione ſatiata. Et ſane quid poteſt abſolutum eſſe, quod aſſidue propter ſubtilitatem cuiusque ingenij abſumitur? Et quod alijs ſubinde adiectionibus ✠ eſſe non ✠ quare contenti ſumus eo, quod repertum eſt ✠ partes quoque menſuram ſui habent & naturam ✠ certum eſſe uidemus quod interim eſt. latinus ſermo cum ipſo homine ciuitatis ſuæ natus ſignificandiſintelligendisq. quæ dicere præſtitit. Poſtquam planè ſuperuenientibus ſæculis accepit artifices, & ſolertiæ noſtræ obſeruationibus captus eſt, paucis admodum partibus orationis normæ ſuæ diſſentientibus, regendum ſe regulæ tradidit. Et illam loquendi licentiam ſeruituti orationis addixit. Quæ ratio adeo cum ipſa loquela generata eſt, ut hodie nihil de ſuo analogiæ inferat. Ea enim, quæ ad explicandam elocutionem iam apud ſenſus noſtros educta ſunt, iam confuſione uniuerſitatis diſſeminauit, & ut diſparibus paria coaluit, approbatur a defectionis regula argumento ſimilium. Conſtat ergo latinus ſermo natura, analogia, conſuetudine, aucto-*

ritate. Natura uerborum, quæ immutabilis eſt, nec quicquam aut plus aut minus tradidit nobis, quàm quod accepit. Nam ſiquis dicat ſcrimbo pro eo, quod eſt ſcribo, non analogiæ uirtute, ſed naturæ ipſius cõſtitutione conuincitur. Analogia ſermonis a natura proditi ordinatio eſt, nec aliter barbaram linguam, quàm argentum a plumbo diſſociat. Plenius hæc de analogia in ſequentibus Romanos inſeruiſſe inueniemus. Conſuetudo non arti analogiæ, ſed iuribus paret. Ideo ſolùm recepta, quòd multorum conſenſione conualuit: ita tamẽ, ut illi ratio nõ accedat ſed indulgeat. Auctoritas in regula loquendi nouiſſima eſt, nanque ubi omnia defecerint ſic ad illam quemadmodum ad unum ſacrum decurritur. Non enim quicquam aut rationis aut naturæ aut conſuetudinis habet, tantum opinione oratorum recepta eſt, qui & ipſi cur id ſecuti eſſent, ſi fuiſſent interrogati, neſcire confiterentur. Ex his ergo omnibus conſuetudo non enim uulgaris, nec ſordida recipienda eſt, ſed quæ horridiorem rationem ſono blandiore depellit. Interdum enim utilibus iucundа gratiora ſunt. Quòd ſi diutina eſt conſuetudo uerba quædam uel nomina uſque ad perſuaſionem proprietatis ſufficient, ſi tamen eadem non aſpere per analogiam enuncientur, alioqui rationem mallem, quam aſſiduitatem. Hæc eadem Diomedes *libro ſecundo ſcribens ubi de conſuetudine loquitur hæc adiecit. Conſuetudo e medio loquendi uſu placita aſſumere conſueuit. Conſuetudinem, ait Gellius libro ſecundo, non analo-*

gia ſequitur,ſed anomalia. Item Varro ait. latinus ſermo conſtat natura, analogia, conſuetudine, auctoritate. Eſt autem analogia, ait idem libro tertio, uerborum ſimiliũ declinatio ſimilis non repugnante conſuetudine cõmuni. Verborũ inquit ſimiliũ declinatio,ſimilis ut digitus digiti digito, baculus baculi baculo: pater patris patri, mater matris matri: & ita de reliquis. Non repugnante conſuetudine communi: nam deabus & alia quædam eiuſmodi non ex analogia,ſed ex conſuetudine dicimus. Auguſtinus analogiam proportionem uocat, chariſius ordinationem ſermonis a natura proditi. Sed de conſuetudine latinè loquendi plura libro tertio. Nam quòd Varro in libris de analogia ſæpe dicat uerborum declinatus & uoluntarios eſſe & naturales, licet clarus ſit intelligenti (claris enim utitur exemplis) tamen eius uerba planius ſunt enucleanda. Siquidem hæc uocabula porta, uia per primum ordinem natura inclinatur, nec alia egemus doctrina, ut ea declinemus, ſcimus enim ipſa omnes caſus in certas ſyllabas terminare; ac, præter cæteros caſus,datiuum & ablatiuum pluralem in is emittere. at id uocabulum mula partim natura ut illa, partim uoluntate & conſuetudine eruditorum inclinatur,nam, præter naturam ſuam, analogiæque rationem non ſuæ regulæ ordinem ſeruans datiuum & ablatiuum pluralem ex conſuetudine communi in abus emittit. Sic & de aliis multis & nominibus & uerbis. Item Auguſtinus Soliloquiorum libro ſecundo ait, Grammatica eſt

uocis articulatæ cuſtos, & moderatrix diſciplina, cuius profeſſionis neceſſitate cogitur humana lingua etiã figmenta colligere, quæ memoriæ literisque mandata ſunt, non ea falſa faciens, de his ueram quandam docens aſſerensque rationem. Et libro ſecundo de doctrina Chriſtiana. Solœciſmus qui dicitur, nihil aliud eſt, quàm cum uerba non ea lege ſibi coaptantur, qua coaptauerunt, qui priores nobis non ſine auctoritate aliqua locuti ſunt. utrum enim inter homines, an inter hominibus dicatur ad rerum non pertinet cognitionẽ. Barbariſmus quid aliud eſt, niſi uerbum non eis literis uel ſono enunciatum, quo ab eis, qui latinè ante nos locuti ſunt, enunciari ſolet? Quid eſt ergo integritas locutionis, niſi latinæ conſuetudinis obſeruatio loquentium ueterum auctoritate firmata? Et libro tertio. Nã neque ipſa arte grammatica, qua diſcitur locutionis integritas, indigerent pueri, ſi eis inter homines, qui integrè loquerentur, creſcere daretur & uiuere, neſciẽtes quippe ulla nomina uitiorum, quicquid uitiorum ore loquentis audirent, ſana ſua conſuetudine repræhẽderent, & cauerent, ſicut ruſticos urbani repræhendũt etiã qui literas neſciunt. Et libro 2. de ordine quomodo paulatim grãmatica & poetica ad perfectionẽ peruenerint oſtendens ait. Ergo iã tria genera ſunt rerum, in quibus illud rationale apparet, unũ eſt in factis ad aliquẽ finem relatis, alterũ in dicendo, tertiũ in delectãdo. Primus nos admonet nihil temere facere, ſecũdũ rectè docere, ultimũ beate contẽplari. In moribus eſt illud, ſuperius,

perius, hæc autem duo in diſciplinis, de quibus nũc agimus. Nãq. illud quod in nobis eſt rationale, ideſt quod ratione utitur et rationabilia facit, uel ſequitur. Quia naturali quodã uinculo in eorũ ſocietate aſtringebatur, cũ quibus illi erat ratione ipſa cõmunis, nec homini homo firmiſſime ſociari poſſet, niſi colloquerẽtur, atq; ita ſibi mẽtes ſuas cogitationesq. quaſi refunderent. Vidit eſſe imponẽda rebus uocabula ideſt ſignificantes quosdã ſonos ut quoniã ſentire animos ſuos non poterant, ad eos ſibi copulandos ſenſu quaſi interprete uterentur. ſed audiri abſentium uerba non poterant, ergo illa ratio peperit literas notatis omnibus oris ac linguæ ſonis atque diſcretis. Nihil autem horum facere poterat ſimilitudo rerum ſine quodam definito termino infinitè patere uideretur. Ergo utilitas numerandi magna neceſſitate animaduerſa eſt. Quibus duabus repertis nata eſt illa librariorum & calculorum profeſſio uelut quædam grammaticæ infantia, quam Varro literationem uocat, græcè autem quomodo appelletur non ſatis in præſenti recolo. Progreſſa deinde ratio animaduertit eosdem oris ſonos, quibus loqueremur, & quos literis iam ſignauerat alios eſſe, qui moderato uariè hiatu, quaſi enodati ac ſimplices faucibus ſine ulla colliſione defluerent. Alios diuerſo progreſſu oris tenere tamen aliquem ſonum, extremos autem qui niſi adiunctis ſibi deinde primis erumpere non ualerent. Itaque literas hoc ordine, quo expoſitæ ſunt, uocales, ſemiuocales, & mutas nominauit, deinde ſyllabas notauit,

deinde uerba in octo genera formasque digeſta ſunt. Omniſque illorum motus, integritas, iunctura peritè ſubtiliter diſtincta ſunt. Inde iam numerorum & dimẽſionis non immemor, adiecit animum in ipſas uocum et ſyllabarum uarias moras, atque inde ſpatia temporis alia duplicia, alia ſimplicia eſſe comperit, quibus longæ breueſque ſyllabæ tenderentur. Notauit etiam iſta & in regulas certas diſpoſuit. Poterat iam perfecta eſſe grammatica, ſed quia ipſo nomine profiteri ſe literas clamat, unde etiam latinè literatura dicitur, factũ eſt, ut quicquid dignum memoria literis mandaretur, ad eam neceſſariò pertineret. Itaque unum quidem nomen, ſed res infinita, multiplex, curarũ plenior, quàm iucunditatis, aut ueritatis. Huic diſciplinæ acceſſit hiſtoria non tam ipſis hiſtoricis, quàm grammaticis laborioſa. Et paulo poſt. Illa igitur ratione perfecta, diſpoſitaque grammatica admonita eſt querere, atque attendere hanc ipſam uim, quæ peperit artẽ. Nam eam definiendo, diſtribuendo, colligendo non ſolum digeſſerat, atque ordinauerat, uerum ab omni etiam falſitatis irreptione defenderet. Et infra. Recognouit ratio hinc eſſe illa ſemina, quæ in grammatica cum ſyllabis diligenti conſideratione uerſaret, pedes & accentus uocauerat, Et quia in ipſis uerbis breuitates & longitudines ſyllabarum prope æquali multitudine ſparſas in oratione attendere facile fuit, tentauit pedes illos in ordines certos diſponere atque coniungere, & in eo primo ſenſum ipſum ſecuta moderatos impreſſit articulos

quæ & cæſa, & membra nominauit. Et ne longius pedum curſus prouolueretur, quàm eius iudiciū poſſet ſuſtinere, modum ſtatuit, unde reuerterentur, & ab eo ipſo uerſum uocauit. Quòd autem non eſſet certo fine moderatum, ſed tamen rationabiliter ordinatis pedibus curreret rhythmi nomine notauit, qui latinè nihil aliud, quàm numerus dici potuit. Sic ab illa poetæ geniti ſunt, in quibus cum uideret non ſolum ſonorum, ſed etiam uerborum rerumque magna momenta, plurimum eos honorauit, eisque tribuit quorum uellet rationabilium mendatiorum poteſtatem. Et quoniam de illa prima diſciplina ſtirpem ducebant, iudices in eos grammaticos eſſe permiſit. Et infra cum de liberalibus diſciplinis abunde diſſeruiſſet, inquit. Cum enim artes illæ omnes liberales partim ad uſum uitæ, partim ad cognitionem rerum contemplationemque diſcātur, uſum earum aſſequi difficillimum eſt niſi ei, qui ab ipſa pueritia ingenioſiſſimus inſtantiſsimè atque conſtantiſsimè operam dederit. Item Arnobius aduerſus gentes libro primo ait. Quæ nam eſt ratio naturalis, aut in mundi conſtitutionibus lex ſcripta, ut hic paries dicatur, & hæc ſella? cum neque ſexus habeant femininis generibus maſculinisq. diſcretos. Nec quiſquam docere doctiſsimus poſsit hic & hæc quid ſint, aut cur ex his unum ſexum uirilem deſignet, femininis generibus id, quod ſequitur, applicet. Humana iſta ſunt placita, & ad uſum ſermonis faciendi non ſanè omnibus neceſſaria. Nam & hæc paries, & hic ſella

dici ſine ulla repræhenſione potuiſſet, ſi ab initio ſic di ci placuiſſet,& à ſequẽtibus ſæculis communi eſſet ſer mocinatione ſeruatum. Nonne aliud hæc utra, et aliud hos utres dicimus? Cælus & cælum. Non item filus & filum? Non item crocus & crocum? Non item fre tus & fretum, non item hoc pane, et hic panes? hic ſan guis & hoc ſanguẽ, candelabrum & iugulum ratione eadem iugulus & candelaber? Nã ſi ſingula nomina non poſſunt genera plura habere, quàm ſingula, neque eadẽ poßũt huius eſſe generis & illius (genus enim trã ſire genus in alterũ non poteſt) tam peccat qui genera maſculina femininis pronunciat legibus, quàm ab eo peccatur, qui articulos maſculinos femininis generibus anteponit. Et libro 2. probat omnes diſciplinas artesque ingenuas ab hominibus repertas eſſe, ut ſũt quidẽ. ait enim. Philoſophia, muſica, cæteræque omnes artes, quibus uita eſt exculta & expolita cõmunis, cũ homi nibus natæ non ſunt, ſed potiùs nuper, quinimo penè paulo ante agitari, intelligi, celebrarique. Ibidem. Neque cũ animis artes cœli ex penetralibus ceciderũt, ſed exquiſitæ & natæ ſunt in terris hìc omnes, & cũ proceſſu temporum paulatim meditatione conflatæ. Quòd ſi haberent ſcientias animæ, quas genus habere diuinũ atque immortale condignum eſt, ab initio homines cũ-cti omnia ſcirent, nec ſæculum eſſet ullum, quod artis eſſet ignarum alicuius, aut rerum experientia non pa ratum. Nunc uero inops uita & multarum indigens rerum fortuita conſpiciens quædam commodulè prouenire

uenire, dum imitatur, experitur & tentat, dum labitur reformat, immutat, & aſſidua reprœhenſione paruas ſibi concinnauit ſcientiolas artium, & ad unum exitum temporibus plurimis commendatas perduxit. Quid enim aliud ſpondent, uel inſinuare poſſe, uel tradere, quàm ut regulas nominum differentiasque noſcamus? Et interualla uocum ſonis, ut loquamur ſuadenter in litibus, ut terrarum continentias metiamur? Quæ ſi ſecum animæ diuinis ex regionibus attuliſſent, & eſſet neceſſarium ſcire omnes ea iam dudum in omni orbe tractarent, neque ullum hominum reperiatur genus, quod non eſſet his omnibus æqualiter atque uniformiter eruditum. Nunc uero in mundo quotusquiſque eſt muſicus, dialecticus, & geometres, quotus orator, poëta, grammaticus? ex quo apparet, ut ſæpius dictum eſt, inuenta hæc eſſe locorum neceſſitate, ac temporum, nec diuinitus eruditas aduolaſſe huc animas, quòd neque omnes doctæ ſint, neque diſcere omnes poſſint, & ſint in his plurimæ acuminis obtuſioris & tardi, & ad diſcẽdum plagarum coërtione cogantur. Hæc eadẽ, quæ Anobius & Auguſtinus ſcribũt, Theodoritus etiã ſcribit in libris de prouidentia. Et Gregorius Naz. ad Euagriũ inquit. Sermo maſculinũ nomẽ eſt, & anima femininũ, cum neutrum aut maſculinũ, aut femininũ ſexũ, aut corporatã ſubſtantiã habeat. Cæterum nominatio rerũ neceſſaria eſt, quæ ad agnitionẽ nos perducit intelligibiliũ. Itẽ Cicero identidẽ latinã linguã, arte grãmatica coſtare apertiſſime

me oſtēdi qui libro 3. de Orat. grāmaticá ipſam doctri nam, ut eſt profectò, at quòd eam primo pueri ediſcát, puerilem appellat, eamq. latinæ linguæ præcepta tra dere ait, quæ præcepta ſcientia & elegantia alit & auget, confirmat uero ac ſtabilit quotidiana exercita tio ſcribendi, & crebra lectio auctorum. Inquit enim. Prætereamus igitur præcepta latinè loquendi, quæ puerilis doctrina tradit, & ſubtilior cognitio ac ratio literarum alit, aut conſuetudo ſermonis quotidiani, ac domeſtici libri, & lectio ueterum oratorum & poeta rum. Domeſtici libri, quos noſtri conſanguinei ſcripſe runt, nam ait alibi, domeſticus uſus multum confert ſtudioſis, & Corneliæ eloquentia multum contulit fi lijs, & conſuetudo ſermonis quotidiani, ideſt exercita tio orandi & ſcribendi. Et in Part. quomodo rectè la tinè loquamur docens ait: Conſecutio eſt ne generibus, numeris, temporibus, perſonis, caſibus perturbetur ora tio: nam, ut in ſimplicibus uerbis quod non eſt lati num, ſic in coniunctis quod non eſt conſequens uitu perandum eſt. Hoc eſt, uerba latina ſint, & in conte xtu orationis cū arte grammatica collocentur, ne quo modo partes orationis diſcordent. Idipſum libro ter tio de Orat. præcipit, ubi ſic ait. Atque ut latinè lo quamur non ſolum uidendum eſt, ut & uerba efferamus ea, quæ nemo iure reprehendat, & ſic & caſibus & temporibus, & genere & numero conſeruemus, ut ne quid perturbatum, ac diſcrepans, aut præpoſterū ſit, ſed etiam lingua & ſpiritus, & uocis ſonus eſt ip-

ſe mo-

ſe moderandus. Quid ſit præpoſterum uerbum declarauimus: lingua & ſpiritus, & uocis ſonus, per hæc iubet ut recte latinè, non aſperè, durè, ac barbarè pronunciemus. Et de optimo genere Orat. iubet ut purè et emendatè loquamur, quod eſt inquit latinè, purè ad latina uerba, emẽdatè ad artem grãmaticá referendũ eſt. Et ad Heren. libro quarto. latinitas eſt, quæ ſermonem purum conſeruat ab omni uitio remotum. Vitia in ſermone, quo minus is latinus ſit, duo eſſe poſſunt ſolœciſmus & barbariſmus: ſolœciſmus eſt cum uerbis pluribus conſequens uerbum ſuperiori non accomodatur. Barbariſmus eſt cum uerbum aliquod uitioſè effertur. Hæc qua ratione uitare poßimus in arte grammatica dilucidè diſcemus. De officio autem grammaticorum Seneca Epiſt. libro ſextodecimo ait. Grammatici ſunt cuſtodes latini ſermonis. Et Cicero in Bruto: Grammatici tractant de recto loquendi. Et in Orat. Grammatici diſputant in poetis de recto ipſo loquendi. Eſt quidem grãmatica cenſor & iudex omnium ſcriptorum; eius enim partes ſunt ipſos notare. Cuius grammaticæ artis Cicero, ut Quintilianus libro primo tradit, diligentißimus fuit in filio, ut in epiſtolis apparet, aſper quoque exactor. Verba autem incentia, hoc eſt rudia & informia e medio ſumpta in latinitatem referebantur, literis aut ſyllabis, ut dixi, mutatis aut additis, aut detractis, aut tranſpoſitis aut interpoſitis euphoniæ inita ratione, ut tum alij, tum Cicero inſinuat, qui libro tertio de Orat. ait. Non enim ſunt

ſunt alia ſermonis, alia contentionis uerba, neque ex alio genere ad uſum quotidianum, alio ad ſcenam pompamque ſumuntur; ſed ea nos cum iacentia ſuſtulimus e medio ſicut molliſſimam ceram ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus. Et in Orat. *Itaque translata, aut facta, aut iuncta uerba facile ſunt cognita, quia ſumebantur e conſuetudine quotidianoque ſermone*. Et libro tertio de Orat. oſtendens quomodo uocabula fiant ait. *ut omnis ſingulorum uerborum uirtus atque laus tribus conſtat ex rebus, ſi aut uetuſtum uerbum ſit, quod tamen conſuetudo noſtra ferre poſſit, aut factum uel coniunctione, uel nouitate, in quo item eſt auribus conſuetudinique parendum, aut translatum, quod maxime tamquam ſtellis quibuſdam notat & illuminat orationem*. Et in Part. *Vnum igitur genus eſt eloquendi ſua ſponte fuſum, alterum uerſum atque mutatum, Prima uis eſt in ſimplicibus uerbis, in coniunctis ſecunda, ſimplicia inuenienda ſunt, coniuncta collocanda ſunt. Et ſimplicia uerba partim natiua ſunt, partim reperta*. Natiua *ea, quæ ſignificata ſunt ſenſu, reperta, quæ ex his facta ſunt & nouata aut ſimilitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut coniunctione uerborum*. Et Varro linguæ latinæ libro quarto. *Multa enim uerba literis commutatis ſunt interpellata. Neque omnis origo eſt noſtræ linguæ e uernaculis uerbis*. Et alibi. *Ex uerbo uno & præuerbijs multa uerba fiunt*. Ouidius item, ut libro I. oſtendi, dolet, quòd apud Gethas exiſtens uerba e medio ſumere & latina face-

facere non potuerit. Et Quintilianus latinam & Græcam linguam arte ab auctoribus factam fuiſſe paſſim oſtendit. Qui & libro octauo ait. Fictio nominis græcis inter maximas habita uirtutes, nobis uix permittitur. Et ſunt plurima ita poſita ab ijs, qui ſermonem primi fecerunt aptantes affectibus uocem, Nam mugitus & ſibilus & murmur inde uenerunt. Et Gellius libro quartodecimo. Qui uerba latina fecerunt, quique ijs uſi ſunt, humanitatem non id eſſe uoluerunt, quod uulgus exiſtimat. Sed de hac re plura libro ſequenti, cum de communi conſuetudine, & latinæ linguæ origine & incremento loquemur. Itē Plato in Cratylo (eadē enim ratione facta eſt latina regularis lingua qua Attica) uariare decet nomina per literas, ut uideātur homini rudi quæ ſunt eadē, eſſe diuerſa. Et rurſus. Hoc im primis circa nomina animaduertere decet, quòd ſæpe literas addimus, ſæpe etiā demimus pro arbitrio dū nominamus, & acuta ſæpenumero tranſmutamus, et pro acuta ſyllaba media grauē pronunciamus, in alijs quibuſdā literas inferimus. Et rurſus Cratylus Socratem alloquēs ait. Cū hoc tu tractabas & auferebas, & inferebas literas ubi maxime oportebat. Multaq. alia hac de re ibidē diſſerat tū quomodo a primo attica lingua fuit, tū de eius emēdatione. Item Ariſtoteles rhet. lib. 3. de delectu uerborum loquēs infit. Expolitio latet ſiquis non e medio communiq. loquendi uſu eligens componat. Et rurſum. Vrbana ducantur & ea maxime, quæ probantur. Quare quæcunque ex uer-

bis

bis facilem nobis ingerunt diſciplinam, hæc ſuauiſſima ſunt. Priſca igitur, atque aliarum gentium non intelliguntur, propria ac noſtratia ſcimus. Et paulo poſt. Neceſſe eſt tam dictionem, quàm enthymemata ea urbana eſſe, quæ uelocem nobis cognitionem faciunt. Iccirco nec quæ uulgaria ſunt ex enthymematibus comprobantur. Dicimus autem uulgaria, quæ cuilibet patent, nec quicquam habent, quod in eis quærere oporteat, nec quæcunque dicta ignorantur. Et in poetica. Omne nomen aut eſt proprium, aut ab alia lingua. Proprium uero quod omnibus in uſu eſt, ab alia lingua ideſt peregrinum. Et rurſum. Cæterum non minimam cõferre uidentur partem ad dictionis perſpicuitatem & ad uulgare excludendum productiones, conciſiones, nominum mutationes. Quandoquidem id quod præter uſum cõmunem fit, quatenus a proprio diuerſum eſt, illud minime plebeium efficit, quatenus uero cum uſu communi conuenit, claritatem. His uerbis oſtendit uerba e medio ſumpta & in artem relata differre a communi uulgi uſu arte, uultque ut peregrinitas & barbaries caueatur. Et rurſus inquit. Ariphrades carpebat tragicos perinde atque in tragœdijs ſuis his uerbis uterentur, quæ in communi uulgarique ſermone diceret nemo, prorſus ignorans quòd hæc omnia dum proprium uitant plebeiam dictionem effugiunt. Itaq; latina lingua per antonomaſiam e natiuo uernaculo, uulgari communi & publico latio ſermone, ſicut attica, arte eſt facta, literis aut ſyllabis, ut ſæpe dixi, mu-

tatis,

tatis, aut additis, aut detractis, aut interpoſitis, aut tranſpoſitis, multisque uocabulis ab auctoribus factis non natis. Fiunt autem noua uerba, cum uocabula natiua latialia iacentia, hoceſt rudia & informia, nondū latinitate donata habito delectu e medio ideſt e uulgari quotidianoque uulgi uſu ſumpta tanquam molliſſimam ceram, ut Cicero dicit, ad noſtrum arbitrium formamus & fingimus, latinitateque donamus, euphoniæ inita ratione non principij modo, ſed etiam finis: nam ait Cicero non ſolum componuntur uerba ratione ideſt arte, ſed etiam finiuntur, & aut huic aut illi poſitioni, generi, & ordini attribuuntur. Fiunt ergo, ut Cicero ipſe docet, nouitate, ut ſi uanicam diceres, quā uulgus uangam uocat. & uanico as, & uanicatio, & uanicator, & baliris, ſiue balirium quaſi baiulium a baiulo, quod uulgus barile uocat. Imitatione ut plebeitas & atticitas, ut uulgaritas & latinitas, & canultcus canum cuſtos, ut ſubulcus & bubulcus, uel canarius ut porcarius, uel canio ut mulio. Similitudine, ut uermiculi cibus e pacta ad ſimilitudinem uermium facti, & uetera ligula, aries, teſtudo. Coniunctione ut a baiulo adbaiulo combaiulo, rebaiulo, & meroferum, ut græcis œnoferum. Inflexione ut adam, adamus, ſinapis, ſinapum. Translatione, ut uitis plorat, uerumtamen, ut oſtendam, in nouandis uerbis parci admodū eſſe debemus, & nonniſi neceſſitate acti. Nam quòd quidam Gracchos a Cornelia matre latinè literatè loqui didiciſſe dicant longe multumque hallucinantur.

Non

Non enim Corneliam Gracchos filios latinam linguá grammaticamque docuiſſe ſcribitur, ſed eam ipſorum eloquentiæ, quæ eſt, ait Cicero, copioſè eloquens ſapientia, multum contuliſſe. Plurimum quidem confert pueris latinis literis oratoriaque arte inſtituendis, ad eloquentiam, uerborumque copiam erudita domus, ſi patres & matres, & pædagogi eruditi ſint. Gracchi autem diligentia matris latinas græcasque litera a magiſtris in ſcholis, ſicut & alij pueri omnes, didicerunt. Id quod etiam ſcribit Cicero in Bruto, ubi ſic ait. Fuit Gracchus diligentia Corneliæ matris a puero doctus, & græcis literis eruditus: nam ſemper habuit exquiſitos e Græcia magiſtros. Et Pomponius Rufus apud Val. Max. libro quarto inquit. Cornelia Gracchorum mater, cum Campana matrona apud illam hoſpita & ornamenta ſua pulcherrima ſæculi illius ei oſtenderet, traxit eam ſermone quouſque e ſchola redirent liberi, & hæc, inquit, ornamenta mea ſunt. Et non tantum mares, non tamen omnes, ſed feminæ etiam Romanæ plurimæ tum maxime ingenuæ in latinas, & earum quædam uel in Græcas literas incumbebant. Verum non omnes, ſed quædam, ſicut non omnes uiri, latinis literis excelluiſſe ſcribuntur, ut a Cicerone Cornelia, Lælia, Muciæ, Liciniæ. Corneliam quoque Metelli Scipionis filiam Pompeij uxorem literis, & geometria, & philoſophia eruditam fuiſſe, & cum philoſophis doctè diſceptaſſe Plut. in Pompeio memoriæ tradidit. Sempronia, ait Salluſtius, literis græcis atque latinis

docta

docta erat, & cornificia cornificij poetæ filia poetria fuit. extant apud Suetonium in Claudio Cæſare Augusti trium epiſtolarũ principia ad Liuiam, in quibus multa græce ſcripta ſunt. Neque Terentia Ciceronis uxor latinæ ac græcæ linguæ expers fuit. Erudita quoque fuit Elpis Boetij coniux, & Proba Valeria Falconia. Quot etiam Romanæ mulieres Hieronymi ætate, poſtquam Gothi urbem inierunt, utraque lingua eruditæ fuere? ut Athleta, Paula Vrbica, Principia, Fabiola, Marcella, Paula & Euſtochium eius filia, Læta, Diometrides, Saluina, Furia, Ageruntia, Celantia, ad quas ipſius Hieronymi extant epiſtolæ. Quis neget & alias Romanas mulieres per omnes ætates latinis ac græcis literis ſtuduiſſe? Imo uero prouinciales mulieres utrique linguæ uacabant. ut Zenobia, & eius filiæ. Polla lucani uxor, & Hieronymi ætate Algaſia, et Heldibia ex ultimis galliæ partibus. Itẽ Elizabeta germana, Et Paulo ſupra noſtram memoriam Caſandra Veneta Iſota, & Genebria Veronenſes, Baptiſta Galeatij Piſaurienſis filia, & Conſtantia Alexandri Sfortiæ uxor latinis literis eruditæ fuere. Viget modo Romæ nobiliſſimæ Romanæ matronæ Lauinia et Helena Nicolai Ruuuli filiæ, quarũ illa Pauli Vrſini, hæc Stephani Columnæ uxor, item Magdalena Pauli Vrſini ſoror, uxor Lelij Carij latinis literis erudita. Itẽ, ut ad uulgarem latinũ ſermonem redeam, cũ Quintilianus iubet neue puer futurus orator etiam dum infans eſt ſermoni aſſueſcat, qui poſtea ſit ei dediſcẽdus, neue

nutrices,& pueri,quibus cum puer ipſe uerſatur, male Romane loquantur, nõ quidem de regulari grammaticoue, ſed de natiuo uulgari loquitur,ut ex eius uerbis inſpici poteſt. ait enim libro primo. Ante omnia ne ſit uitioſus ſermo nutricibus, quas ſi fieri poſſet ſapientes Chryſippus optauit. Certe quantum res pateretur, optimas eligi uoluit, Et morum in his haud dubie prior ratio eſt habenda. Recte tamen etiam loquãtur. Has primum audiet puer, harum uerba effingere imitando conabitur. Et natura tenaciſſimi ſumus eorum, quæ rudibus animis percipimus, ut ſapor,quo noua imbuas, durat, nec lanarum colores, quibus ſimplex ille candor mutatus eſt, elui poſſunt. Et hæc ipſa magis pertinaciter hærent, quæ deteriora ſunt. Nam bona facile mutantur in peius. Nam quando in bonũ uerteris uitia? Non aſſueſcat ergo,ne dum infans quidem eſt, ſermoni,qui dediſcendus eſt. In parentibus uero quam plurimum eſſe ernditionis optauerim. Verum nec de patribus tantum loquor. Nam Gracchorum eloquentiæ multum contuliſſe accepimus Corneliam matrem. De pueris inter quos educabitur idem quod de nutricibus dictum eſt. De pædagogis hoc amplius. Duo hic in nutricibus & pueris, inter quos educatur puer futurns orator, Quintilianus optat. optimos mores, & rectè Romane ac latine uulgarè loqui,in pædagogis autem & parentibus etiam eruditionem. Plutarchus etiam in libro de pueris educãdis iubet ut præceptores & pædagogi atticam uulgarem linguam ſciant.

ſciant. Non enim puer latinis literis inſtituendus ac futurus orator eloquentiam, ac delectum uerborum, & elegantiam, ac rectè latinè literatè loqui, a nutricibus & a pueris diſcere poterat, quæ in multis claris oratoribus prædicat Cicero, in multis deſiderat. Cum in pueris, ut oſtendi, orationem perfectam nec exigi, nec ſperari poſſe, ſed eos paulatim infantium lactentiũ more doceri debere Quintilianus dicat, iubetque ipſis peritos præceptores, ac pædagogos eruditos præfici, qui ipſos imprimis nomina & uerba declinare doceát. Neque quia Cicero in Bruto dicit eos, quos nulla domeſtica barbaries infuſcauerat, bene locutos fuiſſe, eos uero, qui barbarie inquinati erant, non item: & in tertio libro de Orat. ſcribit ut ruſtica aſperitas, & peregrina inſolentia uitetur; id dicit, quod latinus literarius ſermo corrumpi poßit a ruſticis & peregrinis, atque ita ut in una domo corrumpi poßit, in alia minime, cum, ut oſtendi, nuſquam corrumpi poßit. ſed quia infuſa erat in urbem peregrinitas, & Romani, ut in Liuio bel. Mac. libro primo liquet, omnes Italos ſibi connubio coniunxerant, quorum filij hybridæ dicuntur, qui mixtè loquebantur & Romani & peregrini parentis ſermone utentes, item plerumque pedagogi, ſerui, ac nutrices peregrini ac barbari a quibuſdã Romanis domum admittebantur, quale fuere nutrices C. Mucij, Fabij Cæſonis, quæ fuere tuſcæ. Iubet Cicero, itemque Varro, ac Quintilianus, & Hieronymus ad Athletam ſcribens, alijque, ut huiuſmodi peregrini-

tas ac ruſticitas,ac barbaries fugiatur,neue uernaculus uulgaris latinus ſermo Romæ (in reliquo enim latio quia peregrini aut rarò aut nunquã uerſabantur,integer ſeruabatur) & uocabulis & pronunciatione uicietur ac fœdatur, neue in latinum literarium ſermonem barbara uocabula inferentur. Ita & Plato, & Plutarchus,alijq. græci auctores de Atticæ uernaculæ uulgaris linguæ integritate ac cõſeruatione præcipiũt. Non poterãt Athenienſes in ciuitate ſua peregrinã uocem andire.Cũ aliquando diues quidã homo externus, alioqui imperitus, ait Conſtantinus laſcares, Athenienſibus de pecunia inuenienda conſultantibus ſe pecuniam mutuo daturũ obtuliſſet.dixiſſetq. daniò ego uobis pecuniã, omnes tumultuantes illũ indignati ſunt, quòd peregrinã pronũciationẽ athenas induceret,et ſermonẽ pariter & pecuniã illius reiecerũt,quòd Attice daniſo eſſet dicendũ. uti per id tempus Tuſci quorũdã latialiũ uocabulorũ literis immutatis, aut expũctis accentũ etiã,ut alibi dixi,mutãt. Eſdras Iudæorũ dux,ut in ſacris literis proditũ eſt & alibi dixi. Iudæos quoſdã,quod eorũ filij a matribus barbaris orti nõ bene Iudaice,ſed magna exparte azoticè ideſt barbare matrũ lingua loquerẽtur,cædit, decaluauit,eisq; maledixit. Rurſus Cic.lib.iij.de Orat. de Lælia loquẽs,itẽ Plato in Cratylo mulieres antiquitatẽ tenatius quàm uiri ſeruare dicũt,quòd peregrinorũ ſermonis ſint expertes.Nõ quidẽ regularis grãmaticusq. atticus & latinus ſermo tenatius apud mulieres,quã apud eruditos ac grãmati

cos

ços ſeruatur,ſed natiuus uulgaris cõmunis et publicus, qui eſt corruptioni obnoxius.et Acad primo dicit,Didiciſti.n.nõ poſſe nos Amaſii & Rabirij ſimiles eſſe, qui nulla arte adhibita,de rebus ante oculos poſitis uulgari ſermone diſputãt,nihil definiũt,nihil partiũtur,nihil apta interrogatione cõcludũt, nullã deniq; artẽ eſſe dicẽdi,nec diſſerẽdi putãt.Horũ ſimiles ſunt noſtri noui plebeij doctores.Theophraſtus nõ græcus homo ſed gẽte barbarus,ut potè lesbius(Plato n in Protag. Pittacũ lesbiũ barbarũ uocat)atqui græcis literis eruditiſſimus,et,ut ait in Bruto Cic. Athenis cũ ætatẽ egiſſet, optime Attice uulgare loqueretur , cum percõtaretur ex anicula quadam quanti aliquid uenderet,hoſpes ab ea, hoceſt externa,ut erat , eſt appellatus. qui moleſte tulit,quod licet optime attice uulgare loqueretur, hoſpitis ſpeciẽ nõ fugiſſet,quòd,ait Quintilia. lib.viij. nimis affectate attice uulgare loqueretur . Nec aliò interrogata anus ſe illum hoſpitem eſſe depræhendiſſe reſpondit , quàm quòd nimium attice loqueretur.Nimirum in uernaculo uulgarique ſermone Attico & latino melius loquuntur & pronunciant indigenæ etiam rudes tum maxime mulieres , quàm peregrini etiam doctiſſimi . Ita & in grammàtico ſermone rectius pronunciant indigenæ mediocriter eruditi, quàm peregrini doctiſſimi , ut probe Cicero tum alibi , tum in Bruto ſcribit . Quòd, inquit, omnium in Romanis eſt quidam urbanorum , ſicut ille Atticorum ſonus . Vnde licet prouinciales latinam linguam in prouinciis

*ediſcebant, tamen qui eam probè pronunciare uolebát
Romam ad fontem proficiſci oportebat, & qui Atti-
cam exacte pronunciare cupiebat Atthenas ſe confer
re neceſſe erat. Quare Cicero in Verrem libro primo
Cecilium hominem ſiculum nec græcam nec latinam
linguam probè calluiſſe dicit, quòd illam Lilibei non
Athenis, hanc in Sicilia non Romæ didiciſſet. Et Hie-
ronymus ad Ruſticum monachum ſcribens. Mater,in-
quit,tua poſt Galliarum ſtudia,quæ florentiſſima ſunt,
non parcens ſumptibus Romam te miſit, ut ubertatem
gallici nitoremque ſermonis grauitas Romana condi-
ret. Quòd in diſertiſſimis uiris græciæ legimus, qui A-
ſianum tumorem attico ſiccabant ſale,& luxuriantes
flagellis uineas falcibus reprimebát, ut eloquentiæ tor
cularia non uerborum Pampinis, ſed ſenſuum quaſi
uuarum expreßibus redundarent.* Id *ego de me ipſo fa
teor latinam pronunciationem Romæ a pueris & mu
lieribus didiciſſe, ab ijs tamen, qui tuſca ruſticitate ac
barbarie inquinati non ſunt. Nunc, o tempora, ſua-
uis illa pronunciatio Romæ ferè interyt, unde non gra
uitas Romana, ſed uanitas* Tuſcana *ac barbaries ui-
get. licet ſemidocti quidam dicunt aniculá illam Theo-
phraſtum reprehendiſſe non quòd Attice uulgare af-
fectate loqueretur, ſed quòd in regulari grammatico-
ue ſermone peccaſſet: atque ſi anicula illa eo doctior
eſſet, quòd Athenienſes imo omnes græci, inquint, cu-
iuſuis conditiones, ætatis & ſexus natura, ut de Ro-
manis blaterant, græcè per antonomaſiam, hoc eſt ex*

arte

arte loquerentur. Nec ſe pudet id dicere, ut tantus philoſophus diſertiſsimus & eloquentiſſimus ab anicula attica paupercula ac rudi in regulari ſermone repræhenderetur. Quis eſt tam inſulſus, & iudicij inops, ut credat Plautum, aut Terentium, aut Virgilium, aut Horatium, aut T. Liuium, aut quemuis alium latina lingua peritiſſimum, qualis erat Theophraſtus græca, in latina ipſa literaria lingua ab anicula Romana paupercula rudi res uiles uendenti repræhendi potuiſſe? Quanquam non repræhenſus fuit Theophraſtus ab anicula, ſed ob affectatam pronunciationem agnitus & appellatus externa. Item Ariſtoteles de uulgari attico ſermone libro ſecundo de natura animalium de lynce auicula loquens ait. Vnde torquillo uulgo appellata eſt. Et libro quarto. Partes eorum mollia nominauimus. exteriores pedes uulgari nomine ſiue brachia. Rurſus, ut ad latinos redeam, latine loqui pro uulgare latini populi more loqui. Cicero libro ſecundo de Fin. Omnes, urbani, ruſtici, omnes inquam, qui latinè loquuntur, uoluptatē uocant. Meſſalla Coruinus. Troia namque Italice latine Scropha uel ſus dicitur, Italicè ideſt latine uulgare, nam paulo poſt dicit Siluium in Italia natum, qui in latio ex Lauinia latina muliere natus eſt. Et ſex. furius, & Euſebius ſaturnum, Picum, Faunum, Latinum, in Italia regnaſſe dicunt, qui in latio regnarunt. Et Appianus bellorum Ciuilium libro quinto. Hoſtes nec facile inter ſe dignoſci quibant, utrinque eiſdem armis & eadem uoce Ita

là utentes, Itala hoc eſt latiali. Et Iuuenalis Sat. un-
decima. Cum poſcis poſce latine, utique uulgare. nam
inquit, mei ſerui non exotici, ideſt barbari aut græci
ſunt magno precio empti, ſed latini mercede condu-
cti. Et Liuius rerum Romanarum libro quadrageſi-
mo. Cumanis petentibus permiſſum, ut publice lati-
ne loquerentur, & præconibus latine uendendi ius eſ-
ſet. loquerentur latine, inquit, non quidem per antono
maſiam, ideſt literate, ſed latine uernaculè uulgare:
nam antea cumani, ſicut et alij campani omnes obſcœ
& barbare loquebantur, & latine uendendi ius, hoc
eſt latinorum iure ac more. Non enim cumani publi
ce hoc eſt uniuerſe omnis ſexus, & ætatis & condi-
tionis latine literate loqui poterant, cum neque la-
tini ipſi populi ſic natura loquerentur. Neque opus
erat copiam ſibi a ſenatu fieri ſiqui eorum latine lite-
rate loqui & ſcribere uoluiſſeut, cum innumeri fere
& ante & poſt tempus illud & Itali, & prouincia-
les abſque licentia latine literate ſcripſerint. Quod
ipſum in ſcholis a magiſtris didicere, nam uulgo &
in Italia & in prouincijs, ut oſtendi, atque ube-
rius oſtendam, latinarum literarum ludus patuit.
Iam uero Puteolis, quod oppidum iuxta cumas
eſt, ſchola erat, ut Plinius libro nono tradit, qui
ait: Puerum Auguſto principe ex Baiano Puteo-
los itantem in ludum literarum delphinus dilexit.
Rurſum Liuius libro primo. Terror ad hoſtes tran-
ſijt, & audiuerant clara uoce dictum, & magna

pars

pars fidenatum, ut qui coloni additi Romanis eſſent, latine ſciebant. Et libro uigeſimo ſexto. Im*miſſis ab Annibale qui, (habuit aliquot) gnari latinæ linguæ iuberet conſulum uerbis, quoniam amiſſi caſtra eſſent, pro ſe quemque militum in proximos montes fugere. Et libro uigeſimo ſeptimo. Annibal quarta uigilia fermè ad urbem acceſſit. primi agminis erant profugæ Romanorum, & arma Romana habebant, iis ubi portam eſt uentum, latine omnes loquentes excitant uigiles, aperirique portam iubent, conſulem adeſſe. latine non quidem literate, ſed uernacule uulgare. Nam fidenæ* Tuſciæ *oppidum Colonia Romanorum erat, & oppidani latinam uernaculam uulgarem linguam a Colonis latinis didicerant.* Sic & *milites illi perfugæ latinam ipſam uulgarem linguam in caſtris Romanis didicerant. Et gnari, inquit, latinæ linguæ, utique uernacule uulgaris, non literatæ, ut alibi, Fabius, haud ignarus linguæ etruſcæ.* Primus *autem latine ex tempore diſputaſſe dicitur Q. Cæcilius Epirota Tuſculanus, ait Suetonius in libro de illuſtribus grammaticis. Nam & Tuſculi, ſicut & in aliis latii, Italiæque oppidis ludum literarium fuiſſe camilli ætate Liuius libro ſexto tradit.* Item *Dionyſius Halicar. qui Octauii temporibus floruit, utrunque latinum Romanumque ſermonem uernaculum, uulgarem & literarium grammaticumue ſe didiciſſe hiſ uer-*

uerbis loquidò pandit. Ego in Italiam traijciens cum diſſolutum eſt ſub Cæſare Aug. bellum ciuile centeſima & octogenteſima ſeptima olympiade ac deinde tempus illud omne, quod eſt anni duo & uiginti uſque ad hoc tempus Romæ commoratus Sermonem uernaculum ediſcens, & literarum ſcientiam. Vernaculũ inquit ſermonem utique natiuum uulgarem, & ſcientiam literarum indigenarum, porrò latinam literariã linguam. Et rurſus libro eodem uernaculum ipſum quotidianum uulgaremque latinum Romanumque ſermonem commendans miratur quòd Romanorum prudentia atque conſtantia is a tanta barbarorũ colluuie, qui diſpari lingua urbem ingreſſi erant, corruptns nõ fuerit, cum græcus uernaculus uulgaris ſermo a barbaris corruptus ſit. Ait itaque. Hæ permixtiones barbarorum, per quas ciuitas multa priſcorum ſtudiorũ dedidicit, poſterioribus temporibus extitere. Ac mirũ quidem hoc multis eſſe uideretur, ueriſimilia conſiderantibus quonam pacto non tota uerſa eſt in barbaram ſuſceptis Opicis, Marſis, & Sabinis, & Tuſcis, & Bretijs, umbrorumque, & ligurum, & Hiſpanorum & Gallorum tam multis millibus, alijsque, præter has, gentibus, partim ex Italia, partim ex alijs multis locis aduenientibus infinitis, nec unius linguæ cum eis, nec uictus, unius quorum uoces, mores, uitamque non uniformem aut finitimam, perturbatam ex tanta diſſonantia, conſentaneum fuit multa ex antiquo ornatu urbs immutaſſe. Quandoquidem alij quo

que

que plures habitantes in barbaris græcum omnem breui tempore dedidicere. Ita *ut nec græcam uocem amplius reſonent, neque ſtudijs iam utantur græcorū, neque Deos eosdem putent, neque clementes leges, quo maxime differunt a barbaris græca ingenia, neque aliud inſtrumenti habeant conueniens cum græcis. Sufficient autem ad hæc probanda coniecturæ de Acheis his, qui circa pontum habitant, qui ex optimo græcorum genere, barbarorum nunc ſunt omnium ruſticiſsimi.* Romani *enim uocem neque meram barbaram abſciſſe, nec græcam reſonant, mixtam uero quandam ex ambabus, cuius maior pars eſt Aeolis. Habundantes hoc ſolo ex multorum permixtione, ut non ſonis rectis omnibus eloquantur. Quis neget Dionyſium hic de uernaculo uulgari ſermone loqui? In Italiaque multas, diſſonaſque linguas a latiali diuerſas olim fuiſſe?* Item *Velleius Paterculus, qui* Tiberij *principatu uiguit, libro nouiſſimo Pannonios Augusti ætate latinæ literatæ, & uernaculæ uulgaris linguæ notitiam habuiſſe, atque eorum multos etiam latinarum literarum charateribus uſos fuiſſe his uerbis ſcribit. In omnibus Pannonijs non diſciplinæ tantummodo, ſed linguæ quoque notitia Romanæ, pleriſque etiam literarum uſus erat. Item Plutarchus in Paulo Aemilio ait, Alexandrum Perſei regis filium ingenioſum doctumque etiam latinas literas, & ſermonem* Roma*num, ſcribamque fuiſſe magiſtratuum, ſeque in eo miniſterij genere aptum imprimis, ac perurbanum perſtitiſſe*

ſtitiſſe quidam tradunt. latinas literas utique literatas, & Romanum ſermonem, profectò uulgarem. Et Strabo libro tertio. Turditani Hiſpaniæ populi, præſertim qui circa Boetim loca tenent, in Romanos penitus ritus transformati ſunt. Nec propriæ memoriam linguæ ſeruant, plurimique latini facti ſecum accolas accepere Romanos, ideſt accolas Romanos accipiẽtes latiali uulgari lingua loquuntur, obliti ſuæ, & Romanos ritus ſeruant. Et libro quarto. Populi inter Alpes & Rhodanum nequaquam amplius barbari ſunt, ſed ut plurimum in Romanorum ritum tranſmutantur lingua & uiuendi conſuetudine, lingua quidem uernacula uulgari Romana, hoceſt latiali, Roma enim, ut dixi in latio eſt. Et Statius Siluarum libro quarto in epigedio in patrem ei gratias agit, quòd eius opera tãtum decus, latinas inquam literas ſit adeptus, quibus immortalem gloriam eſt aſſecutus, quas ſi ignoraſſet ſemper uulgare loqui fuiſſet coactus. Ait itaque.

Decus hoc quodcunque liræ primusque dediſti.
Non uulgare loqui, & famam ſperare ſepulchro.

Gratias ago & ipſe immortales patri meo, qui me ſemper uulgare loqui, hoc eſt latinæ linguæ expertem eſſe, non ſinit. Vnde libentius & ſuauius cũ mortuis ſemper uiuentibus; quàm cum uiuis in æternum mortuis loquor. Et Fortunatianus rhet. libro tertio uulgaria uerba ſunt, quibus utitur uulgus, ideſt indocti ſine ratione atque lectione. Probus in Catho Nomina terminata his ſyllabis ſes, ſis, ſos non reperi. ſes inueniun-

tur,

tur, ſed uulgaria Vid s uulgaris grammatice uulgaria uerba quæ ſint? Rurſus Pomponius licet enim accidat & uiuis. Attamen uulgari ſermone etiam mors ſignificatur. Quintilianus libro quarto. Milo non ſolum rebus ipſis uir eloquentiſſimus, quibus moras & lentum profeſsionis ordinem ducit, ſed etiá uerbis uulgaribus & quotidianis, & arte occulta cõſecutus eſt, quæ ſi aliter dicta eſſent ſtrepitu ipſum iudicem & deinde patronũ excitaſſet. erat enim imparatus. Et libro octauo. Eſt in uulgaribus quoque uerbis emphaſis, uiruta eſſe oportet, & homo eſt ille, & uiuendũ eſt, adeo ſimilis eſt arti plerumq. natura. Ibidem. Quod genus non orationes modo ornat, ſed etiam quotidiani ſermonis uſus recipit. Et rurſus. Quibus ſimilia poſſunt cuiq. etiá in quotidiano ſermone ſuccurrere. Et lib. xi. Cõpoſitio eſt maxime a uulgari uſu loquendi remota. Vulgus enim cõpoſitione non utitur. Et libro xij. Adhuc quidam nullam eſſe naturalé putant eloquentiam, niſi quæ ſit quotidiano ſermoni ſimillima, quo cum amicis, liberis, ſeruis loquimur: contenti promere animi uoluntatem nihilque accerſiti & elaborati requirentes. Et paulo poſt. Nam mihi aliá quandam uidetur habere naturá ſermo uulgaris, aliá uiri ac eloquentis oratio. Suet. in libro de illuſtribus grammaticis ait. M. Valerius probus grammaticus cubans inter longos ac uulgares ſermones quædá legere ſolebat. Et in Aug ſpectauit ſtudioſiſſime pugiles & maxime latinos, atq; inter uaria munuſcula togas inſuper ac palla diſtribuit lege

pro-

propoſita ut Romani græco, græci Romano habitu & ſermone uterentur. pugiles latinos exlatio, ſermone Romano & græco nempe quotidiano ac uulgari. Seneca in libro de conſolatione. Verebar, ne hoc non cõſolatio, ſed exulceratio quid, quodque nouis uerbis, ne ex uulgari & quotidiana allocutione opus eſt homini ad conſulandum ſuos. Gellius libro duodecimo. In ueteribus ſcriptis pleraque uocabula uidentur, quæ nunc in ſermone uulgi unam certamque rem demoſtrant fuiſſe in communi. Amianus Marcel. libro trigeſimo primo ſcorpio genus tormenti, quem onagrum ſermo uulgaris appellat. Item ſpartianus in M. Aurelio Antonino ait. Ac talem Fabellam uulgari ſermone contexunt. Vides grammatice ac doctor plebeie tui ſimiles fabellas, hoc eſt, res inanes, quales tuæ ſunt, uulgari ſermone ſcribere conſueuiſſe? En uulgaria uerba, uulgaris & quotidianus ſermo, uulgaris uſus loquendi, latina uulgaris lingua, latinè uulgarè loqui, Romanus uernaculus uulgaris ſermo? Alia eiuſmodi complura adducere potuiſſem, ſed hæc tibi ſufficere debent. Multis etiam imperiti latij uulgi ac ruſticorum uerbis declarandi cauſa uſi ſunt latini auctores. Varro rei ruſt. libro primo ait. Ruſtici etiam nunc quoque uiam ueham appellant propter uecturas, & uellam non uillam, quo uehunt & unde uehunt. Et de pueris educandis. Opilio oues minus idoneas reiculas appellat. Et de lingua latina lib. 6. Triones enim et boues appellãtur a bubulcis etiã nunc maxime

xime cum arant, quaſi teriones. Et columella libro ſecundo. liras autem ruſtici uocant easdem & porcas. Et rurſus ſuccus herbæ, quam ruſtici ſedum appellát. Et libro tertio. Itaque cuſtodiemus ut a prædictis locis, quos humeroſos ruſtici uocant, ſemina legamus. Et rurſus. Sagittam ruſtici uocant nouiſsimam partem ſurculi. Et libro quarto. Palmes, quem foraneum ruſtici appellant. Et rurſus. Quod genus iugi canterium uocant ruſtici. Item. Hoc poteſt intercidi, & diſrarari, quod opus ruſtici caſtrationem uocant. Item. Id genns menſuræ Ciconiam uocant ruſtici. Et libro ſexto, Radix, quam græci ſilphium uocant, uulgus autem noſtra conſuetudine laſerpitium appellat. Et libro ſeptimo. Exiguum alimentum emulgendum eſt, quod paſtores coloſtram uocant. Et rurſus. Degeneris arundinis, quam uulgus cannam uocat. Et libro octauo de gallinis loquens. Genus medicum, quod imperito uulgo litera mutata melicum appellatur. Et rurſus. Genus accipitris tinunculum uocant ruſtici. Et libro undecimo. Puluerationem faciunt, quam uocant ruſtici occationem. Item. Siliquam, quod ruſtici fœnum græcum uocant. Et rurſus Satiui Aſparagi, quam corrudam ruſtici uocant. Et libro duodecimo Tenuia admodum lina, quæ græmia ruſtici appellant. Et Plinius libro octauo de elephantis agens cruciatū in potu maximum ſentiunt hauſta harundine, quam ſanguiſugam uulgo cœpiſſe appellari aduerto. & libro decimo ſexto. Catulitionem ruſtici uocant geſtiente

natu-

natura femina accipere. Et libro uigeſimo quarto. labruſca hanc potius crediderim eſſe, quam uulgus uuá tamianam appellat. Et libro trigeſimo primo. Pondus magnum glebis, quas micas uulgus appellat. Et libro trigeſimo quarto. Ferri materia uires a magnete lapide accipit, retinetque longo tempore, aliud apprehendens ferrum, ut anulorum catena ſpectatur interdum, quod imperitum uulgus appellat ferrum uiuum. Et Suet. in Aug. utebatur betizare pro láguere, quod uulgo lachinizare dicitur. Apuleius libro quarto de quibusdam arboribus loquens. Porrectos caliculos, quos ruſtri uocabulo uulgus indoctum roſas aureas appellat. Sex. Pompeius. paſcula appellant græci, quas uulgus pernas uocat. Et Gellius libro decimo ſexto. laberius in Rectione Calabriunculos uocat, quos uulgus calaburriones uocat. Et rurſus. Audiui quosdam haudquaquam indoctos uiros opinari ueſtibulū uerbū eſſe partem domus priorem, quam uulgus atriū uocat. Et libro uigeſimo. Tubicines quos ſiciniſtas uulgus dicit. Chariſius libro primo. Scriptulum, quod nunc uulgus ſine t dicit, Varro in Plautonico dixit. Probus in Cath. Vappo animal eſt uolans, quod uulgus animas uocant. Seruius in primam Eclogam Vir. Palumbes, quas uulgus tetas uocat. Aelius lampridius in Alex. Seuero. In matrem mammeam unice pius fuit: ita ut Romæ in palacio faceret dietas nominis mammeæ, quas imperitum uulgus hodie ad mammam uocant, Vlpianus in libris Dig. Inſtitores, quos uulgo

uulgo circitores appellamus. Et rurſus. Non tamen ſi incantauit, ſi imprecatus eſt, ſi, ut uulgari uerbo in poſterū utar, ſi exorcizauit. Iulianus. *Tutor, qui repertoriū non fecit, quod uulgo inuentariū appellatur. Caius ubi omnes affinitatis gradus declarauit, ait, ſed uulgus ferè omnes iſtos communi appellatione conſobrinos uocat. Lactātius in libro de uera ſapientia. Titionē enim uulgus appellat extractū foco torrem ſemiuſtū extinctum, licet titio latinū ſit, quo uſus eſt Celſus: ſed Lactātius illud latinum eſſe non putauit. Et Auguſtinus libro iij. de doctrina Chriſtiana excuſat ſe quòd uulgari uocabulo utatur, ait quidem. In græco non ſtoma, ſed oſteon poſitum eſt. Vnde plerunque loquendi conſuetudo uulgâris utilior eſt ſignificandis rebus, quàm integritas literata, Mallem quippe cum barbariſmo dici, non eſt abſconditum a te oſſum meum, quàm ut ideo eſſet minus apertum, quid magis latinam.* Et *Hieronymus ad* Fabiolam *uolo pro legentis facilitate abuti ſermone uulgato, ſolent militantes habere lineas, quas camiſias uocant. Et in Eſaiam. Beatus qui omnia metuit per timiditatem, quos uulgus timoratos in religione Dei appellat. Procopius, qui Gothorum temporibus fuit, & illorum latrocinia ſcripſit, libro ſecundo belli perſici ait. Theodorus reſponſionibus imperatorijs præerat, referendarium latini hoc munus appellant latini ſcilicet populi in uulgari ſermone, nam latine a libellis dicitur. Et libro iiij.* Signum Romani *bandum uocant. Huiuſmodi locutio*

nes ſexcentas afferre poſſé. Quos latinos ſcriptores de ſermone,uerbiſq. uulgaribus,de uulgi ac ruſticorũ uocabulis,ac loquẽdi uſu,quotidianoq́ ſermone quæ omnia idem ſunt,mentionem facientes, de latino uulgari ſermone, de latinis ruſticis, ac uocabulis intelligere, propalam eſt præſertim etiam quòd ipſorum quidam imperitum & indoctum uulgus dicunt. ita græcos ſcriptores de attica uulgari lingua, atticoue uulgo. Nam de prouincialibus ſic ſcribunt, Galli, uel Hiſpani id ſic appellant, & item de reliquis, ita & de cæteris Italiæ populis, ut Plinius, Veneti, uel Tuſci, uel Sabini id ſic appellant.Non enim dicitur Pannonios, & Dalmatas uulgare loqui,ſed illos Pannonicè, hos Dalmaticè loqui & item de reliquis, ſic & olim de italis,præter latinos ipſos, quia unum duntaxat loquendi modum communem omnibus habent.Græci autem, latini, & Hebræi, quia duos loquendi modos habẽt; uulgarem communem omnibus, & ſingularem, hoc eſt regularem, uulgare loqui quandoque dicuntur reſpectu literate loqui. Sunt enim uulgare, & ſingulare ac regulare, ferè relatiua, nam uulgare dicitur reſpectu ſingularis ac regularis, & ſingulare ac regulare reſpectu uulgaris. Eſt enim uulgare quotidianum, populare, publicum & commune omnibus, ſingulare autem & artificiliale, rarum, excellens non omnibus natura commune. Neque dicendum eſt, ut quidam ſemidocti opinantur, latium uulgus in quotidiano, uulgari communique ſermone, item olim tuſcos, Venetos, Sabi-

Sabinos, aliosque Italiæ populos, & prouinciales res ex arte grammatica nominaſſe quia latini auctores ſuis in ſcriptis latij uulgi ac ruſticorum, & aliarum gentium uocabula ex arte protulere: ſed quia auctores ipſi latine ex arte grammatica ſcripſerunt, neceſſe habuerunt ea ex arte ſcribere: ſic & græci ſcriptores. Tale eſt illud Apuleij libro nono de aſino aureo perperam a quibuſdam intellectum. Qui militem latini ſermonis non neſcium percontantem facit hortulanum quorſum uacuum duceret aſinum: & hortulanum latini ſermonis ignarum iam a milite uite percuſſum, ſe quid ille dixerit non intellexiſſe reſpondentem. Eumque iterum a milite interrogatum ubi duceret aſinum intellexiſſe dicit. Et ob id quidam Romanos omnes olim generatim latine literate, ſed alios alijs doctius fuiſſe locutos aſtruunt, quaſi figmentum id in territorio Romano, aut in aliqua alia latij parte accidiſſe dicat Apuleius. Cum hortulanus ſe non Romam, ſed proximam ciuitatem petere, & miles de proximo quopiam caſtello ſui præſidis ſarcinas aſinum aduehere oportere dicat. Imo uero omnia de aſino aureo figmenta in Theſſalia accidiſſe Apuleius ipſe in proœmio memorat. Et militis, qui cuias fuerit non exprimitur, iactantiam, inſolentiam, & ſtultitiam notat. Quippe qui illum cum ruſtico homine latine literate facit loquentem. Neque miles ſecundo ubi, ſed doui uulgari uocabulo hortulanum, ſi uterque Romanus aut latinus homo fuiſſet, compellaſſet.

Nam ſi ubi intellexiſſet hortulanus, intellexiſſet utique & quorſum. Vtrunque enim latinum ex arte grãmatica eſt. Neque quorſum ornatius aut latinius eſt, quàm ubi, ut quidam parum prudenter autumant, & aliud ſignificat quorſum, aliud ubi. Hortulanus autẽ ſe latini ſermonis omnino expertem confeſſus eſt, demiſſeque militi reſpondit ſe non ornatus & elegantiæ, ſed latini ſermonis inſcitia quid ille diceret minime intellexiſſe. Neque miles ſi ſecundò hortulanum latine literate percontatus fuiſſet, ſolœciſmum feciſſet, ſed planiori uocabulo uſus eſſet, ut quo. Etiamne aſinus ille aureus erat, & loquebatur, & latine loquebatur, quia Apuleius illum loquentem facit? Qua figura pro ſopopæia dicta identidem poetæ utuntur, qui etiam deos deasque loquentes inducunt. Ergo ſermo ille inter militem & hortulanum, etiam ſi res geſta fuiſſet, nequaquam latinus fuiſſet habitus, ſed lingua hortulano patria. Cæterum quia Apuleius latine ſcripſit, figmenta illa latine expreſſit. Non enim Horatij uilicus latinas literas metrique rationem callebat, quia ad eum Horatius ipſe epiſtolam metrica ratione ſcribit, uerius ſcribere fingit. Neque *cum in epiſtolis libro ſecundo, & Virgilius &* Theocritus *in Buccolicis ruſticos colloquentes inducunt, eosque alternis uerſibus cantitaſſe, ac certaſſe ſcribunt, ruſtici ipſi latinis græcisque uerſibus ex arte grammatica, metricaue ratione editis colloquebantur & certabant, ſed uulgares cantilenas canebant, eisque certabant. Qui, ait*

Por-

Porphirio in ſecundum librum Epiſt. Hor. ſe carminibus utique uulgaribus delectabant, cum diuinis rebus operam darent. Neque cum tot homines omnis ſexus, ætatis & conditionis diſpari lingua, qui a quolibet auctore uel hiſtorico, uel oratore, uel poeta quocunque metri genere ſcripſerit, ſiue latino ſiue græco ea ipſa lingua, ea elegantia, & eloquentia, ac ſtylo, aut eo metri genere locuti ſunt, ut auctor ipſe ſcripſit. Cum etiam plerumque eandem rem plures alio atque alio ordine, ſtylo, ac uerbis ſcribant. licet poetæ plerunque ſicta non uera ſcribant. Neque libri de re ruſtica latine & græce literate & ſoluta oratione, & metrica ratione editi in uſum ruſticorum; ſed eruditorum ſunt ſcripti, nam nobiles ac proceres ciuitatis uſqueadeo agriculturæ operam nauabant, ut in agris commorarentur, & inde cum opus erat accerſebantur in ſenatum. Et quanquam latinam & atticam, ſicut Hebraicam linguã per antonomaſiam ex his quæ huc uſque dicta ſunt, arte grammatica conſtare, eamq. latinos, & atticos & Hebræos pueros, ni in ſcholis a magiſtris didiciſſent, ſcire non potuiſſe propalam ſit, tamen quædam adhuc hac de re dicenda ſunt. Equidem de ſcholis, ludisque literarum, de grammatica grammaticisque, ac magiſtris, qui pueros literas & grammaticam docebant, identidem mentio ſit a Platone, & præſertim in Protagora, Euthymo, & Charmide: item a Cicerone, Varrone, Quintiliano, alijsque & græcis & latinis auctoribus.

Item de dictatis, quæ pueris in ludo a magiſtris dabantur, ut modo quoque fit, meminit Varro libro v. de lingua latina. Item Seneca *Epiſt. libro quarto, ubi ait. Pueri ad præſcriptum diſcunt. Magiſtri ludi pueris ſcripta dant, quæ imitentur. Et Aſconius in primam orationem Ciceronis in Verrem ſuper illud, magiſter ludi, ait, literarij ludi magiſter, omnem enim ſcholam ludum dixere* Romani, *& magiſtri ludi dicuntur, qui primas literas docent, Ergo libellum ueterem uult intelligi attuliſſe Cæcilium, unde magiſter dictata pueris præbere conſueuiſſet. Plautus in Merc. ut de ſcholis aliquid, præter eaque dicta ſunt, dicamus, inquit. ubi hodie ire in ludum occepiſti literarum, & in Truc. literas didiciſti, quádo ſcis, ſine alios diſcere. Homerus, ait Herodotus, a Themio literarij ludi magiſtro* Smyrnæ *literas & muſicam iuuentuti tradente literas didicit. Atque eo uita functo Homerus ipſe ludo literario præfectus fuit. Et literarum græcarum formas, ut quidam uolunt, correxit, & grammaticas obſeruationes, & orthographiæ rationem emendatiores græcis dedit.* Romulus *&* Remus *Gabijs latij urbe a magiſtris, quod oſtendam, literas didicerunt. Liuius quoque Andronicus, & Ennius alijque & poetæ & Oratores, ait Suetonius in libro de illuſtribus grammaticis & domi & foris utranque linguam docuerunt. Horum Liuius Liuij Salinatoris filios, præter cæteros, literas docuit. Et in urbe uicatim ac triuialiter ludi literarij, & præſertim in foro,*

foro, in tabernis, ait Liuius libro tertio & Dionyſius Halicar. libro undecimo, erant, ubi pueri literas grammaticamque artem a magiſtris ediſcebant. Et Tuſculi, ait Liuius libro quinto, ludi literarum erát Camilli ætate. Et puteolis ludum literarum Augu-ſti ætate fuiſſe oſtendimus. Et in Sicilia latinarum literarum ſtudia fuiſſe oſtendit Cicero in Verrem de Cæcilio laquens. Iam uero extra Italiam ubique propè terrarum ſtudia latinarum literarum fuiſſe demonſtrauimus. Et Quintilianus magiſtros triuialis ſcientiæ, ideſt grammaticæ appellat eos, qui in triuijs pueros docent, cuius titulus eſt de ſcholis, ubi, præter cætera utilius eſſe pueros in ſcholis, quàm domi erudiri oſtẽdit. Et Gracchos in ſcholis literas a magiſtris didiciſſe oſtendimus. Et Cato, ait Val. Max. libro octauo pe nè iam ſenex latinas literas didicit, & fortaſſe ab Ennio, a quo, ait Plinius in libro de uiris illuſtribus, græcis litteris inſtitutus fuit. & quidem penè ſenex, ut Cicero in Catone ait. Qui Ennius, ait Cicero in Bruto, Q. Nobiliorem M. filium latinis literis erudijt. Chilo Catonis Seruus, ait Plut. pluribus pueris literarum ludũ aperuit, Ouidius libro ſecundo de arte amandi monet Romanã iuuentutem latinam græcamque linguam ediſcere. Vbi ait.

Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit, & linguas edidiciſſe duas.

Quando autem ut dixi, uſpiam locorum ludus linguarum patuit, ubi patrias linguas pueri ediſcerent a

magiſtris abſque tribus his Hebræa, attica, & latina ex arte inſtitutis? Cæterum, ut ſemel atque iterũ, ac tertio dixi, grammatica ars non modo a principio, ſed per multa quoque temporum curricula tenuis fuit. Vnde Quintilianus libro primo inſit. Grammatica tenuis a fonte aſſumptis poetarum, hiſtoriarumque uiribus pleno iam ſatis alueo fluit. Cum præter rationem rectè loquendi non parum, alioqui copioſam propè omnium maximarum artium ſcientiam amplexa ſit. Et Suetonius in libro de illuſtribus grammaticis ait. Grammaticæ initium mediocre extitit. Inde ſub ennij mortem annis ſeptuaginta, poſtquam Liuius fabulam dedit. Crates Mallcotes Ariſtarchi æqualis ab Attalo rege ad Senatum miſſus inter ſecundum & tertium bellum punicum Romæ grammaticam doctius atque eruditius, quàm ſolebãt noſtri, ut homo græcus docuit, quod noſtris exemplum fuit ad imitandum. Qui hactenus imitati ſunt, ut carmina parum adhuc diuulgata uel defunctorum amicorũ, uel ſiquorum aliorum probaſſent diligentius retractarent; ac legendo commentandoque etiam cæteros interpretabantur, & grammaticas obſeruationes emendatius ediderunt. Nimirum Ennius quidam Ennij poetæ poſterior duos libros de literis ſyllabiſque, item de metris ſcripſit, ut L. Cota apud Suetonium ait. Grammaticæ autem antiquæ meminit Varro, qui libro tertio de lingua latina ait. Singulorum uerborum origines expediam, quorum quatuor explicandi gradus, primus, in quo etiam

popu-

populus uenit, quis enim non uidet unde aurifodinæ etiam uocurrus. Secundus, a quo grammatica deſcendit antiqua, quæ oſtendit quemadmodum quodque poeta uerbum confinxit, quod declinarit. Hic Pacuuius paruirudentum ſibilus, hic incurui ceruicum pecus, hic clamyde clupeat brachium. Vtique uetuſtiſſimi latini ſcriptores non modo ante urbem conditam, ſed poſt etiam, ut dixi, per multa temporum ſpatia latij uocabula delectu parum diligenter habito in artem ipſam latinamque linguam referebant, & in componendis uocabulis erant ſubrudes: Vnde repræhenditur ab Horatio Ennius quòd arte rudis fuerit, repræhenduntur & alij omnes, qui a liuij tempore fuerunt, qui aliquanto diligentius ac cultius, quam ſui maiores ſcripſerunt, quorum ſcripta in poſterorum memoriam uenerunt, quòd in deligendis uocabulis parum caſti ac prudentes extiterint. Et Laberius poeta repræhenditur, ut Gellius libro decimo ſexto prodit, quòd uerba multa nouauit, necnon obſoleta quoque, & maculantia ex ſordidiore uulgi uſu ponit. Et Fronto queritur apud eundem Gellium libro decimonono. quod a Laberio ipſo ignobilia nimis & ſordentia in uſum linguæ latinæ intromiſſa ſint. Verum Romani paulatim Atticos imitati, qui & ipſi atticam grammaticam, ac linguam paulatim, ut dixi, emendarunt & auxerunt, latinam grammaticam, & linguam ſimul cum

lite-

literarum formis cultiorem reddiderunt & uenuſtiorem. Nam repudiatis ſupploſisque ſordidis, duris & aſperis uulgi uocabulis clara & ſpecioſa deligebant, & in eis componendis lautiores extitere ueteribus & prudentiores. Necnon multa ſpecioſa atque optima noua uocabula fecerunt, quo latinam linguam politiorem redderent & uberiorem, quædam etiam græca latinitate donarunt. Lauinius, ut Gellius libro uigeſimo fert, librum exarauit de uerbis ſordidis, quibus latini ſcriptores abſtinerent. Et Cæſar rationem adhibens corruptam ideſt deprauatam & abſonam loquēdi conſuetudinem emendauit. Plura alia hac de re reſtant dicenda libro ſequenti, cum de origine & incremento latinæ linguæ ſermocinabimur. Proinde & rationibus & auctoritatibus ſatis ſuperque oſtenſum eſt latinam linguam per antonomaſiam non natura fuiſſe Romanis, cæterisque latinis ſed arte grammatica conſtare, eamque pueros olim, ut nunc, in ſcholis a magiſtris didiciſſe, nec a barbaris corrumpi potuiſſe, nec poſſe. Quod ipſum qui neſcit ruſticus eſt & hebes magnaque in inſcitia atque inconſtantia uerſatur, nec prorſus quid grammatica, quid latina lingua ſit, uidet, cuius oculis, qui tanta in luce calligant, faces ſunt admouendæ: qui diſſimulat ingratus, præſertim qui latinæ linguæ beneficio nomen aliquod induit, & opes ac dignitates eſt adeptus: qui negat perditus: qui calumniatur, iniquus atque amarulentus atque importunus atque deteſtandus. Eant igitur nunc, eripiantq.

fugam

*fugam quam celeriter noſtri noui uulgares academi-
ci, uerius ſceptici populares doctores imo deceptores,
plebeij grammatici, rectius Fanatici, uulgares poe-
tæ, uerius boeti & idiotæ, uaniſſimi homines, latinæ
grammaticæ, latinæque linguæ ignorantiſſimi, Italo
nomine indigniſſimi, Italæ iuuentutis pernicies, lucrio
nes (omnia enim quæſtus gratia agunt) qui latinam
linguam execrantes, ac tot aniles & pueriles nænias,
& lacinioſas ineptias lucri cauſa ſcribentes iuuentu-
tem tot affanijs ac præſtigijs fefellerunt, & abdant ſe
quo poſſunt longiſſimè e conſpectu hominum in Siluas
& pecudum latibula. Eia nunc agite obſecro uos ò
Romani ueſtrum romanum nomen circumſpectum &
omnibus gentibus uenerandum conſiderantes, roma-
namq. grauitatem cuſtodientes, ac ueſtræ latinæ lin-
guæ maieſtatem, ut par eſt, tuentes uulgares libellos
igni tradite, & in latinam ueſtram linguam ſedulo &
acri animo incumbite. Nunc autem par eſt nonnihil
de natiuo uernaculo quotidiano familiari populari
uulgari latino ſermone eloqui, & prius de eius corru
ptione. Quandoquidem latinus ipſe uulgaris ſermo
(diximus enim uulgare pro populari natiuo uernacu
lo interdum accipiendum eſſe) ob frequentem barba-
rorum in urbem acceſſum, qui ſiue eam uiſendi gra-
tia, ſiue uarijs fortunæ caſibus agitati ad eam ueluti
ad portum confluebant, ſemel atque iterum, quod qui
dem legerim, ab ipſis Romæ corruptus fuit: nam ex
tra urbem in reliquo latio, quia barbari minime uer-*

ſaban-

ſabantur, integer manſit, & incorruptus. Corrumpitur autem uulgaris latinus ſermo, ſicut Atticus et Hebræus, tribus modis, ut dixi, uno modo cum pro latiali uocabulo peregrinum ac barbarum uſurpatur. Secundo quando latialia uocabula non eis literis & ſono efferuntur, quibus latiali more ſunt pronuncianda: tertio modo quando latialia uocabula ab eo ſignificatu ad quem ſignificare nata ſunt, in alium trahuntur. Hac corruptione ac barbarie Itali quidam & peſſime omnium Tuſci natura ipſa potiſſime laborant, & tum ipſi tum ipſorum operæ ſuis libellis urbem, Italiamque reliquam, quod ſæpe queſti ſumus, referſerũt. Deprauatus autem corruptusque fuit Romæ latinus ipſe uulgaris ſermo primo poſt primum fœdus cum Carthaginienſibus ictum, qui ſua barbara uocabula in urbem intulerunt, ut Polibius libro tertio ſcriptũ reliquit. Vbi ſic ait. Primum fœdus inter Romanos & Carthaginienſes initum eſt ſtatim poſt eiectum urbe regium nomen L. Bruto, & M. Valerio conſulibus. Tanta enim facta eſt mutatio Romanæ linguæ ab ea tempeſtate in hodiernum diem, ut etiam qui antiquitatis peritiſſimi ſunt, pleraque nonniſi difficulter intelligant. Fuit autem regium nomen, rex, inquam, Tarquinius ſuperbus, urbe exactum, ut Liuius libro primo tradit, ab urbe condita anno ducenteſimo quadrageſimo quarto. Itaque ab eo primo fœdere ad ea tempora, quibus Liuius poeta fabulam dedit, fluxere anni centum ſexaginta ſex. Quo tempore latinus ipſe Ro

ma-

manuſque natiuus uulgaris ſermo a Romanis ipſis diligentia adhibita (apud mulieres enim, & in reliquo latio, ut dixi, incorruptus permanſit) fuit emendatus peregrinis barbariſque uocabulis & pronunciatione urbe eiectis. Nam Liuius latine, etſi impolite, (ſumebantur, enim, ut oſtendi, uocabula e medio & latinitate donabantur) non barbare ſcripſit. Et Næuius, qui poſt Liuium inter primum & ſecundum bellũ punicũ ſcripſit, caſtè latine & ſi non adeo politè, ſcripſit. Item Plautus, qui poſt Næuium poſt ſecundum bellum punicum ſcripſit, adeo caſte latine locutus eſt, ut neque ipſæ muſæ caſtius & latinius loqui potuiſſét. Vnde Varro apud Quintilianum libro decimo ait. Muſas Aelij Stolonis ſententia Plautino ſermone locutas fuiſſe, ſi latine loqui uellent. Quare Lælia ſanequam laudatur a L. Craſſo quòd & in regulari, & in quotidiano uulgariq. ſermone probe loqueretur, ſuauiterq. pronunciaret, ita putat Craſſus ipſe illius patrẽ ac maiores locutos. Lelij quoque & Scipionis ſæculo Romanus uulgaris ſermo purus erat Romæ, quo tempore Terentius ſcripſit. uerba & ipſe & alij ex auctoribus ſumentes, & alia cum delectu innouantes. Sed poſtea iterum a barbaris, qui in urbem confluxerant, aliquã tispèr corruptus fuit. Verum cum a bellis ocium fuit, eum Romani emendarunt ſuis uocabulis & pronunciatione utentes, & peregrina ac barbara relinquentes. Nam, ut oſtendi, Auguſti ætate ſermo ipſe incorruptus erat. Et Cic. & Varro, et alij illius, & ſuperioris ætatis

uiri

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

uiri caſte & purè latine locuti ſunt, ideſt ſcripſerunt. nam loqui pro ſcribere, & pronunciare pro loqui ſepæ numero uſurpatur præſertim a Cicerone, uerba, ut dixi & ex auctoribus ſumẽtes, & alia ipſi innouantes & facientes. Ait igitur Cicero ipſe in Bruto. Mitto C. Lælium, P. Scipionem, ætatis illius iſta fuit laus, tanquam innocentiæ, ſic latine loquendi, non omniũ tamen, nam illorum æquales Cæcilium & Pacuuium male locutos uidemus, ſed omnes, tum ferè, qui nec extra urbem hanc uixerunt, nec eos aliqua barbaries domeſtica infuſcauerat, recte loquebantur. Sed hanc certe rem deteriorem uetuſtas fecit & Romæ, & in Græcia. Confluxerant enim & Athenas, & in hanc urbem multi inquinate loquentes ex diuerſis locis, quo magis expurgãdus eſt ſermo, et adhibenda quàm obſtruſa ratio, quæ mutari non poteſt, nec utendum prauiſſima conſuetudinis regula. Et in Epiſtola ad Papirium Pætum. Veteres atque urbani ſales ſalſiores ſunt, quàm Attici. Ego mirifice capior facetijs maxime noſtratibus, præſertim cum eas uideam primũ oblitas latio; tum etiam cum urbem noſtram eſt infuſa peregrinitas. Nunc etiam brachatis & tranſpadanis nationibus, ut nullum ueteris leporis ueſtigiũ appareat. Plato quoque Atticam uernaculam quotidianam uulgarem linguam (regularem enim, ut oſtẽdi a barbaris corrumpi non poteſt) uitiatam fuiſſe aſtruit. Ait enim in Cratylo de dæmone uocabulo loquens. Ex noſtra iſtud priſca lingua nomen exiſtit. Et

paulo

paulo poſt. Præterea ſi hoc ſecundum priſcam Atticorum linguam conſideraueris, magis intelliges, reperies quod pauliſper mutatum eſt. Et rurſus. Reor equidem multa nomina græcos a barbaris, eos præſertim, qui ſub barbaris ſunt, habuiſſe. Et rurſus queritur Atticam linguam fuiſſe deprauatam, ait quidem. An ignoras nomina uetera diſtracta iam fuiſſe, atque confuſa a ſermonis tragici ſtudioſis elegantiæ gratia addentibus & ſubtrahentibus literas? ac partim temporis diuturnitate, partim exornationis ſtudio undiq. peruertentibus. Talia faciunt, qui oris illecebras pluris æſtimant, quam ueritatem, qui effecerunt, ut nemo iam nominum ſenſum animaduertat. Et rurſum queritur multas literas in quotidiano uulgarique attico ſermone ob barbarorum in Athenas frequentiā fuiſſe immutatas, idque mulierum loquendi uſu probat, quæ antiquitatem tenatius ſeruant, id quod etiā Cicero, ut oſtendam, ſcribit, quòd peregrinorum ſermonis ſunt expertes. Ait igitur. Dicā equidem, haud præterit maiores noſtros frequenter ι & δ uti ſolitos, nec rarius mulieres, quæ maxime priſcam uocem ſeruant. Nunc autem pro ι, uel ipſum ε, uel η adhibent, pro δ uero ζ, quaſi hæc magnificentius quiddā ſonent. Et ibidem dicit id quod iam uerum eſt, quòd ex detractione, additione, immutatione, & tranſpoſitione literarum uocabula non id ſignificant, ad quod ſignificare ſunt nata, quinetiam plerumque contrariū ſignificant. Ait quidem. Quoties dico quòd addentes,

ac de-

ac dementes literas longe nominum ſenſum uariant, adeo, ut ſæpe exiguum quid mutantes contrariam ſignificationem inducant. Et rurſum. Etenim cum paſſim uocabula diſtrahantur, nihil mirum eſſet, ſi priſca lingua cum noſtra collata nihilo a barbarica uoce differat. Et Cicero libro tertio de Orat. Quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris uitioſius & deterius futurum. Queruntur atque indignantur impēdio umbritius, & Iuuenalis Sat. tertia, quòd urbs barbarorum ſermone, eorumque ac græcorum moribus corrupta eſſet, quodque quibuſdam exotica peregrinaque uox gratioſior, quàm latina patria ac uulgaris uideretur. lamentatur & Varro libro ſecundo de analogia, quòd barbara quædam uocabula fuerint a barbaris in urbem inuecta, atque uehementer inſimulat eos, qui tantæ prauitatis fautores erant illis utendo, inquit enim. Iam ſeruos habet priſcis nominibus? Quæ mulier ſuum inſtrumentum ueſtis atque auri ueteribus nocabulis appellat? Sed inductis. Non tam illis iraſcendum eſt, quàm huiuſmodi prauitatis patronis. Paulus Farneſius homo Romanus, uir grauis ac Pont. Max. ſua patria lingua, ut par eſt, oblectatus Tuſcorum uanitatem, & inſolentiam ac barbariem permoleſte ferebat, prænimiſque indignabatur eos, qui ea utebantur. Audiui ego matronas quaſdam Romanas querentes nimis de his temerarijs plebeijs doctorculis, qui nil aliud, quàm audere ſciunt, quòd ſuis libellis barbariem in urbem intulerunt, quòd, præter

cætera, cſi euangelium in templis legeretur omnia uerba intelligebant, ſed quædam nunc eſſe, quæ uix intelligant. Proinde latinus Romanusque uulgaris ſermo, ut Cicero, itemq Varro, atque alij omnes boni urbis, latij, Italiæq. ſuæ ſtudioſi monēt, ruſtica ac barbara uoce procul ab Italia profligata, omni ſolertia emendādus eſt, non fœdandus. Aſſuefaciendumq. eſt ſermoni puro latiali, & pronunciationi rectæ. Sic enim pueri aſſueti facilius latinam literariam linguam ediſcent. Nam uerba ipſis cū lacte nutricis haurientibus haud multus labor in ipſis querendis relinquetur, ſed ſponte intra priuatos lares occurrēt, ut latinis pueris et olim & nunc, nec aliud reſtat addiſcere niſi grāmaticā artē, & uerba recūdita, & recte latine pronūciabūt. Et mulieres ac cæteri idiotæ, quæ in tēplis legūtur, intelligēt. Qua in re enitar, ut emendetur, nā præ manibus habeo abſolutū librum uulgari latiali ſermone cū dictionario uulgari in quo tuſcorū barbariē & aliorū errores oſtēdam. Non enim uitioſa, praua, ac peruerſa tuſcorum plebeiorumque ſcriptorum imitatione ac conſuetudine, ſed ratio & ueritas eſt ſequenda, ut probe ſcribit Cicero, qui libro ſecundo de Orat. ait. Ridiculū quod ex quadā deprauata imitatione ſumi ſolet. Et libro tertio. In omni re uincit imitationem ueritas. Et Auguſtinus rationi & ueritati & error ac praua cōſuetudo, quæ dediſcenda eſt, cedere debet. Latialis enim uulgaris ſermo, ut ſæpe dixi, per ſe clarus eſt, & mitis, lenis, ac purus, pronunciatio ſuauis & blanda nil barba-

riei

rici continẽs,cui nihil additamenti opus eſt. Non enim fons lympidam atque optimam aquam ſcaturiens alicuius impuri riuuli uel cœnoſæ lacunæ aqua eget, ut clarior fiat, cum potius fœdetur, neque aurum ſcoriæ commiſceri debet,ut purius euadat,optima enim ſi deterioribus commiſcentur, fœdantur. Et par eſt, peregrinos in urbe domoque aliena indigenarum,& ſeruos dominorum ſermone loqui, non indigenas peregrinorũ, & dominos ſeruorum. Iam uero aduenas Troianos indigenarum latij ſermonem didiciſſe, ac ueſtium morumque Priſcum uſum ſeruaſſe, non latinos Troianorum oſtendit Maro libro duodecimo, ubi id Iunonem petentem a Ioue, & hunc illi facit pollicentem. Illa enim, inter alia, ſic dicit.

Nec uetus indigenas nomen mutare latinos
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque uocari,
Aut uocem mutare uiros, aut uertere ueſtes.

Hic uero ſic.

Do quoduis,& me uictusque uolensque remitto,
Sermonem Auſonij patrium, moresque tenebunt.
Vtque eſt, nomen erit.

Numa quoque,ac Tarquinius priſcus, item Imperatores quidam, ac pontifi[illegible] peregrini homines latiali ſermone loquebant[illegible]rum Romani. Nam ſi T[illegible]e ac bar[illegible] eſt & illuſus ille apud [illegible], quòd appludam latium [illegible]oleтum, & a communi lo[illegible]tuliſſet, & Phauorinus philo ſophus

ſophus apud eundem Gellium libro primo, uitio uertit adoleſcenti cuipiam quòd itidem uetuſtis & obſoletis uocabulis uteretur, quanto magis uitio dandum eſt pronunciatione & uocabulis peregrinis ac barbaris utentibus? licet nouitij plebeij doctores & ipſius Phauorini uerba perperam intelligant, qui dicit, præſentibus uerbis eſſe utendum, & Quintiliani, qui dicit ſermone nobis utendum eſſe, ut numo, cui publica forma eſt, & Horatij, qui in Poetica ſoliorum exemplo utés dicit uetera quædam uocabula interijſſe, & alia loco eorum nata fuiſſe. Quorum auctorum uerbis plebeij ipſi doctores innixi dicunt licere ſibi claris latinis uocabulis & pronunciatione abdicatis ac reiectis, in ſermone uulgari uti nouis barbaris & inſolentibus, quaſi de uulgari ſermone, quem omnino negant apud priſcos Romanos fuiſſe, & non de literario grammatico hi auctores loquantur. Cum & hi & alij omnes communem eruditorum latine loquendi conſuetudinem, ut dixi, oſtendamque uberius, ſeruandam fore iubeant. Et Gellius libro undecimo uerbis nouis duris & illepidis nullo modo utendum nobis eſſe cenſet, & moleſtius culpatiusque eſſe ait uerba noua & incognita in latino ſermone dicere quàm inculcata & ſordentia. Et Cæſar iubet ut tanquam ſcopulum fugiamus uerbum inauditum & inſolens. Ergo tum uetera obſoleta ac dura uerba, tum noua dura, illepida, incognita, inaudita, & inſolentia in latino ſermone fugienda ſunt, & præſentibus ac nouis claris & ſelectis ab eruditis au-

ctoribus factis & uſitatis ueluti numo non quidem adulterino, ſed uero, cui publica forma eſt, ut edũ nobis eſt: iã uero uetera quædam quòd dura uiderentur interiere, hoc eſt deſierũt, ut topper, appluda, aſſir, dabenus gabalus, glutus, incita, taratantala, rauus, rapones, antigerio, exanclo, collutulo, meno, malaciſſo, corgo, lallo, pauio, oppuuio, oppuuius, andruo, anculo, & alia quædã cõpoſita dura et loco horũ alia nata, ideſt factaſũt; ut pro antigerio & topper cito, & ualde, pro appluda canica, et fulfur, pro gabalo crux, ſic et alia. Multa, ut oſtendi, dura mollita ſunt, ut ſtlis, eanus, lis, ianus, & alia. Cecidere & primigenia quædam, ut cello, lido & alia, quorum coniuncta in uſu ſunt. Quòd autem Horatius ſequitur. Si uolet uſus uocabula, quæ ſunt in honore cadent, *& eorũ loco renaſcentur, hoc eſt fiunt alia, poteſtatẽ communis eruditorũ conſuetudinis innuere uoluit Horatius, quæ uerba aut recipit, aut repudiat. Ergo uſus non quidem rudis & ignari uulgi, ſed eruditorũ conſenſus, nõ uulgare loquendi, ſed latine literate. Vnde* Gellius li *xij. ait.* Neque *fieri debet quaſi priuilegio quodã inſcitæ conſuetudinis, ſed certa rationis obſeruatione. Et omnes eruditi ruſticitatem & barbariẽ & in literario, & in uulgari ſermone fugiendã, & ex urbe pellendam iubent. Quare ſciant noſtri populares doctores, quòd ſtudioſorũ latinæ linguæ uſus & loquendi ratio, libentius patietur, ut ueteribus illis uerbis utamur, quibus uſi ſuut Liuius poeta, Ennius, Pacuuius, aliȷque ætatis illius, quæ, quòd poſteriori ætati dura & incul-*

inculta uiſa ſunt, deſierunt iterum renaſcantur reuiuiſcantque, quàm ut pulchra illa et ſpecioſa, quibus Ciceronis ætas uſa eſt, omittẽtes, utamur nouis barbaris ſordidis & inſolentibus, & quidẽ certe id expreſſit Horatius. Id etiam Quintilianus libro decimo ſcribit, qui ait. Cũ uerba intercidant, inualeſcantque temporibus, & quorũ certiſſima ſit regula in conſuetudine, eaq. non ſua natura ſint bona, aut mala, nam per ſe ſoni tantũ ſunt. Sicut enim operæpretium fuit inuento auri uſu non plumbeo ſed aureo anulo uti homines, & inuento tritico, triticeo pane ueſci non glandeo: ita abſurdum ac ſtultum eſt omiſſo auro ac tritico uti deterioribus. Quæ eſt autem, Cicero in Orat. ait, in hominibus tanta peruerſitas, ut inuentis frugibus glande ueſcantur? Quisquam enim tam temerarius & audax reperietus? Quotus erit iſte inſolens barbarusque, qui reiectis repudiatisque urbanis, claris, cultis, ſpecioſis & lectis latinis uocabulis, quibus tot clariſſimi auctores uſi ſunt, utatur pro his deterrimis, inſolentibus & barbaris uel in latino grãmatico, uel in uulgari ſermone? Et relicta ſuaui latiali pronunciatione, aſpere dure, ruſtice & putide pronunciet? Cũ & Cicero, & Varro, & Quintilianus aliiq. omnes non minoris, ut dixi, faciant pronunciationem rectam, quàm latialia ipſa uocabula artemque grammaticam. Quare iubent ut uerba latina ſint, non peregrina, & in oratione ex arte grammatica & eruditorum uſu collocentur, et pronunciatio ſit ſuauis et recta, nã ſecus barbariſmus fit et ſolæciſmus.

Vtque in literario grammatico ſermone recta ipſa germana latina pronunciatio conſeruetur, monent ut peregrina uox ſonusq. caueatur. Sed certi homines inquinate loquentes ſe pure latialiter loqui non poſſe dicere non erubeſcunt. Quod ad dediſcendas ruſticas ac barbaras uoces tempore excludantur; ſed uereor ut hi ſtulti ſint & ignaui, & in ora prudentum pro ludibrio abeant, qui ut barbariem in paruum tempus ediſcerent, & pure ac recte loqui dediſcerent tẽporis ſpatijs excluſi minime fuere. Obliti ſunt Oſci, Tuſci, Sabini, Vmbri, Marſi, Samnites, Lucani, Ligures, cæterique Itali ſuas priſcas barbaras linguas inter ſe diſcretas, & a latiali prorſus diuerſas & latialem ipſam didicerunt, non dediſcent nunc in modicum tempus errores aliquot in latiali ipſa lingua? Cæterum dicet fortaße quis, nil refert, his an illis uocabulis & pronunciatio neutamur, modo mutuo nos intelligamus, præſertim quod nomina ſunt ad placitum. ſed huic guttus mulſi eſt impingendus ut deſiſtat fatue ac ſtulte loqui, qui nil a barbaris imo a belluis differre uult, quaſi Scytæ, Aegyptij, Getæ, Arabes, cæterique omnes barbari, ac demum bruta animalia non ſe mutuo intelligant. Vocabula ad placitum ſunt, non abnuimus, ſed non omnium eſt indere nomina rebus, ſed ſapientis. Cumq. a ſapientibus ſint iam rebus nomina impoſita & tot ſæculis uſurpata, quis tantus es tu, qui hæc abolere aut confundere niteris? Non uides, quod una litera mutata, aut addita, aut ſublata, aut tranſpoſita atq;

etiam

etiam accentus uocabulorum ſignificatum mutat? ſed aliud eſt, inquis, latine, aliud uulgare loqui. O fatue nonne idem ſignificant panis, uinum, mel, oleum, amo, curro, dormio, cras poſt cras, ſemper, & alia omnia in uulgari ſermone, quod in latino literato? Nonne oſtendi literarum ſonos a natura eſſe, figuras uero earum repertas, & literas ſiue ſcriptas, ſiue non ſcriptas, ſiue ex arte grammatica, ſiue citra artẽ modo ſemper eodem leni, miti & ſuaui ſono latiali more eſſe pronũciandas? ſatis indicat Auguſtinus libro tertiodecimo de Ciuitate Dei de inſufflatione loquens quanti momenti ſit uera & germana uocabulorum cognitio ad artes omnes ac diſciplinas intelligendas. Quare refert & Eccleſiæ Dei conſeruatio & integritas natiuæ uernaculæ popularis uulgarisque latialis linguæ ad diuinas literas intelligendas. Iam uero dixi, cur ſcelesti, ac peruerſi, ac profani meritò cenſendi habendique ſint, qui tituli inſcriptionem, hoc eſt, tres principales linguas, uel quidem profectò earum materiam, uernaculas uulgares tollere, aut perturbare ac confundere moliuntur. Quare exſpergimini tandem aliquando & exurgite Quirites, & ueſtros progenitores, in quibus immenſa grauitas elucebat & maieſtas, imitantes utranque ueſtram latinam linguam, literariam & uulgarem, ut par eſt, tueamini & uindicate, uulgares libellos igni tradentes. Non enim e dignitate Romani nominis eſt falli ac decipi, ac uilia & deteriora ſectari, & latij gloriam falsò alijs tribuere.

Veſtram latialem nobilem linguam, ueſtras latinas literas aliorum more hiulce, uaſte putide, dure ruſtice & barbare, & cum inepto ſibilo pronunciate. Nã ſi Cicero turpe Romanis eſſe dixit, & quidem iure neſcire latine literate loqui, quod, ut oſtendi, ſtudio ac labore ſibi acquirendum erat, multo quidem turpiſſimum eis eſt in uulgari ſermone ſuam patriam nobilem latialem pronunciationem omittere ac faſtidire, & tuſcorum uanitatem inſolentiam ac barbariem conſectari. Qui, præter cætera, s literam & ſolam, & uocali appoſitam, ut ſa, ſe, ſi, ſo, ſu ingenti & inepto ſibilo pronunciant, ita ut non humana uoce loquãtur, ſed brutorum more ſibilent. Quod & uos Italos meos Italiæ filios, Italoque nomine dignos oro, ut & latinæ literariæ linguæ flagranti amore incumbatis, & uulgarem a barbarie uindicetis. Nam uulgarium ſcriptorum impudentia & temeritas tanta eſt, ut nihil ſupra, & niſi uulgares libellos nugis & barbarie refertos a ueſtris edibus abigatis ablegetiſque procul, propediem omnibus barbaris barbariores, ut ſic dicam, euadetis. Quia uero plebeij ſcriptores ſuis libellis non latialem uulgarem tãtum ſermonem, ut ſæpenumero dixi, corruperunt, Italiamque barbarie temerarunt, ſed eam quoque ancillari ac blanda, ac uaniſſima barbaricaue adulatione Italo nomine, Italaque grauitate indigna ueluti tabe quadã fœdarunt & infecerunt, a barbaris prius inuecta, operæprecium fore exiſtimaui de hoc teterimo ac deteſtando uitio aliquid loqui.

loqui. Nimirũ hoc uitium uulgus urbanitatis, ac magnæ, uirtutis loco habent, uſque eo quidem, ut non erubeſcant omnes domini cognominari: o uocem arrogantiſſimam, cum Romani *illi nobiliſſimi orbis terræ domini, iuſtitia inſignes, doctrina clari, humanitate cæteriſque uirtutibus cunctis prædíti nunquam tali ac tanto adulationis uitio laborarint. Eorum enim nullus quantacunque dignitate præditus eſſet, unquam dominus cognominari eſt paſſus; ſed quiſque ſimpliciter nomine ſuo, cognomine addito appellabatur. Solus quidem ille eſt dominus, qui nemini ſeruit, & cui omnes famulantur, & hic ſolus Deus eſt, & unigenitus eius filius Ieſus Chriſtus. Homines enim precario uiuunt, ac ſibi mutuo ſeruiunt Quanquam non me præterit in ueteri teſtamẽto ſummi ſacerdotes et reges more cõmuni dominos fuiſſe cognominatos. Auguſtus Cæſar ait Suetonius, domini appellationem ut maledictũ & obprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectãte eo ludos pronunciatum eſſet a mimo, O dominum æquum et bonum, & uniuerſi quaſi de ſe ipſo dictum exultantes cõprobaßent, ſtatim manu, uultuq. indecoras adulationes repreſſit Et inſequenti die grauißimo corripuit edicto, dominumque ſe poſthac appellari, nec a liberis quidem, aut nepotibus ſuis, uel ſerio, uel ioco paſſus eſt. Et rurſus. Componi aliquid de ſe niſi & ſerio & a præſtantiſſimis offendebatur. Et Tertullianus in Apologetico. Auguſtus Imperij formator ne dominũ quidẽ dici ſe uolebat. Et hoc enim Dei eſt cognomẽ.*

ac dementes literas longe nominum ſenſum uariant, adeo, ut ſæpe exiguum quid mutantes contrariam ſignificationem inducant. Et rurſum. Etenim cum paſſim uocabula distrahantur, nihil mirum eſſet, ſi priſca lingua cum noſtra collata nihilo a barbarica uoce differat. Et Cicero libro tertio de Orat. Quicquid aut addideris, aut mutaueris, aut detraxeris uitioſius & deterius futurum. Queruntur atque indignantur impēdio umbritius, & Iuuenalis Sat. tertia, quòd urbs barbarorum ſermone, eorumque ac græcorum moribus corrupta eſſet, quodque quibuſdam exotica peregrinaque uox gratioſior, quàm latina patria ac uulgaris uideretur. lamentatur & Varro libro ſecundo de analogia, quòd barbara quædam uocabula fuerint a barbaris in urbem inuecta, atque uehementer inſimulat eos, qui tantæ prauitatis fautores erant illis utendo, inquit enim. Iam ſeruos habet priſcis nominibus? Quæ mulier ſuum inſtrumentum ueſtis atque auri ueteribus nocabulis appellat? Sed inductis. Non tam illis iraſcendum eſt, quàm huiuſmodi prauitatis patronis. Paulus Farneſius homo Romanus, uir grauis ac Pont. Max. ſua patria lingua, ut par eſt, oblectatus Tuſcorum uanitatem, & inſolentiam ac barbariem permoleſte ferebat, prænimisque indignabatur eos, qui ea utebantur. Audiui ego matronas quaſdam Romanas querentes nimis de his temerarijs plebeijs doctorculis, qui nil aliud, quàm audere ſciunt, quòd ſuis libellis barbariem in urbem intulerunt, quòd, præter

cætera

cætera, cũ euangelium in templis legeretur omnia uerba intelligebant, ſed quædam nunc eſſe, quæ uix intelligant. Proinde latinus Romanusque uulgaris ſermo, ut Cicero, itemq Varro, atque alij omnes boni urbis, latij, Italiæq. ſuæ ſtudioſi monẽt, ruſtica ac barbara uoce procul ab Italia profligata, omni ſolertia emendãdus eſt, non fœdandus. Aſſuefaciendumq. eſt ſermoni puro latiali, & pronunciationi rectæ. Sic enim pueri aſſueti facilius latinam literariam linguam ediſcent. Nam uerba ipſis cũ lacte nutricis haurientibus haud multus labor in ipſis querendis relinquetur, ſed ſponte intra priuatos lares occurrẽt, ut latinis pueris et olim & nunc, nec aliud reſtat addiſcere niſi grãmaticã artẽ, & uerba recũdita, & recte latine pronũciabũt. Et mulieres ac cæteri idiotæ, quæ in tẽplis legũtur, intelligẽt. Qua in re enitar, ut emendetur, nã præ manibus habeo abſolutũ librum uulgari latiali ſermone cũ dictionario uulgari in quo tuſcorũ barbariẽ & aliorũ errores oſtẽdam. Non enim uitioſa, praua, ac peruerſa tuſcorum plebeiorumque ſcriptorum imitatione ac conſuetudine, ſed ratio & ueritas eſt ſequenda, ut probe ſcribit Cicero, qui libro ſecundo de Orat. ait. Ridiculũ quod ex quadã deprauata imitatione ſumi ſolet. Et libro tertio. In omni re uincit imitationem ueritas. Et Auguſtinus rationi & ueritati & error ac praua cõſuetudo, quæ dediſcenda eſt, cedere debet. Latialis enim uulgaris ſermo, ut ſæpe dixi, per ſe clarus eſt, & mitis, lenis, ac purus, pronunciatio ſuauis & blanda nil barba-

rici continẽs, cui nihil additamenti opus eſt. Non enim fons lympidam atque optimam aquam ſcaturiens alicuius impuri riuuli uel cœnoſæ lacunæ aqua eget, ut clarior fiat, cum potius fœdetur, neque aurum ſcoria commiſceri debet, ut purius euadat, optima enim ſi deterioribus commiſcentur, fœdantur. Et par eſt, peregrinos in urbe domoque aliena indigenarum, & ſeruos dominorum ſermone loqui, non indigenas peregrinorũ, & dominos ſeruorum. Iam uero aduenas Troianos indigenarum latij ſermonem didiciſſe, ac ueſtium morumque Priſcum uſum ſeruaſſe, non latinos Troianorum oſtendit Maro libro duodecimo, ubi id Iunonem petentem a Ioue, *& hunc illi facit pollicentem.* Illa *enim, inter alia, ſic dicit.*

Nec uetus indigenas nomen mutare latinos
Neu Troas fieri iubeas, Teucrosque *uocari,*
Aut uocem mutare uiros, aut uertere ueſtes.

Hic uero ſic.

Do quoduis, & me uictusque uolensque remitto,
Sermonem Auſonij patrium, moresque tenebunt.
Vtque eſt, nomen erit.

Numa quoque, ac Tarquinius priſcus, item Imperatores quidam, ac pontifices peregrini homines latiali ſermone loquebantur, non ipſorum Romani. Nam ſi Tuſce ac barbare loqui dictus eſt & illuſus ille apud Gellium, ut alibi dictum eſt, quòd appludam latium quidem uocabulum, ſed obſoletum, & a communi loquendi uſu deſitum protuliſſet, & Phauorinus philo

ſophus

ſophus apud eundem Gellium libro primo, uitio uertit adoleſcenti cuipiam quòd itidem uetuſtis & obſoletis uocabulis uteretur, quanto magis uitio dandum eſt pronunciatione & uocabulis peregrinis ac barbaris utentibus? licet nouitij plebeij doctores & ipſius Phauorini uerba perperam intelligant, qui dicit, præſentibus uerbis eſſe utendum, & Quintiliani, qui dicit ſermone nobis utendum eſſe, ut numo, cui publica forma eſt, & Horatij, qui in Poetica ſoliorum exemplo utẽs dicit uetera quædam uocabula interijſe, & alia loco eorum nata fuiſſe. Quorum auctorum uerbis plebeij ipſi doctores innixi dicunt licere ſibi claris latinis uocabulis & pronunciatione abdicatis ac reiectis, in ſermone uulgari uti nouis barbaris & inſolentibus, quaſi de uulgari ſermone, quem omnino negant apud priſcos Romanos fuiſſe, & non de literario grammatico hi auctores loquantur. Cum & hi & alij omnes communem eruditorum latine loquendi conſuetudinem, ut dixi, oſtendamque uberius, ſeruandam fore iubeant. Et Gellius libro undecimo uerbis nouis duris & illepidis nullo modo utendum nobis eſſe cenſet, & moleſtius culpatiusque eſſe ait uerba noua & incognita in latino ſermone dicere quàm inculcata & ſordentia. Et Cæſar iubet ut tanquam ſcopulum fugiamus uerbum inauditum & inſolens. Ergo tum uetera obſoleta ac dura uerba, tum noua dura, illepida, incognita, inaudita, & inſolentia in latino ſermone fugienda ſunt, & præſentibus ac nouis claris & ſelectis ab eruditis au-

ctoribus factis & uſitatis ueluti numo non quidem adulterino, ſed uero, cui publica forma eſt, ut édũ nobis eſt. Iã uero uetera quædam quòd dura uiderentur interiere, hoc eſt deſierũt, ut topper, appluda, aſſir, dabenus gabalus, glutus, incita, taratantala, rauus, rapones, antigerio, exanclo, collutulo, meno, malaciſſo, corgo, lallo, pauio, oppuuio, oppuuius, andruo, anculo, & alia quædã cõpoſita dura et loco horũ alia nata, ideſt facta ſũt, ut pro antigerio & topper cito, & ualde, pro appluda canica, et fulfur, pro gabalo crux, ſic et alia. Multa, ut oſtendi, dura mollita ſunt, ut ſtlis, eanus, lis, ianus, & alia. Cecidere & primigenia quædam, ut cello, lido & alia, quorum coniuncta in uſu ſunt. Quòd autem Horatius ſequitur. Si uolet uſus uocabula, quæ ſunt in honore cadent, & eorũ loco renaſcentur, hoc eſt fiunt alia, poteſtatẽ communis eruditorũ conſuetudinis innuere uoluit Horatius, quæ uerba aut recipit, aut repudiat. Ergo uſus non quidem rudis & ignari uulgi, ſed eruditorũ conſenſus, nõ uulgare loquendi, ſed latine literate. Vnde Gellius li xij. ait. Neque fieri debet quaſi priuilegio quodã inſcitæ conſuetudinis, ſed certa rationis obſeruatione. Et omnes eruditi ruſticitatem & barbariẽ & in literario, & in uulgari ſermone fugiendã, & ex urbe pellendam iubent. Quare ſciant noſtri populares doctores, quòd ſtudioſorũ latinæ linguæ uſus & loquendi ratio, libentius patietur, ut ueteribus illis uerbis utamur, quibus uſi ſuut Liuius poeta, Ennius, Pacuuius, aliíque ætatis illius, quæ, quòd poſteriori ætati dura & incul-

inculta uiſa ſunt, deſierunt iterum renaſcantur reuiuiſcantque, quàm ut pulchra illa et ſpecioſa, quibus Ciceronis ætas uſa eſt, omittẽtes, utamur nouis barbaris ſordidis & inſolentibus, & quidẽ certe id expreſſit Horatius. Id etiam Quintilianus libro decimo ſcribit, qui ait. Cũ uerba intercidant, inualeſcantque temporibus, & quorũ certiſſima ſit regula in conſuetudine, eaq. non ſua natura ſint bona, aut mala, nam per ſe ſoni tantũ ſunt. Sicut enim operæpretium fuit inuento auri uſu non plumbeo ſed aureo anulo uti homines, & inuento tritico, triticeo pane ueſci non glandeo: ita abſurdum ac ſtultum eſt omiſſo auro ac tritico uti deterioribus. Quæ eſt autem, Cicero in Orat. ait, in hominibus tanta peruerſitas, ut inuentis frugibus glande ueſcantur? Quisquam enim tam temerarius & audax reperietus? Quotus erit iſte inſolens barbarusque, qui reiectis repudiatisque urbanis, claris, cultis, ſpecioſis & lectis latinis uocabulis, quibus tot clariſſimi auctores uſi ſunt, utatur pro his deterrimis, inſolentibus & barbaris uel in latino grãmatico, uel in uulgari ſermone? Et relicta ſuaui latiali pronunciatione, aſpere dure, ruſtice & putide pronunciet? Cũ & Cicero, & Varro, & Quintilianus aliiq. omnes non minoris, ut dixi, faciant pronunciationem rectam, quàm latialia ipſa uocabula artemque grammaticam. Quare iubent ut uerba latina ſint, non peregrina, & in oratione ex arte grammatica & eruditorum uſu collocentur, et pronunciatio ſit ſuauis et recta, nã ſecus barbariſmus fit et ſolæciſmus.

Vtque in literario grammatico ſermone recta ipſa germana latina pronunciatio conſeruetur, monent ut peregrina uox ſonusq. caueatur. Sed certi homines inquinate loquentes ſe pure latialiter loqui non poſſe dicere non erubeſcunt. Quod ad dediſcendas ruſticas ac barbaras uoces tempore excludantur; ſed uereor ut hi ſtulti ſint & ignaui, & in ora prudentum pro ludibrio abeant, qui ut barbariem in paruum tempus ediſcerent, & pure ac recte loqui dediſcerent tẽporis ſpatijs excluſi minime fuere. Obliti ſunt Oſci, Tuſci, Sabini, Vmbri, Marſi, Samnites, Lucani, Ligures, cæterique Itali ſuas priſcas barbaras linguas inter ſe diſcretas, & a latiali prorſus diuerſas & latialem ipſam didicerunt, non dediſcent nunc in modicum tempus errores aliquot in latiali ipſa lingua? Cæterum dicet fortaße quis, nil refert, his an illis uocabulis & pronunciatione utamur, modo mutuo nos intelligamus, præſertim quod nomina ſunt ad placitum. ſed huic guttus mulſi eſt impingendus ut deſiſtat fatue ac ſtulte loqui, qui nil a barbaris imo a belluis differre uult, quaſi Scytæ, Aegyptij, Getæ, Arabes, cæterique omnes barbari, ac demum bruta animalia non ſe mutuo intelligant. Vocabula ad placitum ſunt, non abnuimus, ſed non omnium eſt indere nomina rebus, ſed ſapientis. Cumq. a ſapientibus ſint iam rebus nomina impoſita & tot ſæculis uſurpata, quis tantus es tu, qui hæc abolere aut confundere niteris? Non uides, quod una litera mutata, aut addita, aut ſublata, aut tranſpoſita atq;

etiam

etiam accentus uocabulorum ſignificatum mutat? ſed aliud eſt, inquis, latine, aliud uulgare loqui. O fatue nonne idem ſignificant panis, uinum, mel, oleum, amo, curro, dormio, cras poſt cras, ſemper, & alia omnia in uulgari ſermone, quod in latino literato? Nonne oſtendi literarum ſonos a natura eſſe, figuras uero earum repertas, & literas ſiue ſcriptas, ſiue non ſcriptas, ſiue ex arte grammatica, ſiue citra artē modo ſemper eodem leni, miti & ſuaui ſono latiali more eſſe pronū ciandas? ſatis indicat Auguſtinus libro tertiodecimo de Ciuitate Dei de inſufflatione loquens quanti momenti ſit uera & germana uocabulorum cognitio ad artes omnes ac diſciplinas intelligendas. Quare refert & Eccleſiæ Dei conſeruatio & integritas natiuæ uernaculæ popularis uulgarisque latialis linguæ ad diuinas literas intelligendas. Iam uero dixi, cur ſcelesti, ac peruerſi, ac profani meritò cenſendi habendique ſint, qui tituli inſcriptionem, hoc eſt, tres principales linguas, uel quidem profectò earum materiam, uernaculas uulgares tollere, aut perturbare ac confundere moliuntur. Quare exeſpergimini tandem aliquando & exurgite Quirites, & ueſtros progenitores, in quibus immenſa grauitas elucebat & maieſtas, imitantes utranque ueſtram latinam linguam, literariam & uulgarem, ut par eſt, tueamini & uindicate, uulgares libellos igni tradentes. Non enim e dignitate Romani nominis eſt falli ac decipi, ac uilia & deteriora ſectari, & latij gloriam falsò alijs tribuere.

Q 4 *Veſtram*

Veſtram latialem nobilem linguam, ueſtras latinas literas aliorum more hiulce, uaſte putide, dure ruſtice & barbare, & cum inepto ſibilo pronunciate. Ná ſi Cicero turpe Romanis eſſe dixit, & quidem iure neſcire latine literate loqui, quod, ut oſtendi, ſtudio ac labore ſibi acquirendum erat, multo quidem turpiſſimum eis eſt in uulgari ſermone ſuam patriam nobilem latialem pronunciationem omittere ac faſtidire, & tuſcorum uanitatem inſolentiam ac barbariem conſectari. Qui, præter cætera, s literam & ſolam, & uocali appoſitam, ut ſa, ſe, ſi, ſo, ſu ingenti & inepto ſibilo pronunciant, ita ut non humana uoce loquátur, ſed brutorum more ſibilent. Quod & uos Italos meos Italiæ filios, Italoque nomine dignos oro, ut & latinæ literariæ linguæ flagranti amore incumbatis, & uulgarem a barbarie uindicetis. Nam uulgarium ſcriptorum impudentia & temeritas tanta eſt, ut nihil ſupra, & niſi uulgares libellos nugis & barbarie refertos a ueſtris edibus abigatis ablegetisque procul, propediem omnibus barbaris barbariores, ut ſic dicam, euadetis. Quia uero plebeij ſcriptores ſuis libellis non latialem uulgarem tãtum ſermonem, ut ſæpenumero dixi, corruperunt, Italiamque barbarie temerarunt, ſed eam quoque ancillari ac blanda, ac uaniſſima barbaricaue adulatione Italo nomine, Italaque grauitate indigna ueluti tabe quadã fœdarunt & infecerunt, a barbaris prius inuecta, operæprecium fore exiſtimaui de hoc teterimo ac deteſtando uitio aliquid loqui.

loqui. Nimirũ hoc uitium uulgus urbanitatis, ac magnæ, uirtutis loco habent, uſque eo quidem, ut non erubeſcant omnes domini cognominari: o uocem arrogantiſſimam, cum Romani *illi nobiliſſimi orbis terræ domini, iuſtitia inſignes, doctrina clari, humanitate cæteriſque uirtutibus cunctis præditi nunquam tali ac tanto adulationis uitio laborarint. Eorum enim nullus quantacunque dignitate præditus eſſet, unquam dominus cognominari eſt paſſus, ſed quiſque ſimpliciter nomine ſuo, cognomine addito appellabatur. Solus quidem ille eſt dominus, qui nemini ſeruit, & cui omnes famulantur, & hic ſolus Deus eſt, & unigenitus eius filius Ieſus Chriſtus. Homines enim præcario uiuunt, ac ſibi mutuo ſeruiunt Quanquam non me præterit in ueteri teſtamẽto ſummi ſacerdotes et reges more cõmuni dominos fuiſſe cognominatos. Auguſtus Cæſar ait Suetonius, domini appellationem ut maledictũ & obprobrium ſemper exhorruit. Cum ſpectãte eo ludos pronunciatum eſſet a mimo, O dominum æquum et bonum, & uniuerſi quaſi de ſe ipſo dictum exultantes cõprobaſſent, ſtatim manu, uultuq. indecoras adulationes repreſſit Et inſequenti die grauiſſimo corripuit edicto, dominumque ſe poſthac appellari, nec a liberis quidem, aut nepotibus ſuis, uel ſerio, uel ioco paſſus eſt. Et rurſus. Componi aliquid de ſe niſi & ſerio & a præſtantiſſimis offendebatur, Et Tertullianus in Apologetico. Auguſtus Imperij formator ne dominũ quidẽ dici ſe uolebat. Et hoc enim Dei eſt cognomẽ.*

Dicam plane Imperatorem dominum, ſed more communi, ſed quando non cogor ut dominum Dei uice dicam. Cæterum liber ſum illi, dominus enim meus unus eſt Deus omnipotens, æternus, idem qui & ipſius. Satis habeat appellari Imperator, grande & hoc nomẽ eſt; quod a Deo traditur. Item Tiberius *Cæſar ait idem Suet. Adulationes adeo auerſatus eſt, ut, inter cætera, cuidam, a quo fuerat dominus appellatus, denunciarit, ne ſe amplius contumeliæ cauſa dominum nominaret. Alium dicentem ſacras occupationes, laborioſas dicere coegit. Demum ſiquid in ſermone, uel in continua oratione blandius de ſe diceretur, non dubitauit interpellare, ac repræhendere, & commutare continuò. Alexander Seuerus Cæſar, ait Lampridius, dominum ſe appellari uetuit, epiſtolas ad ſe quaſi ad priuatum ſcribi iuſſit ſeruato tantũ nomine Imperatoris. Et poſt pauca.* Salutabatur autẽ nomine hoc, *aue Alexander. Siquis caput flexiſſet, aut blãdius aliquid dixiſſet, ut adulator uel abijciebatur, ſi loci eius quãlitas pateretur, uel irridebatur ingenti cacchinno, ſi eius dignitas grauiori ſubiacere non poſſet iniuriæ. Tãta modeſtia, tanta grauitas, tantaque uirtus in tantis principibus. Illi ethnici & idolatræ adulationi abominando uitio tantopere infenſi domini cognominari renuebant, ne Iouis Dei ſui maximi cognomen ſibi aſciſcere uiderentur. Romana etiam Eccleſia ne Sacerdotes omni quidem honore digni eo ipſo uocabulo cognominarentur, quod eſt Dei ſolius, cui canit, tu ſolus dominus,*

minus, & in ueteri teſtamento ipſemet dicit, ego dominus, eo ipſo uocabulo per Syncopam *i litera exempta utendum ſtatuit, quod eſt domnus, ut Hoſtienſis refert. Iamuero etiam nunc in multis Italiæ locis & præſertim in Calabria, Lucania, Apulia &* Samnio Sacerdotes *domni appellantur, & diui Auguſtini monachi, qui Canonici cognominantur, & quotquot diui Baſilij inſtituta ſectantur domni appellantur. Et in matutinis horis miniſter ſacerdotem alloquens iube domne benedicere dicit, ſic & diaconus lecturus in eccleſia euangelium. Cumque ſeptenus eccleſiaſticus, & principalis Apoſtolicus, ideſt ſacerdotalis, ſit ordos eccleſia in litanijs primum pro domno apoſtolico, hoc eſt, ſacerdotali ordine ſpeciatim, deinceps pro alijs ordinibus generatim Deum Orat. Nunc autem, quia uirtus in precio deſiit eſſe, & uitium in honore haberi cœptum eſt, tum maxime ſuperbia, & malorum, omnium radix ignorantia, & aſſentatio, quæ homines infatuat, adeo prauæ cõſuetudinis corruptela ſerpſit, ut hac tempeſtate omnes & uiri & mulieres omnis ætatis & ordinis infelicem animam ſuperbia inflantes domini dominæq; barbarorum more appellari uelint. O audaciam ſingularem, o barbaricam uanitatem. Atque adeo adulationis & uanitatis plena ſunt omnia, ut eorum nonnulli nil aliud audire poſſint niſi adulationes blandas, ut ſacras maieſtates gratioſas celſitudines, illuſtriſſimas, excellentiſſimas, clariſſimas, magnificas, & reuerendiſſimas dominationes. Ne*

multa.

multa, infantes ut primum in lucem prodierint, qui necdum fari queunt, nil norunt incunabulis inter crepundia & ſtercora uagientes, heri, domini & illuſtriſſimi uocantur, uerba ſuperbiæ & uanitatis plena, & blanditijs & aſſentationi apta. Ita demum, ut non ſolum in qualibet ciuitate, in quolibet caſtello, in quolibet uico, ſed in unaquaque domo plures ſint domini dominæq quàm famuli famulæq. & in alia domo plures illuſtriſſimi, in alia plures magnifici, aut excellentiſſimi. Quid multa? cum uel inſtitores, & ſordidi opifices, & eorum coniuges uel quidem profectò ſerui ſeruæque blanditias, uanosque honores inhiantes heri, & domini dominæque cognominari uelint. Quidam barbarica uanitate allecti etiam illud, quod eccleſia modeſtiæ cauſa ſacerdotes cognominari uoluit, ſibi aſſumpſerunt, & dominus domnus cognominari ambiunt, perinde ac ſi domnus magnificentius quiddam ſonet. Niſi fortè dixerint, quòd non domnus, ſed don, quo utuntur Hiſpani, quod apud ipſos illuſtrem ſignificat, cognominantur. Quòd ſi don ſignificat latine illuſtrem, quid eſt quamobrem duobus, imo uero tribus uocabulis, & barbaro in mixto latinis, cognominari affectant, ut illuſtriſſimus dominus don? Res uti que haud quaquam Italo *nomine*, Italaque *modeſtia ac grauitate digna, ſed barbaricæ uanitatis plena. Eccleſiaſtici domni, ut eccleſia ſtatuit, cognominari indignantur, & heri, & domini cognominari adamant, & eorum plerique addito peregrino uocabulo mon,*

quo

quo utuntur Galli, quaſi mon aliquid magnum ſit, cum latine meum, græce noſtrum, quaſi imon ſignificet, & ſic aliquem appellare adulatoris & ſeruilis conditionis ſit, non ingenui hominis. ſimili barbaricæ uanitatis morbo laborant mulieres; quæ non contentæ hoc cognomine domna, ideſt domina per Syncopam prolato, quod uocabulum per errorem adulatione ſuffragante factum eſſe reor ab hoc uulgari nonna, quo anus ac matronæ appellari ſolent n in d, mutato, madonna cognominari appetunt, quaſi id maius quidpiam & honorificentius eſſet, cum nil aliud ſit madonna, quàm mea domina pronomine etiam per Syncopam prolato e litera expuncta. Qui nominandi modus aut ſeruorum ancillarumque, ut dixi, eſt, aut certè adulatorum. An autem conueniat ingenuo & libero homini quemuis hominem, ac quamuis mulierem ſuum herum & dominum, ſuam dominam appellare non uideo. Et tamen parentes filios ſuos ac filias, & principes aliique nobiles ſuos aulicos, aulicasque, ſeruos & ſeruas, ſuos heros ac dominos, dominasque uocant. Ac tantum ſibi placent, ut uentoſa uerba efferentes ſalutationis uice manus illius, cui aſſentantur, obſculari, ſeque eius ſeruos dicant, cum nec minimo humanitatis officio eum promereri uelint. Et apud Romanos, ut Plutarchus in Cat. Et Plinius libro xi. tradunt, ſolis Imperatoribus manus oſculabâtur, nûc quicquid datur, quicquid accipitur ueluti ſacrû quidpiâ cum genuflexione oſculatur.

Mulie-

Mulieres etiam quædam madama barbaro uocabulo cognominari auent, arbitrantes cum madamæ appellantur, ſe aut nymphas, aut deas appellari, cum dama barbare dominam, latine capram ſilueſtrem ſignificet. Aliæ, ut uiri ſui, dominæ domnæ cognominari affectant, cum Romanæ illæ matronæ nobiliſſimæ uirtutum exemplar ſuo nomine tantum, ut uiri, appellarentur. Et niſi quis in omni uerbo his uocabulis here cum pronomine mi, & domine, domina cum pronomine meus mea utatur, atque etiam alias adulationes ac blanditias addat, ut illuſtriſſime & huiuſmodi cum genuflexione, & capitis inclinatione, quæ Romani principes & maledictum exhorruerunt, eum ut inurbane ac ruſtice loquentem aſpernantur. Et limis toruisque oculis intuentes, contrahentes nares, ſummo digito ſcalpentes capita, torquentes labia, trahentes capillum, loquentes nutibus, & applaudentes pede ſubſannant & irrident. O riſum Sardonicum, o inquã riſum illepidum & ineptum: cum ipſi ut uani inepti ac uiles aſſentatores & ambitioſi ingenti ſint ſubſannandi atque irridendi cachinno. Atque de his dicendum eſt quod Cicero ad Appium de ſua & lentuli nobilitate iactantem ſcribit: Plus, inquit, apud me ualent ornamenta uirtutis, quàm iſta ueſtra nomina appietas & lentulitas, quæ numquam ſum admiratus. Animaduertendum eſt quid ſit excellentia, quid nobilitas, quid Athenodorus de his rebus dicat. Et Off. primo. Ornanda eſt enim dignitas domo, non ex domo digni-

dignitas tota quærenda eſt. Nec domo dominus, ſed domino domus honeſtanda eſt. Nam reuera nemo eſt illuſtris, aut excellens, aut clarus, ſed nec liber quidem, etiam ſi opulentiſſimus & potentiſſimus ſit, niſi qui uirtutibus ſit præditus, ut omnes ſapientes ſcribunt, & præcipue e noſtris Cicero, qui in Parad. ait. Quis neget omnes leues, omnes cupidos, omnes denique improbos eſſe ſeruos? Et cum eorum plerique hominis uocabulo ſint indigni, & ſint libidinum ſerui, omnipotentis Dei cognomen temere ſibi uendicant. Vulgares quoque, ſedentariyque opifices magiſtri nomen uſurparunt, cum id nomen ingenuarum artium profeſſorum, & magiſtratuum ſit. Duo præterea hæc pronomina tu per totum ſingularem numerum, & tuus tua per utrunque numerum, & o uocandi & reſpondendi latinas dictiones, quibus uel cum Deum alloquimur, preces ad ipſum fundentes, utimur, & Chriſtus patrem alloquens uſus eſt, ita uanum imperitum & ambitioſum uulgus, cui adulatio magno pretio eſt, aſpernantur & abhorrent, ut illa nullo pacto audire uelint, quinimo ea in opprobrium & conuicium ſibi dicta dicant, atque ſi uilia, ruſtica & barbara uocabula eſſent. Et nonniſi uos pluratiuo numero cum uerbo pluralis numeri, item ueſter ueſtra audire poſſunt. Id quod etiam a barbaris quibuſdam in Italiam inuectum eſt. Non animaduertentes, præter adulationem teterrimum uitium, quàm ſit abſonum & abſundum, atque ineptum pronomen & uerbum plurale cum nomine

mine ſingulari connectere ſic, uos eſtis meus amicus, uos eſtis ſolus, uos eſtis unus bonus uir. Ergo ne rudis uulgi diligentiſſimi & eruditiſsimi adulatoris prauiſsima regula nobis eſt utendum? & ſingularis numerus uerborum, & pronominum tu, tuus, tua e medio eſt tollendus? An eis tum tantum utemur cum bruta animalia, & ſtirpes, & robora alloquemur? Quaſi continuò uitium uirtus eſt, quia ita uanum uulgus iudicij & doctrinæ expers ſentit, de quo alibi plura. Cum & latina & græca & Hebrea regulares linguæ & pronominibus omnibus & uerbis uel imperatiuo modo etiam in diuinis literis utantur. Quare inſulſiſsima quidem res eſt, & mulicbris inanitas inepta, quam ſtulta idiotarum ambitio commentat, unum hominem multitudinis numero compellare. Niſi quandò unum hominem alloquens non eius perſonam, ſed genus, gentemque intelligas, ut ſi Tuſcorum quempiã compellans dixeris, uos in latiali natiua uulgari lingua peſſime omnium Italorum abutentes alios recte latie loqui docere audetis: uos, ideſt Tuſci. ſed fortaſſe ideo pluratiuo numero compellari ſalutarique ambiunt, quia ſe Polyphemo maiores eſſe rentur, aut aperte inſpiciunt ſe non homines eſſe, ſed monſtra, ut hecatem triformem, aut cerberum tricipitem, aut gerionẽ tricorporem: aut uiliſſima inſtrumenta ſingulari numero carentia, ut ſcopas diſſolutas, clitellas, quiſquilias, tricas, tenebras, nugas. At honoris gratia ſic ſe loqui ferunt, quòd inuicem honore nos præuenire

debeamus,

debeamus,& magiſtratibus,parentibus, & præceptoribus honos deferri debeat. Quis eſt,qui neget principibus ac grauibus perſonis debitum honorem præſtandum eſſe? ſed blanda uanaque adulatio uerus honos nō eſt, ſed ridiculus, quem preſtat ſolœciſmus. Et aliquo humanitatis officio, ſubſidioque neceſſario, qui uerus honos eſt, præuenire inuicem promererique debemus. Iam uero olim cerdones,coci, paraſiti, & ſerui, ac reliqua uulgi fex Romanos proceres orbis terræ dominos, item reges, & ſummos monarchas in ſingulari numero compellabant. In prima uero perſona modeſtiæ cauſa ueteres imitantes pluratiuo numero in latina lingua uti licet, ut ſi dixero, nos hunc librum compoſuimus. quaſi nō ego ſolus ſed alio uel alijs coadiutoribus. Item ſi magiſtratum gerimus,ut inuidiam declinemus, & tyrannidis ſpeciem fugiamus, nam tyranni eſt poteſtatem cum nullo prorſus habere uelle cōmunem. Stultius quidem quòd aulici perditiſſimi adulationis magiſtri(ab aula enim,ut quidā rentur,adulator dictus eſt) non ferunt,ut liberi patrem patris, & matrem matris appellēt uocabulo: herus & dominus,& domina amātium uerba blanditijs apta malunt audire.Cum illis uocabulis neque ſit quicquam honorificentius neque charius, magisq. pium affectibus,ita & frater,& cōiux. Vnde ſapientiſſimus Maro ſemper Aeneā, Anchiſen, Creuſam, patris, filij, & coniugis nomine & interdū aliquo epipheto adiecto affectum augente, ut charus, pius,dulcis ſe mutuo loquētes inducit.Nec minus nobi

lem ac ſuauem latialem pronunciationem in uulgari ſermone ſimioli iſti neſcij ac ruſticani, quia quænam pronunciatio optima, & quæ peſſima ſit prorſus ignorant, uti uilem ac ruſticam calumniantes irrident, cū ipſi potius, aſpere, ruſtice & barbare pronunciantes ſint irridendi. Tum ſe ciuiliter & urbane & ornate loqui putant, cum ruſtice & barbare loquuntur, & ſe mutuò adulantur. Vni huic rei ſtudioſe uacant, ut auribus hominum ſeruiant, ut eis aſſententur, ut mentiantur, ut ruſtice & barbare loquantur, moribus uero ruſticiſſimi ſunt. Hanc, ut uocant, ſuam urbanitatē ueluti magnum atque egregium quidpiam liberos ſuos magna cura docent. Eosque iam impuberes, iam uſque a pueritia, iam rudes, iam literarum expertes nō ad bonarum literarum ſtudium, ſed in aulas potentum ueluti ad gymnaſium ſapientiæ ad hanc ipſam urbanitatem & educationem ediſcendam mittunt, ubi eruditi adulatores fiant. Et qui uerecundia, pudicitia, cæteriſque uirtutibus, & bonis literis artibusque eſſent imbuendi, ibi miſeri aureis, ut dicitur, compedibus illigati, et irretiti blanditijs, ſpemque precio, ut Terentius ait, ementes inter aulicorum cohortes, aſſentatores, mendaces, &, ut ſemel dicam, omnium uitiorum ſectatores euadant. Nam, ut Ouid. ait Agmen adulantū media procedit ab aula. Hæc eſt parentum in liberos ſuos cura, hæc dilectio, hæc pietas. Qui utinam Pertinacem Imperatorem imitarentur, qui, ait Capitolinus, filios ſuos in palatio nutriri noluit. Cæterum talis

eſt

eſt uulgi natura atque opinio, quæ, ait in Top. Cicero mutari uix poteſt. Et Tuſc. ſecundo inquit. Sed tamen hoc euenit, ut in uulgus inſipientium opinio ualeat honeſtatis, cum ipſam uidere non poſſit. Fama & multitudinis iudicio mouentur, ut id honeſtum putēt, quod a plerisque laudetur. Tempus quoque & conſuetudinem afferunt, quaſi uitium conſuetudine & tempore deſinat eſſe uitium, & uirtus eſſe incipiat. Auaritia quidem, & crudelitas, & adulatio, & quodlibet aliud uitium nullo tēpore, nullo uſu uirtus eſſe poteſt. Quinetiam huiuſmodi uſus, uerius quidem abuſus diſtringit, non diſſoluit crimen. Siquidem peccare, ait Cicero, ſemper eſt turpe, & quod ex ſe ſemper eſt turpe numquam licet. Adulatio quippe cum blandimentū proprie canum ſit, turpe leue, fallax, uile, ac ſeruile quidpiam eſt, non liberale & ingenuum, eſtque peſſimum ueri affectus uenenum. Adulator enim gratiam & fauorem ficto amore & obſequio captat, cum uirtute aſſequi ſe non poſſe deſperet. Itaque peſſimum ſanè & abominabile genus hominum adulatores, optimi ad decipiendum artifices. De quibus Cicero libro primo infit. Cauendum eſt ne aſſentatoribus patefaciamus aures, ne adulari nos ſinamus. In quo falli facile eſt. Tales enim nos putemus, ut iure laudemur, ex quo naſcuntur innumerabilia peccata, cum homines inflati opinionibus turpiter irridentur, & in maximis uerſantur erroribus. Et in Lælio. Beneuolentiam blanditijs & aſſentationibus colligere turpe eſt. Et

rurſus. Aſſentatio uitiorum adiutrix procul amoueatur, quæ non modo amico, ſed ne libero quidem digna eſt. Et paulo poſt. Sic habendum eſt nullam in amicitiis peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem. Quamuis enim multis nominibus hoc uitium notandum leuium hominum, atque fallacium ad uoluntatem loquentium omnia, nihil ad ueritatem. Et rurſus. Aſſentatorem popularem, & leuem ciuem appellat. Et paulo poſt. Quanquam iſta aſſentatio pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei, qui eam recipit, atque ea delectatur. Ita fit, ut is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maximè, qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maxime ipſe delectet. Omnino eſt amans ſui uirtus, optime enim ſe ipſa nouit, quàmque amabilis ſit intelligit. Ego autem non de uirtute nunc loquor, ſed de uirtutis opinione, uirtute enim ipſa non tam multi præditi eſſe, quàm uideri uolunt. Hos delectat aſſentatio, his fictus ad eorum uoluntatem ſermo cùm adhibetur, orationem illam uanam teſtimonium eſſe laudum ſuarum putant, Nulla eſt igitur hæc amicitia, cum alter uerum audire non uult, alter ad mentiendum paratus eſt. Semper auget aſſentatio id, quod is, cuius ad uoluntatem dicitur, uult eſſe magnum. Quamobrem quamuis blanda iſta uanitas apud eos ualeat, qui ipſi illam allectant & incitant, tamen grauiores conſtantioreſque admonendi ſunt, ut animaduertant, ne callida aſſentatione capiātur. Aperte enim adulantem nemo non uidet, niſi qui

admodum eſt excors. Et Seneca naturalium quæſtionum libro quarto. Fac ergo mi lucili,quod facere conſueuiſti. A turba quantum potes te ſepara,nec adulatoribus latus præbeas, artifices ſunt ad capiendos ſuperiores. par illis, etiam ſi bene caueris non eris. Sed mihi crede proditioni, ſi capieris,ipſe te trades Demoſthenes, Antiſthenes, & Epitetus adulatorem coruo conferunt aiuntq. ſatius eſſe in coruos incidere, quàm in adulatores: nam illi corpus mortui, hi uero animá uiuentis lædunt,& in hoc tantum a coruo differt adulator. Diogenes etiam ait. In adulatione uelut in ſepulchro nomen ſolum amicitiæ inſcriptum eſt. Idem interrogatus quodnam, animalium peſſimum morderet, dixit; ferorum quidem calumniator, cicurum autem adulator. Nimirum adulator Chameleonti ſimilem ſe præſtat: nam ſicut ille omnium colorum exprimit ſimilitudinem, præterquam albi; ita adulator uitia omnia imitari eſt aptus,uirtutes autem minime. Et Terentius in Eun. de adulatore loquens ait. Hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit. Studet adulator iucundus et fidus uideri ijs,quibus aſſentatur, quaſi quicquid agat, quicquid dicat amoris magnitudine moueatur,ac quicquid illis cordi eſſe intelligit, id eorũ auribus dat. Proinde adulatio morũ corruptela,& animorũ labes procul eſt amouẽda,& praua cõſuetudo,quæ ab imperitis, uanis & improbis induci ſolet,uelut impurus tyrannus omnibus admotis machinis e medio eſt tollẽda,et ratio,ac ueritas & grauitas eſt ſequẽda.

Aliud quoque loquendi genus ab imperito uulgo repertum eſt, quod ipſi honeſtati, quam uidere non poſſunt, aſcribunt, cum potius uanitas ſit. Nam quoties porcos, aut aſinos, aut merdam, aut ſtercus, aut cacare, aut pedere & huiuſmodi in uulgari ſermone nominát, præfantur honorem, quaſi res nefandas nominarent. Cum uero obſcœna ac fœda loquuntur nil tale dicunt. Qua in re elucidanda aliquanto altius eſt repetendum. Quandoquidem nomina ab hominibus, & iis ſapientibus impoſita ſunt rebus & actionibus, ait Varro analogiæ libro primo, utilitatis cauſa ut ſignificent, & unaquæque res & actio ſuum habet uocabulum, ſed alia uoce alioque uocabulo appellantur a Græcis, alio a latinis, alio ab Aegyptijs, & ſic ab unaquaque gente. Id quod Dei nutu in diuiſione linguarum in turre Babylonis factũ eſt. Neceſſe eſt enim unamquamque rem & actionem apud quamlibet nationem ſuum habere uocabulum, quo res, atque actio ipſa nominetur, ſignificet, & animi conceptus exprimatur, & homines uniuſcuiusque gentis ſe inuicem intelligant. Ná, ut probe Ariſtoteles ait, uoces ſunt ſigna earum rerũ, quæ ſunt in anima. Itaque quæque res, ac quæque actio ſuo proprio uocabulo, quo Dei nutu, ut dixi, in diuiſione linguarum a qualibet lingua, ſiue poſtea ab inſtitutore, qui peritus fuit & ſapiens & prudens, & non alieno, non quo ab imperito uulgo appellatur, appellanda eſt. Ná, ut Plato in Cratylo diſſerit, ut qua de grammatica, nulli rei natura nomen ineſt, ſed lege,

& lex

& lex nobis nomina ſtatuit, neque imperitorum, & quorumuis hominum opus eſt nomina imponere rebus, ſed periti ac ſapientis. Et rurſus. Primi nominum auctores non hebetes fuiſſe uidentur, uerum acuti ſublimium rerum inueſtigatores. Nec quidem noſtræ uoluntatis arbitrio nominandum eſſe ait, ſed ea ratione, qua rerum natura nominare ac nominari poſtulat, & quo poſtulat. Et Cicero ad Pætum ſcribens ait. Nil turpe in uerbis, neque in re. Si enim quod uerbo ſignificatur, id turpe non eſt, uerbum quod ſignificat, turpe eſſe non poteſt. Anum appellas alieno nomine, cur non ſuo potius? ſi turpe eſt, ne alieno quidem; ſi non eſt, ſuo potius. Sed neque latini, neque græci grauiſſimi & modeſtiſſimi auctores, nec quidem in diuinis literis Moyſes & prophetæ, aliique præfantur honorem cum porcum & ſtercus, & huiuſmodi nominant, uerum cum fœda & obſcœna ſibi nominare contingerit, quæ dicere aut facere turpe eſt: ut Quintilianus Decl. tertia. Tuis honos ſit habitus ſanctiſſimis auribus, iubet proſtare gladio cinctum, & uim turpiſſimam ac nefandam inferre. Et Plinius. fœdum dictu, uerenda contundit. Niſi forte quis dixerit, uulgares homines, qui præfantur honorem cum porcum & ſtercus & huiuſmodi nominant, urbaniores, & modeſtiores, & uerecundiores eſſe, quam literatos, & ſanctos homines, illorumque aures nobiliores, & delicatiores eſſe, quàm horum. Quod ſi illis uocabulis licite uti poſſumus, quorum res turpes ſunt, ut ſtuprum adulterium, meretrix,

trix, furtum homicidium, & aliјs eiuſmodi multis, cur non illis uti liceat, quorum res turpes non ſunt? Cæterum eæ res, & actiones, quæ facile ſtomachum faciunt, efferendæ non ſunt eo tempore, quo facile auditores ſtomachantur, ideſt cum diſcumbitur. Neque etiam hæc, neque uirilia & muliebria uerenda actionesque eiuſmodi temere ac leniter ſunt nominandæ. Quare, ut dixi, arcenda atque eliminanda eſt procul adulatio uitiorum altrix, & omnis barbaries. Sit ſermo purus & ſimplex latialem uocem redolens, ſit modeſtus, & uerecundus grauitatis plenus, qualem Cicero Offi. primo docet, & proceres uetuſtiſſimi Romani, & Auguſtus, Tiberius, Alexander modeſti & graues uiri loqui & audire uolebant, redoleat & Chriſtianam humilitatem. Hæc de adulatione teterrimo uitio dicenda nobis uiſa fuere. Nunc ſupereſt, ut reliqua, quæ de latina lingua nobis dicenda ſunt, proſequamur.

LIBER TERTIVS.

IN ſuperiori libro quirites & rationibus & auctoritatibus plurimis latinam linguam per antonomaſiam ex arte grammatica conſtare dilucide oſtendimus, atque quid ſit ars ipſa grammatica docuimus. Nunc reliquum eſt, quiſnam primus artem ipſam inuenerit, inſinuare. ſed quia

ars

ars ipſa grãmatica ſine literis inſtitui minime potuit, intereſt primum de literis ipſis loqui, atque planũ facere quis eas prim⁻*s reperit, quisue eas, artemq. grámaticam in latium attulit. Equidem literas & grammaticam artem in Latium aduexit, quod oſtendemus, Euander Arcas, & ante ipſum Saturnus rudiores, qui Iano regnante conceſſit in Latium. Quas Tuſci, qui undique Thraſonicas iactationes & glorias maxime omnium ſpirant & ambiunt, ſeque præ omnibus glorioſos prædicant, Romanos ab ipſis mutuatos fuiſſe nugantur. Easque ſibi unà cum lingua Noe, quem Ianum eſſe dicunt, ex Armenia adduxiſſe ſomniant, & inde eum in Armeniam remeaſſe, quaſi uero Noe pone uniuerſale diluuium nulla alia ſolicitudine fuerit occupatus, niſi ut ex Armenia in Tuſciam contenderet, quaſi etiam Liuius poeta, Ennius, Pacuuius, cæterique latini auctores tuſcis literis ſcripſerint. Cum Noe tempore literæ nondum fuerint inuentæ. Quare aliquáto altius repetenda eſt oratio, & pauca de Saturno, & Iano dicenda ſunt. Etſi fortaſſe aliquibus orationẽ ſtatim a principio longius uagari, atque ad aliud prope diffluere uideatur, ſed certe expedit quis fuerit Saturnus, quis Ianus, quoue tẽpore in Latio regnarint pãdere, licet alibi plura de eis dicẽtur. Expedit etiam ueritatẽ aperire, atque patefacere profanũ eſſe Noe Ianũ dicere. Quandoquidẽ tuſci ipſum Noe Ianum, Deucalionem, uertumnum, & a græcis Oenotrum Phœnicem appellatum fuiſſe fabulantur.*

Et ic-

Et iccirco, credo in Tuſcia optimum uinum naſcitur, quia ibi Noe uitem plantauit. Vxorem Noe deam ueſtam fuiſſe ferunt, quam alio nomine Noamam uocant, cum Noe uxor, ait Epiphanius libro primo, Barthenos appellata ſit. Iaphet filium Noe Iapetum eſſe dicunt, cum Iapetus, ut Ouidius meth. libro primo ſcribit, promethei pater. auus Deucalionis fuerit, cuius etiam Val. Flac. libro primo meminit. Quē Noe, Ianum, Oenotrum, Deucalionem montem incoluiſſe commentantur, quem a ſuo nomine Ianiculum *appellauit, idque ſibi perſuaſiſſimum habent.* Italiamque *ab eodem appellatam Oenotriam, & poſtea Saturniam a* Saturno*, neſcio quem, Caſpio cognomine pronepote Noe, quem in italiam ad Noe Ianum pro auū ſuum conceſſiſſe blaterant. Florentiam, quæ nudius tertius, ut ita dicam, condita eſt, de qua alias pauca dicentur, ab Hercule, neſcio quem Aegyptio nepote Cham conditam nugantur. Et dum uetuſtatem falsò expetunt ac tueantur, ab improba ſe ac nefaria illa Aegyptiaca ſtirpe originem ducere dicunt. Aliasque ſexcentas ineptias mendacijs conſperſas confingunt, quorum ſibi modum, cum is ſuus ſit mos præſcribere nequeunt. Doctores grauiſſimos proferunt, quos non intelligunt, aut certo deprauant, omniaque ad ſuum commodum referunt. Multa ſuis libellis infulciunt, quo magis creſcat uoluminis magnitudo, ſibique potius uidetur curæ eſſe, ut libri eſſent magni, quam boni. Ec quoſnam libros ederent? Et poſt multa nugamenta concludunt nō*

id quod

id quod res eſt, ſed quod ſibi eſt cordi, ut credat uulgus uanum & imperitum (imperitorum enim libri facile lectorem inueniunt) oraculum e tripode reddi, & folium recitari ſybillæ, cum eas legit. Fragmentis qui*busdam fabuloſis, quæ circumferuntur, quæ Beroſo, Catoni,* Fabio *Pictori, Sempronio, Myrſilo, alijsque quibusdam aſcribuntur, freti Quæ fragmenta conficta eſſe, &, ut quidam probe rentur, a Ioanne Annio homine* Tuſco, *cuius & commentaria ſunt in ea fragmenta, uel ex hoc maxime intelligi poteſt, quòd Ioſephus homo Hebræus locupletiſsimus imprimis & ueridicus auctor, qui ſe ex alijs multis, tum ex Beroſo ipſo hiſtoriam ſuam ſcripſiſſe fatetur, huiuſcemodi ludibria, & riſu digna minime ſcribat, quæ in fragmētis ipſis leguntur. licet quædá, ut mendacia alia ueritate aliqua tegantur, ex Ioſepho alijsque probatis auctoribus petita ſint, ex ijs potiſſimũ locis, ubi ab eis Beroſus adducitur: contra pleraque a* Ioſepho *alijsque bonis auctoribus ex beroſo adducuntur, quæ in anniano beroſo deſiderantur. Sacri item noſtri doctores talia minime ſcribunt, cum utique ueritati & noſtræ religioni obſiſtant. Et certe aut fragmenta ipſa tum non extabant, & ſic fateantur oportet ea poſtea fuiſſe cōficta, aut ſi extabant, ea uti fabuloſa ac ficta contempſerunt. Quinetiam a peritiſſimo quoque ſcriptore & in ueterum ſcriptorum lectione uerſato, qui citra annos centum ſcripſit, uti ſomnia ac deliramēta contemnuntur, nam ultra id tempus eorum memoria nulla extat.*

extat. ſed ea uno omnium eruditorum ore a tuſcis con ficta eſſe perhibetur, cum ipſi ea ad ſuum commodum referant. Sed ſtulte porrò, ac ridicule ultra ſaturni re gis latinorum & Iani ætatẽ confingunt non ſolum no mina ſed etiam res geſtas ſuorum & Latinorum regũ. Nam ut Aſiatica hiſtoria a Nino, ſic latina incipit a Saturno & Iano. Nec quiſquam ueterum latinorum auctorum, qui in ueſtiganda antiquitate diligentiſſimi fuere, & non fabulas, ſed hiſtorias literis memoriæq. tradere uoluerunt altius quicquam repetere potuit. Vnde latini ipſi ab origines dicti ſunt a ſcriptoribus, quòd illorum origo ignoraretur. Cum igitur ultra Saturni & Iani ſæculum indigenæ, ideſt latini ſcriptores nihil, præterquam pauca quædam de Dardano, quem Tuſci, ut oſtendam, in Tuſciam reuocant, inuenire ua luerunt, quì ſcire potuit Beroſus alienigena, & in ultimo oriente natus ac uerſatus quis & quo anno apud la tinos ſiue ab origines, & etruſcos, Hiſpanos, Gallos, & Germanos regnum inierit, quæque geſſerit? Præſertim etiam quòd ante Romanorum Imperium haud facile quisquam ex una regione in aliam meare & orbis cognitionem habere potuerit. Ita quod non modo latium ac tuſcia quàm minimæ Italiæ regiones, ſed ne Italia quidem ipſa, Gllia, Hiſpania & Germania Bero ſo notæ eſſe poterant. Quem diligentius de his, quàm de ſuis Chaldæis faciunt ſcribentem. Imo uero neque Græcis quidem ſcriptoribus Italiæ Hiſpaniæ & Galliæ ac Germaniæ res notæ erant. Quare Strabo libro

ſecun-

ſecundo inquit adeo Gallorum et Hiſpanorum res igno tæ iјs fuerunt, qui ex actiſſimi & accuratiſſimi ſcriptores fuiſſe uidentur, ut unus eorum Ephorus Hiſpanos, qui hiberi ab hibero flumine dicuntur, unam eſſe ciuitatem exiſtimauerit. Et Plinius libro trigeſimo ſeptimo. Diligentiores græcorum Electridas inſulas in mari Adriatico eſſe dixerunt, ad quas dilaberetur Padus. Qua appellatione nullas unquam ibi fuiſſe certum eſt. Nec uero ullas ibi appoſitas eſſe in quas quicquam curſu Padi deuehi poſſit. Eſchylus in Hiberia hoc eſt in Hiſpania Eridanum eſſe dixit, eundemque appellari Rhodanum. Euripides rurſus & Appollonius in Hadriatico littore confluere Rhodanum & Padum. Modeſtiores, ſed æque falſum prodidere in extremis Hadriatici ſinus rupibus inuiјs arbores ſtare, quæ can's ortu ſuccinum effunderent. Theophraſtus in liguria effodi dixit. Quidam eſſe in Italia beſtias langurias, & ex earum urina langurium ideſt ſuccinum fieri. Zenoſtenis langas uocat eaſdem, & circa Padum iјs uitam affirmat. Sudines arborem, quæ gignat in liguria. In eadem ſententia & Metrodorus fuit. Cum itaque eruditi ac ſolertes græci auctores Italiæ uicini eius res neſcierint, ut ſcire potuit beroſus Chaldæus? Iamuero horum fragmentorum fictores totam hiſtoriam, quod huius neſciј fuerint, confundunt, perturbant, peruertunt. Quorum ſtylus nihil prorſus cum Romanorum ſtylo conſentit. Phra-

ſis

ſis uero ea eſt, ut recentiorem ignorantem ac temerarium præſeferat auctorem. Qui, præter cætera innumera mendacia ac figmenta, quæ ſibi magnæ laudi futurum ſperant, eo audaciæ atque impudentiæ progreſſi ſunt, ut latij reges, regulos; tuſciæ uero tyrannos, reges fuiſſe dicant, atque Romulum e regulo ab ipſis regem declaratum fuiſſe aſſerere non erubeſcant. Quas ineptias Fabium Pictorem Romanum hominem faciunt ſcribentem, ſed de hac re alibi. Quem Fabiú, qui ſecundi belli punici temporibus ſenex erat, & coetaneus patris Scipionis Africani maioris fuit, ſcribentem faciunt de Mithridate, quem debellauit Pompeius, & de foro tranſitorio, quod condidit Aug. Catonem cenſorium, qui ſcripſit de originibus, fuitque tertij belli punici tempore, ſcribentem faciunt de Menodoro quodam, qui fuit tempore C. Iulij Cæſaris. Nec non eundem Catonem ſcribentem faciunt Tuſcos nomina quædam ſecundo ordine declinare, quæ Romani & græci tertio declinant, ut atlas, quaſi ruſticus barbarusque tuſcus ſermo arte grammatica conſliterit, & Catoni id tantum curæ fuerit, ut huiuſmodi minutias ſcriberet, cum etiam tertius latinus ordo & tertius græcus nil prorſus inter ſe conueniát. Quem etiam ſcribentem faciunt Romam rudem fuiſſe, idque ideo quia relictis literis & diſciplinis etruſcis, græcis Romani uacabant, quas etruſci ſemper horruerunt, atque latinas etiam contempſerunt uſque ad Cecinnæ uoloterrani auguris tempora. O impudentiam intollerabilem,

rabilem, O dementiam inſanabilem, etruſcas, quas uocant, diſciplinas, uerius nugas & inſanias, græcis præferre audent, Romam rudem fuiſſe dementiunt, idque tam grauem Romanum hominem faciunt dicentem. Quam Cicero ab ortu ipſius optimis inſtitutis cōſtitutam fuiſſe ſcribit. Quid enim aliud o buccones & ſtolidi ac uani ex etruſcis literis, quàm auguralis & auſpicalis uana ſuperſtitio diſcebatur? at e græcis omnium liberalium diſciplinarum ſcientia, ac ſapientia, quas græcas literas omnes gentes receperunt, tuſcas nemo homo. Demum ſub Catonis nomine aperte fatentur ſe & græcas & latinas literas faſtidiuiſſe. Graues auctores calumniantur, quòd non uera ſcripſerint, aut Catonis uerba, quæ ſuis commentis refragantur, parum fideliter adduxerint. Sempronium quoque ſcribētem faciunt Romam non a Romulo, ſed contra Romulum dictum a Roma. Aliaque mendacia ſexcenta ſub tantorum grauium auctorum nomine ſcribunt, quæ recenſere & tædet & pudet. Quæ Ioannes Annius tuſcus a ſemet, ut omnes aſſerunt, conficta mendacijs innumeris conſperſit, cuius tot ſunt mendacia, quot uerba. Et præter hæc, ea ſcripta, quæ nomine beroſi, Catonis, Fabij, ac reliquorum, quæ circumferuntur, nō fragmenta, ſed integri libri, uel librorum ſpeciem præſeferunt, & Cato non unum, ſed plures de originibus libros ſcripſit. Hæc lingua nuncupare libuit, quo ueritas ſub oculos pateret legentium, & fragmenta illa prorſus eliminentur. Quippe, ut ad rem redeam, Ianū

Ethni-

Ethnicum idolatram, quem deum dixere Romani, eique templum, & ſimulachrum bifrons erexere, & litabant, a quo collis, quem incoluit, Ianiculus nuncupatus eſt, & Ianuarius menſis, a quo Saturnus e Creta profugus hoſpitio exceptus eſt, centum quinquaginta annis ante excidium Troiæ in latio regnaſſe, & ab hoc Saturno Italiam dictam Saturniam non modo ethnici ipſi prodiderunt, ſed noſtri quoque doctores in eam ipſam ſententiam iere omnes. Qui Ianus, ut Plutarchus in problematibus tradit, Perrhebus græcus fuit ex Perrhebea ciuitate Theſſaliæ, filius cœli & Hecates, ut Cicero libro ſecundo de Nat. deor. & Arnobius aduerſus gentes libro tertio prodűt, duxitque uxorem Iuturnam filiam Vulturni, ex qua genuit filium nomine Faunum, quo nomine Picus filium ſuum, appellauit. Ait itaque Sextus Furius. Regnauit in Italia Ianus, Saturnus deinde, poſt eum Picus, quẽ Faunus ſecutus eſt, huic Latinus ſucceſſit, quo regnante Aeneas uenit in Laurentem agrum. Et Euſebius. Latinis poſt tertium annum captiuitatis Troiæ, ſiue, ut quidam uolunt, octo, regnauit Aeneas annis tribus, ante Aeneam Ianus, Saturnus, Picus, Faunus, Latinus in Italia regnauerunt annis centum quinquaginta. Idẽ ſcribit Eutropius libro primo. Virg. Aeneid. libro ſeptimo latij reges, latiniq. genealogiam deſcribens Saturnum, qui Iano regnante uenit in Italiam, Latini proauum fuiſſe, & Aeneam latino ipſo iam ſene regnãte aduentaſſe his uerbis oſtendit.

Rex arua latinus & urbes.
Iam ſenior, long a placidas in pace regebat
Hunc Fauno & nympha genitum laurente Marica
Accipimus, Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert, tu ſanguinis ultimus auctor.
Et libro octauo.
Sic Euander Aeneam eſt allocutus.
Hæc nemora indigenæ Fauni nymphæq. tenebant,
Gensque uirûm truncis, & duro robore nata.
Queis neque mos, neq; cultus erat, nec iũgere tauros.
Aut componere opes norant, aut parcere parto.
Sed rami, atque aſper uictu uenatus alebat.
Et de aduentu Saturni in Latium ait.
Primus ab æthereo uenit Saturnus olympo.
Arma Iouis fugiens, & regnis exul ademptis.
Is genus indocile, ac ſparſum montibus altis
Compoſuit, legesque dedit, Latiumque uocari
Maluit his quoniam latuiſſet tutus in oris.
Ibidem Ianum & Saturnum urbes condidiſſe, & eas ſuis appellaſſe nominibus ſcribit.
Vbi ita Euander Aeneæ refert.
Hæc duo præterea disiectis oppida muris
Relliquias, ueterumque uides monimenta uirorum.
Hanc Ianus pater, hanc Saturnus condidit urbem.
Ianiculumque huic, illi fuerat Saturnia nomen.
Et Ouid. Faſt. *libro primo.*
Hac ego Saturnum memini tellure receptum
Cœlitibus regnis a Ioue pulſus erat

Inde diu genti manſit Saturnia nomen
Dicta eſt quoque latium terra latente deo.

Cicero item libro ſecundo de natura Deorum de Iano ita ſcribit. Cum dij in omnibus rebus uim maximam prima & extrema principem in ſacrificando Ianum eſſe uoluerunt, quòd ab eundo nomen eſt ductum. Ex quo tranſitiones perviæ, iani, foresque in liminibus profanarum ædium ianuæ nominantur. Et Ouid. Faſt. *Secundo. Primus enim Iani menſis, quia ianua prima eſt. Et Cyprianus in libro de idolorum uanitate ait. Antrum Iouis in Creta uiſitur, & ſepulchrum eius oſtenditur, & ab eo ſaturnum fugatum eſſe manifeſtum eſt, Inde latium de latebra eius nomen accepit. Hic literas imprimere, hic ſignare numos in Italia primus inſtituit unde ærarium Saturni uocitatur, nam & ruſticitatis hic cultor fuit, inde ferens falcem pingitur. Hunc fugatum hoſpitio Ianus excepit, de cuius nomine Ianiculum dictum eſt, & menſis Ianuarius inſtitutus eſt. Ipſe bifrons exprimitur, quòd in medio conſtitutus annum incipientem pariter & recedentē ſpectare uidetur. Et Auguſtinus contra fauſtum. Porro Ianuarius menſis a Iano appellatus eſt. Et libro octauo de ciuitate Dei. De Iano quidem non mihi facile quicquam occurrit, quod ad probrum pertineat. Et fortaſſis talis fuit, ut inocentius uixerit, & a facinoribus, flagitijs remotius. Saturnum fugientem benignus excepit, cum hoſpite partitus eſt regnum, ut etiam ciuitates ſingulas conderent, iſte Ianiculum, ille*

Satur-

Saturniam. Et Tertullianus in Apolog. Si queras rerum argumenta, nuſquã inuenio fideliora, quàm apud ipſam Italiam, in qua Saturnus poſt multas expeditiones, poſtque attica hoſpitia, conſedit exceptus a Iano *uel Iane, ut Salij uolunt, mons, quẽ coluerat, Saturnius dictus, ciuitas, quam debellauerat, Saturnia uſque nunc eſt, tota denique* Italia *poſt Oenotriam, Saturnia cognominabatur. ab ipſo primum tabula & imagine ſignatus numus. & inde ærario præſidet. Et Arnobius aduerſus gentes libro primo.* Ianus Ianicu*li conditor, & ciuitatis Saturniæ Saturnus auctor. Fauna fatua Fauni uxor. Et libro octauo. Saturnus Creta profugus* Italiam *metu filij ſæuientis acceſſerat, etiam ſuſceptus hoſpitio rudes illos & agreſtes multa docuit ut græculus & Politus, literas imprimere, numos ſignare, inſtrumenta conficere.* Itaque *latebram ſuam, quòd tutò latuiſſet, uocari maluit latium, & urbem Saturniam dedit de ſuo nomine, &* Ianiculum Ia*nus ad memoriam uterque poſteritatis reliquerunt. Et Ambroſius ſermone decimo ſeptimo.* Ianus *enim homo fuit unius conditor ciuitatis, quæ* Ianiculum *nũcupatur, in cuius honore a gentibus calendæ ſunt* Ia*nuariæ nuncupatæ. Vnde qui Calendas* Ianuarias *colit peccat, quoniam homini mortuo defert diuinitatis obſequium.* Ianus *primus in* Italia*, ait* Xenon *apud Macrobium ſatur. libro primo, dijs templa fecit, & ritus inſtituit ſacrorum. Qui, ait Ouid. Faſt. libro ſexto, Cranem nympham ſtuprauit. Et certe Lucilius*

apud Lanctantium in libro de uera religione, quòd Ianus Deus pater appellaretur, irridet. Oenotrus autẽ arcas fuit itidem Ethnicus idolatra, & quingentis annis ante ruinas Troiæ *ex Arcadia uenit in Calabriá, ut Dionyſius Halicar. grauis locupleſque imprimis auctor libro primo tradit: poſt Noe annis mille ſexcentis uiginti, ante Ianum annis trecentis octuagintaquinque. Iapetus autem pater fuit Promethei, auus Deucalionis. Deucalion uero, cuius temporibus diluuium fuit, ut idem Dionyſius libro 1. fert, Theſſaliæ rex fuit, filius Promethei & Oceanæ, quo duce Pelasgi Theſſalia pulſi ſunt. fuitque poſt diluuium Noe annis mille quadringentis trigintaquinque, poſt Oenotrum autem annis centum octuagintaquinque, ante uerò Ianum annis centum ſexagintaquinque. Diluuium autẽ Deucalionis non fuit uniuerſale, ſed quibusdam tantũ locis. Sacerdos enim quidam Aegyptius apud Platonem in Thimæo Solonem alloquens multas aquarum inundationes præceſſiſſe inundationem Deucalionis, eamque in Aegyptum minime perueniſſe ait. Quod idem Diodorus ſiculus libro primo aſſerit. Qui & libro ſexto ait. Tradunt Samothraces ante Deucalionis diluuium aliud quoque antea magnum apud eos extitiſſe. Fuit autem Deucalion ipſe Areopagi Athenienſis tempore, ut Auguſtinus libro decimo octauo de ciuitate Dei ſcribit. Qui cum multa de Areopago ipſo diſſeruiſſet, ſubdit. His temporibus, ut Varro ſcribit, regnante Athenienſibus Crano ſucceſſore Cecropis, ut*

autem

autem noſtri Euſebius & Hieronymus adhuc eodem Cecrope permanente diluuium fuit, quod appellatum eſt Deucalionis, eo, quòd ipſe regnabat in earum terrarum partibus, ubi maxime factum eſt. Hoc autem diluuium nequaquam ad Aegyptum neque ad eius uicinia peruenit. His temporibus Moyſes eduxit populum de Aegypto. Euſebius etiam ait. Cecropem Aegyptium Athenas in Cabaa, quæ poſtea Attica dicta eſt, condidiſſe. Veſta autem, ait Lactantius diuin. inſt. primo, Vranij coniux fuit, mater Saturni. Proinde latiſſime patet Ianum, Deucalionē, Oenotrū, quibus nominibus Noe appellatum fuiſſe fabulantur, non modo ethnicos idolatras fuiſſe, diuerſosque, ac diuerſis temporibus, ſed etiam lònge plurimum poſt Noe extitiſſe. Vertumnum autem, quo etiam nomine Noe nuncupatum fuiſſe nugantur, fictum a Romanis fuiſſe, & Propertius libro quarto & Auguſtinus tradunt. Quare uiderint modo qui Ianum, quem non modo ethnici ipſi idolatræ deum dixerunt, ſed noſtri quoque doctores inter falſos deos connumerant, Noe ſanctum Dei uirum, Veſtam, quam ethnici ipſi deam dixerunt, uxorem Noe, Iapetum Iaphet faciunt, profani ſint. Abſit a pijs auribus tanta impietas, tantumque facinoris crimen, ut Noe dijs gentium ſacrificia & templa inſtituiſſe, & ſtuprum patrauiſſe dicatur, quæ Ianus feciſſe conſtat. Sed nec quidem permiſiſſet Deus diuinam ſcripturam ab idolatrijs impuris hominibus, qui eam totam diſpicatam habentes deridebant, eaque fa-

bulis ſimilis ſibi uidebatur, profanari. Et certe Demetrius apud Ioſephum *libro duodecimo pleroſq; ethnicos multatos fuiſſe a cœleſti numine ait, quòd diuinam ſcripturam profanæ hiſtoriæ immiſcentes, temeraſſent, inter quos fuere Theopompus, & Theodetes quorum ille triginta dies mente motus fuit, & præcibus placato Deo ei ſana mens reddita eſt, iſte oculis glaucomatę ſuffuſis caligauit, & errato agnito, atque exorato Deo reſtituta ei acies fuit. Hæc de* Iano, *Saturno, Deucalione, Oenotrio dicta ſint.* Id quod ideo *nobis ſcribere curæ fuit, ne rudes mentes in hoc ſceleris crimen incidant, ut honorem, qui Noe Dei uiro debetur,* Iano, *Deucalioni, Oenotro Ethnicis & idolatris deferant, profanique fiant. Nunc autem, quia ab inſtituto tranſuerſum unguem diſceſiſſe uideor, ad literas reuertendum eſt. Enimuero hæ literæ, quibus utimur latij ſunt, a quo latinæ ſunt appellatæ. Eas unà cum grammatica arte Saturnus ex Creta, ſiue ex Attica, ubi, ut Tertul. ait, aliquanto tempore commoratus eſt, annis centum quinquaginta ante priami cladem in latium afferens latinis populis dedit, ſed rudiores,* Inde *Euander Arcas ſexaginta annis ante* Ilij *excidium poſt* Saturnum *annis nonaginta literas ipſas grammaticamque artem emendatiores in latium aduexit regnante in eo Fauno latini patre, licet is eas inueniſſe creditus ſit. Sed præſtat utique ut rem hanc aliquanto altius repetam, & quis eas primus reperit, ut pollicitus ſum, pandam. Porrò Mercurium, qui &*

Theuth

Theuth dictus eſt, qui Argum occidit, literas primú apud Aegyptios inueniſſe omnium conſenſu perhibetur. Omnes enim non modo ethnici, ſed noſtri quoque doctores id teſtatum reliquerunt. Ab Aegyptijs Phœnices acceperunt, a Phœnicibus Boetij & Attici græciæ populi. Plato enim in Philebo ait. Apud Aegyptios Theuth fuiſſe dicitur, qui literas excogitauit. Et in Phædro. Audiui equidem circa Naucratim Aegypti priſcorum quendam fuiſſe deorum, cui dicata ſit auis, quam ibim uocant, dæmoni autem ipſi nomẽ Theuth, hunc primum numerum & computationem inueniſſe numerorum, geometriamque, & aſtronomiam, talorum rurſus, alearumque ludos, & literas, quo tẽpore Thamus rex apud Thebas Aegypti regnabat. Quem Aegyptij deum ammonem uocant. Ad hunc Theuth profectus artes demonſtrauit ſuas, dixitque eas diſtribui deinceps Aegyptijs cæteris oportere. Et in Timeo. Græcos multis ſæculis poſt Pyrrhæ & Deucalionis inundationem literis caruiſſe ſcribit. Herodotus etiam in Terpſicore ait. Phoenices, qui cum Cadmo in Boeotiam uenerunt, cum alias multas doctrinas in græciam introduxere, tum uero literas, quæ apud græcos, ut mihi uidetur, antea non fuerat. Et primæ quidem illæ extiterunt, & quibus omnes phœnices utuntur. Progreſſu deinde temporis unã cũ ſono imutauerunt modulum priſtinum. Item Diodorus ſiculus libro primo mercurium ipſum & literas & grammaticam artem inueniſſe oſtendit. ait enim

Aegyptij Mercurium maxime omnium ab Oſiride honoribus affectum, ut repertorem rerum plurimarum, quibus uitæ hominum conſuleretur, uolunt: Hunc enim & uerba in ordinem redegiſſe, & multis indidiſſe rebus nomina, fuiſſe quoque literarum inuentorem aiunt, inſtituiſſeque quo honore, quibusuè ſacris colerentur dij. Et *libro quarto. Dionyſius id eſt liber pater ait Cadmum primum ex Phœnicia aduexiſſe literas, primumque græcam linguam inueniſſe, ac rebus dediſſe nomina. Adhæc characteribus formam dediſſe, communique uerbo literas quoniam ex Phœnicia traductæ eſſent, appellatas fuiſſe Phœnicias, ſed a Pelaſgis, qui primi eis literis uſi ſunt, Pelaſgas dixere. Et Cicero libro tertio de Natura Deorum. Mercurius quintus, quem colunt Phœneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam Aegypto præfuiſſe, atque Aegyptijs leges & literas tradidiſſe. Hunc Aegyptij Theuth appellant, eodem nomine anni primus menſis, apud eos uocatur.* Id totum *Lactantius in libro de falſa religione aſſerendo refert. Rurſus Dionyſius Halicarnaſeus libro primo infit. Euander rex Palantio urbe Arcadiæ annis ſexaginta ante res Troianas in ea loca, ubi eſt* Roma, *cum claſſe conceſſit. Et paulo poſt. Dicuntur etiam literarum græcarum uſum nuper apparentem Arcadibus, hi primum in* Italiam *attuliſſe, & inſtrumenta muſica, quæ quidem lyræ, & trigona, & lydi uocantur, cum nullo alio artifi-*

cio

cio muſico illi antea uterentur, præterquam fiſtolis paſtoralibus. Leges item poſuiſſe dicunt ipſos, ac uictum priſcum ex ferino magna ex parte ad humanitatem traduxiſſe, artes quoque & ſtudia, & alia quædam commoda in publicum contuliße. Horum dux Euander fuit, qui in ea loca uenit, ubi nunc Roma *eſt. Et de eius aduentus tempore libro eodem ait. Cum Euander in latium uenit, Faunus Latini pater, Martis, ut aiunt, pronepos regnabat, a quo benigne eſt hoſpitio exceptus, eique locus traditus, ubi uicum extrueret. Et libro quarto, literas, quas Saturnus & Euander in latium attulere græcas formas tenuiſſe oſtendens ait.* Tullius *rex extruxit Dianæ fanum in maximo Romæ collium* A*uentino collocatum, legesque conſcripſit urbibus inter ſe, ad eam celebrationem & nundinas, ac quemadmodum perficerentur ſtatuit.* Ac *ne iſta deleret ullum tempus, baſim eligens æneam, in ea ſcripſit & quæ uiſa eſſent conſeßoribus, & quæ eſſent participes conuentus urbes. Permanſit autem baſis ipſa uſque ad ætatem meam in delubro dianæ ſita, figuram habens literarum græcarum, quibus uetus utebatur Græcia. Item Liuius libro primo. Euander uenerabilis uir miraculo literarum rei nouæ inter rudes artium homines ex Arcadia eá loca tenuit, ubi nunc Roma eſt.* Adhuc *Plinius libro ſeptimo. Literas ſemper arbitror fuiſſe, ſed alij apud* Aegyptios *a Mercurio, ut Cælius, alij*

alij apud Syrios repertas uolunt. Vtique in græciam attuliſſe e Phœnicia Cadmum ſexdecim numero. Antoclides in Aegypto inueniſſe quendam nomine Menona tradit quindecim annis ante Phoroneum antiquiſſimum græciæ regem. Id monimentis approbare conatur. Ediuerſo Aepigenes apud babilonios ſeptingentorum octogenta annorum. Ex quo apparet æternus literarum uſus. In latium eas atulere Pelasgi. Sunt nimirum pelasgi Arcades. Rurſus libro eodem. Veteres literas græcas fuiſſe easdem pene, quæ nunc latinæ inditio erit delphica tabula antiqui æris, quæ eſt hodie in palatio dono principum Mineruæ dicata in bibliotheca cum inſcriptione tali ναυσικράτης τισαμένου ἀθηναῖος ἀνέθηκεν. *Et libro xxxv. meminit de antiquis latinis literis. Et Quintilianus libro primo uetuſtiſſimis temporibus pauciores literæ, nec ſimiles his noſtris earum formæ fuerunt, & uis quoque diuerſa. Item Cornelius* Tacitus *libro undecimo. Primi per figuras animalium Aegyptij ſenſus mentis effingebant, & antiquiſſima monimenta memoriæ impreſſa ſaxis cernuntur, & literarum ſemet inuentores perhibent. Inde Phœnices, quia mari præpollebant, intuliſſe Græciæ, gloriamque adeptos tanquam reperiſſent, quæ acceperant. Quippe fama eſt Cadmum claſſe Phœnicum uectum rudibus adhuc græcorum populis artis eius auctorem fuiſſe. Quidam Cecropem Athenienſem, uel Thebanum, & temporibus Troiæ Palamedem Argiuum memorant ſexdecim literarum formas,*

mas, mox alios, ac præcipuum ſimonidem cæteras reperiſſe. Et in Italia *Etruſci ab Corinthio* Demarato. *Aborigines ab Euandro Arcade didicerunt, & formæ literis latinis, quæ ueterrimis græcorum, ſed nobis quoque paucæ primum fuere, deinde aliæ additæ. Et iuſtinus philoſophus & martyr. Moyſis tempore græcæ literæ nondum erant, ſed Cadmus primus ex Phœnicia attulit, & græciæ tradidit. Plato in Timeo tradit poſterius inuentas, quas Solon ex Aegypto rediens græciæ retulit. Item Arnobius aduerſus gentes libro tertio. Mercurius quintus Argi interemptor fugitiuus atque exul, & proditor apud Aegyptum literarum. Et* Tertullianus *in libro de Corona militis. Mercurius primus literas enarrauit.* Inde Cecrops Athenienſium, *ſiue ut alij, Cadmus Phœnix ex Phœnicia ſexdecim literas in græciam attulit & Bœotis tradidit, quatuor Palamedes inuenit. Itaque perlate patet apud Aegyptios primum literas repertas fuiſſe. Eas Cadmus ducentos quinquaginta circiter annos ante* Ilij *excidium Bœotis attulit, a quibus Pelaſgi accipientes, ut ualuerunt, eas emendarunt, ſiue, ut Plato uult, Solon eas primus in græciam aduexit longe poſt Cadmum. Quas, ut dixi, Saturnus ex creta ſiue ex attica in latium intulit, & certe quidam apud Eutropium libro primo aſſerunt nurum Saturni, coniugem Pici matrem* Fauni *primum literas in Italia eſſinxiſſe. Fauni, inquit mater creditur latinas literas reperiſſe. Quod quomodo muliercula illa effice-*

efficere potuerit, ni a ſocero didiciſſet, non uideo. Cyprianus autem, & Arnobius, ut oſtendi Saturnum primum in Italia literas impreſiſſe aiunt ut ex græcia attulerat, earum fortaſſe figuris aliquantis per immutatis. Inde eaſdem ſed emendatiores, ut retuli, Euander arcas in latium attulit. Eas enim græci, ut Diodorus ait, emendarunt. Plutarchus in Romulo etiam tunc nonnulla græca uocabula apud latinos populos in uſu ſermoneque quotidiano fuiſſe ſcribit. Vbi ait. Talaſſius nuptialis uox eſt. Plurimi hanc exhortationem & prouocationem ad opus & lanificium, quod græci talaſiam dicunt, eſſe opinantur, cum nondum latina uocabula græcis eſſent confuſa. Et in Numa. Longe magis Numæ tempore, quam hodie græcis nominibus latini admiſtis utebantur. Tu ſcis autem, ut oſtendi, Demaratus literas attulit. Ecce nunc tibi tuſcia literæ tuæ, quas non Noe, ut ipſi fabulamini, cum eius tempore literæ nullæ eſſent, ſed longe plurimum poſt, ut oſtendi, inuentæ, ſed Demaratus Corinthius annis prope ſexcentis ſexaginta poſt Saturnum, quingentis uero ottoaginta poſt Euandrum, uobis attulit. Qui octogeſimum circiter urbis annum initio regni Tullij Hoſtilij in Tuſciam uenit. Nam quod Plinius ſcribit uetuſtior urbe in uaticano ilex, in qua titulus æreis etruſcis literis religione arborem iam tunc dignam fuiſſe ſignificabat. Non intelligendum eſt, quod titulus ante urbē conditam ſit inſcriptus, ut quidam intelligunt, quòd

oſten-

oſtendebat ilicem uetuſtiorem fuiſſe urbe, nam tunc, cum in ſcriptus fuit, ilex uetuſta erat, & ob id iam digna religione. Cæterũ antequam literæ inuentæ ſignatæque eſſent & cognitæ ab omnibus gentibus, ut alibi dixi, in loquendo exprimebantur, ut nunc exprimuntur uel ab his, qui eas non norunt. Sunt .n. earum ſoni ut dixi, a natura. Vocales aũt, ait Macrobius libro primo de ſomnio Scipionis, ſeptem ſunt a natura, ſed latinitas quinque tenere uoluit, & eas modo longas; modo breues pronunciat, idque arte grãmatica. Nunc autem quia de literis ſatis dictum habeo, ad grammaticam reuertamur. Enimuero artem recte loquendi & ſcribendi, quæ a græcis grammatica, a latinis literatura dicitur, Theuth ideſt Mercurium unà cũ literarũ formis primũ inueniſſe in Philebo ſcribit Plato, ubi ſic ait. Poſtquam infinitam uocẽ cogitauit, ſiue deus aliquis, ſiue homo diuinus, qualis apud Aegyptios Theuth fuiſſe fertur, primo in ipſa uocis infinitate uocales literas conſiderauit, quæ non una, ſed plures ſunt, rurſuſque alias, quæ non uocis, ſed phtongi participes eſſent, atque harum numerum certũ ſimiliter definiuit. Tertiã deinde ſpeciẽ literarũ diſtinxit, earũ quas mutas uocamus, poſtremo liquidas, mutaſque diſcreuit uſque ad quodlibet unũ, uocaleſq. & medias eodẽ modo, donec earũ capiẽs numerũ in unaquaque, & cunctis elemẽtũ uocauit. Cũque uideret neminẽ ipſum unum ſecundũ ſeipſum ſeorſum a reliquis percepturũ, huiuſmõi uinculũ meditatus ut unũ

exi-

exiſtens, & has omnes unum quodamodo faciens, unam in tempus artem nomine grammaticam ſtatuit. Quod ipſum Diodorus Siculus lib. primo aſtruit, qui ait Theuth primum literas inueniſſe, & uerba in ordinem redegiſſe. Alij uero literas & grammaticã ipſam artem Moyſen primum, qui omni genere ſcientiarum Aegyptiorum *impenſe fuit eruditus, excogitaſſe memoriæ tradiderunt, & eas tradidiſſe Hebræis: qui artem ipſam grammaticam diduc hoc eſt ſubtilitatem & exquiſitam artem appellant. ait itaque clemens* Alexandrinus *ſtromate primo, Moyſes genere Chaldæus fuit natus in* Aegypto, *cum autem ætate eſſet grandior arithmeticam, & geometriam, & rythmicam, & armoniam, & præterea medicinam, ſimul & muſicam edoctus eſt ab ijs, qui erant inſignes inter* Aegyptios. *Et præterea eam, quæ traditur per ſymbola ſeu ſigna, philoſophiam, quam in literis oſtendunt hieroglyphicis.* Alium *autem doctrinæ orbem tanquam puerum regium græci eum docuerunt in* Aegypto, *ut ait Philo in uita Moyſis. Didicit autem literas Aegyptiorum, & rerum cœleſtium ſcientiam a Chaldæis &* Aegyptijs. *Vnde in eius rebus geſtis dicitur doctus fuiſſe in omni ſcientia* Aegyptiorum. *Eupolimus autem in libro de* Iudeæ *regibus dicit Moyſen primum fuiſſe ſapientem, & grammaticam primum tradidiſſe* Iudæis, *& Phœnices accepiſſe a* Iudæis, *Græcos autem a Phœnicibus. Quod autem Clemens dicit Moyſen* Aegyptiorum *literas didiciſſe, per literas*

ras animalium formas intelligit, quibus ueluti literis ſenſus mentis, ut oſtendi, effingebant, uel literas Ae*gyptiorum ideſt diſciplinam, nam plerunque per literas ſcientia literarum intelligenda eſt. Sed nempe cre debilius eſt Deum Moyſi magis ſeruo ſuo literas & artem grammaticam excogitandi lumina prætuliſſe, quibus deus ipſe legem erat ſcripturus, quàm cuique ethnicorum.* Quem Moyſen *omnium deorum, atque omnium ſcriptornm uetuſtiſſimum fuiſſe Euſebius in libro de temporibus, & Theodoritus in libro de principijs, &* Tatianus *probant. Clemens &* A*fricanus &* Tatianus *&* Ioſephus*, & Iuſtus apud Euſebium in chronico Moyſen* Inachi *temporibus fuiſſe tradunt.* Inachus *autem, ait Euſebius ipſe quingẽtis annis Troianum bellum antecedit. Item Tertullianus in Apol. ait.* Moyſes Argiuo Inacho *par ætate octingentis pene annis ante urbem conditam, centum ſeptuaginta Danaum ipſum apud uos uetuſtiſſimum præuenit, trecentos circiter cladem Priami antecedit. Et Orig. contra celſum libro ſexto.* Moyſes *inquit græcarum literarum tempus longeplurimum ætate præceſſit. Item Euſebius libro decimo de præparatione euangelica literas primum ab Hebræis eſſe his uerbis oſtendit. Primus, qui literas Græcis dedit, Cadmus ex Phœnicia erat. Multi Syrios literas primum comperiſſe aſſerunt. Syrij autem etiam Hebræi ſunt, nam Iudæa in Syria ſemper a ſcriptoribus habita eſt, & Phœniciam etiam apud priſcos appellatam eſſe*

con-

conſtat, quæ nunc Paleſtinæ Syriæ dicitur. Et Auguſtinus lib. decimo octauo de ciuitate Dei Moyſen longè ante Mercurium fuiſſe ſcribit, illumque in populo Dei conſtituiſſe, qui docendis literis præfuiſsent, priuſquã diuinæ legis ullas literas noſsent. Nimirum argumẽtum etiam eſt Hebraicas literas & artem grammaticam Moyſe auctore primum eſſe inuentas, nam Hebræa lingua, ut Auguſtinus libro decimo ſexto de ciuitate Dei probat, omnibus eſt prior. Quæ, ait Hieronymus in Sophoniam, omnium linguarum eſt matrix. Et in Eſaiam libro undecimo dicit, & græcam & latinam linguam ad comparationem hebrææ linguæ pauperes eſſe. Quæ, ait idem in Danielem, dualem numerum habet, quem greci ſeruant, & græcæ & latinæ literæ hebraicarum nomina ſeruant & ſonum, figuris tantum inter ſe diſſimilibus. Quas literas Mercurius primus Aegyptijs oſtendit, quaſi eas inuenerit Hebrææ autem literæ paucæ primo fuere, ut Ireneus ſcribit, qui ait. Antiquæ & primæ hebræorum literæ & ſacerdotales nuncupatæ decem quidem fuere numero, ſcribuntur autem quæque per quindecim nouiſſima litera copulata primæ. Has & Samaritanorum eaſdem olim fuiſse, eaſque apud Samaritas remanſiſse Hieronymus in prologo lib. regum tradit, & literas Chaldæorum numero & ſono cum hebraicis concordare, diſcrepare autem characteribus. Quidam literas Iob & Enoch tempore fuiſse auctumant, quod Iudas apoſtolus in epiſtola ſua ipſum E-

noch quædam prophetaſſe dicat, quaſi neceſſario ea ab eodem literis memoriæque mandata forent, quodque Iob uitam ſuam in plumbi lamina aut ſilice ſcribendam fore, ac contra ſe deum amaritudines ſcribere dicat. Quod ſi ita eſſet haud dubium conſequens eſſet, ut quæ Moyſes *ab exordio mundi ad ſuam uſque memoriam ſcripſit, antea literarum monumentis tradita eſſent. Sed certe Moyſes non ab aliquo ſcriptore excerpſit, ſed cœleſti afflatus numine ſcripſit. Et ſicut paſtoralis muſicæ, & fabrilis artis repertores deſcripſit, ita & literarum inuentorem, ſi ab alio inuentæ fuiſſent, ſcripſiſſet. Iudas autem aut diuino inſtinctu quæ Enoch prophetauerat ſciuit, aut ab aliquo ſcriptore didicit. Quanquam Hieronymus quod in Iudæ epiſtola de Enoch ſcribitur apochriphum, & ob id epiſtolam quoque illam apocripham eſſe ſentit. Quomodo autem illud Iob intelligatur, qui ſcire auet eos legat, qui in ipſum ſcripſere. Cuius uitam Moyſes eodem ſpiritu, quo alia ſcripſit, exarauit. Non enim in cœleſti gloria libri ſunt, quia legimus iuſtos in libro uitæ ſcriptos eſſe, ſed liber ac ſcriptura pro æternitate diuinaque uoluntate ſumitur, & lamina ac ſilex pro perpetuitate, qua Iob uitam ſuam donandam fore ob poſterorum utilitatem & concupiuit & præſagiuit. Proinde literas & grammaticam artem Saturnus, & inde euander emendatiores in Latium attulerunt. Earum ſonos a natura eſſe ſemel atque iterum ac tertio diximus. Formas uero a Moyſe*

T *diuino*

Aegyptij Mercurium maxime omnium ab Oſiride honoribus affectum, ut repertorem rerum plurimarum, quibus uitæ hominum conſuleretur, uolunt: Hunc enim & uerba in ordinem redegiſſe, & multis indidiſſe rebus nomina, fuiſſe quoque literarum inuentorem aiunt, inſtituiſſeque quo honore, quibusuè ſacris colerentur dij. Et *libro quarto. Dionyſius ideſt liber pater ait Cadmum primum ex Phœnicia aduexiſſe literas, primumque græcam linguam inueniſſe, ac rebus dediſſe nomina. Adhæc characteribus formam dediſſe, communique uerbo literas quoniam ex Phœnicia traductæ eſſent, appellatas fuiſſe Phœnicias, ſed a Pelaſgis, qui primi eis literis uſi ſunt, Pelaſgas dixere. Et Cicero libro tertio de Natura Deorum. Mercurius quintus, quem colunt Phœneatæ, qui Argum dicitur interemiſſe, ob eamque cauſam Aegypto præfuiſſe, atque Aegyptijs leges & literas tradidiſſe. Hunc Aegyptij Theuth appellant, eodem nomine anni primus menſis, apud eos uocatur.* Id *totum Lactantius in libro de falſa religione aſſerendo refert. Rurſus Dionyſius Halicarnaſeus libro primo infit. Euander rex Palantio urbe Arcadiæ annis ſexaginta ante res Troiauas in ea loca, ubi eſt* Roma, *cum claſſe conceſſit. Et paulo poſt. Dicuntur etiam literarum græcarum uſum nuper apparentem Arcadibus, hi primum in* Italiam *attuliſſe, & inſtrumenta muſica, quæ quidem lyræ, & trigona, & lydi uocantur, cum nullo alio artificio*

cio muſico illi antea uterentur, præterquam fiſtolis paſtoralibus. Leges item poſuiſſe dicunt ipſos, ac uictum priſcum ex ferino magna ex parte ad humanitatem traduxiſſe, artes quoque & ſtudia, & alia quædam commoda in publicum contuliſse. Horum dux Euander fuit, qui in ea loca uenit, ubi nunc Roma *eſt. Et de eius aduentus tempore libro eodem ait. Cum Euander in latium uenit, Faunus Latini pater, Martis, ut aiunt, pronepos regnabat, a quo benigne eſt hoſpitio exceptus, eique locus traditus, ubi uicum extrueret. Et libro quarto, literas, quas Saturnus & Euander in latium attulere græcas formas tenuiſſe oſtendens ait.* Tullius *rex extruxit Dianæ fanum in maximo Romæ collium* Auentino *collocatum, legesque conſcripſit urbibus inter ſe, ad eam celebrationem & nundinas, ac quemadmodum perficerentur ſtatuit.* Ac *ne iſta deleret ullum tempus, baſim eligens æneam, in ea ſcripſit & quæ uiſa eſſent conſeſsoribus, & quæ eſſent participes conuentus urbes. Permanſit autem baſis ipſa uſque ad ætatem meam in delubro dianæ ſita, figuram habens literarum græcarum, quibus uetus utebatur Græcia. Item Liuius libro primo. Euander uenerabilis uir miraculo literarum rei nouæ inter rudes artium homines ex Arcadia ea loca tenuit, ubi nunc Roma eſt.* Adhuc *Plinius libro ſeptimo. Literas ſemper arbitror fuiſſe, ſed alij apud* Aegyptios *a Mercurio, ut Cælius, alij*

mas, mox alios, ac præcipuum ſimonidem cæteras reperiſſe. Et in Italia Etruſci ab Corinthio Demarato. Aborigines ab Euandro Arcade didicerunt, & formæ literis latinis, quæ ueterrimis græcorum, ſed nobis quoque paucæ primum fuere, deinde aliæ additæ. Et iuſtinus philoſophus & martyr. Moyſis tempore græcæ literæ nondum erant, ſed Cadmus primus ex Phœnicia attulit, & græciæ tradidit. Plato in Timeo tradit poſterius inuentas, quas Solon ex Aegypto rediens græciæ retulit. Item Arnobius aduerſus gentes libro tertio. Mercurius quintus Argi interemptor fugitiuus atque exul, & proditor apud Aegyptum literarum. Et Tertullianus *in libro de Corona militis. Mercurius primus literas enarrauit.* Inde *Cecrops* Athenienſium, *ſiue ut alij, Cadmus Phænix ex Phœenicia ſexdecim literas in græciam attulit & Bœotis tradidit, quatuor Palamedes inuenit. Itaque perlate patet apud Aegyptios primum literas repertas fuiſſe. Eas Cadmus ducentos quinquaginta circiter annos ante* Ilij *excidium Bœotis attulit, a quibus Pelasgi accipientes, ut ualuerunt, eas emendarunt, ſiue, ut Plato uult, Solon eas primus in græciam aduexit longe poſt Cadmum. Quas, ut dixi, Saturnus ex creta ſiue ex attica in latium intulit, & certe quidam apud Eutropium libro primo aſſerunt nurum Saturni, coniugem Pici matrem* Fauni *primum literas in Italia effinxiſſe. Fauni, inquit mater creditur latinas literas reperiſſe. Quod quomodo muliercula illa*

effice-

efficere potuerit, ni a ſocero didiciſſet, non uideo. Cyprianus autem, & Arnobius, ut oſtendi Saturnum primum in Italia literas impreſiſſe aiunt ut ex græcia attulerat, earum fortaſſe figuris aliquantis per im mutatis. Inde eaſdem ſed emendatiores, ut retuli, Euander arcas in latium attulit. Eas enim græci, ut Diodorus ait, emendarunt. Plutarchus in Romulo etiam tunc nonnulla græca uocabula apud latinos po pulos in uſu ſermoneque quotidiano fuiſſe ſcribit. Vbi ait. Talaſſius nuptialis uox eſt. Plurimi hanc exhortationem & prouocationem ad opus & lanificium, quod græci talaſiam dicunt, eſſe opinantur, cum nondum latina uocabula græcis eſſent confuſa. Et in Numa. Longe magis Numæ tempore, quam hodie græcis nominibus latini admiſſis utebantur. Tu ſcis autem, ut oſtendi, Demaratus literas attulit. Ecce nunc tibi tuſcia literæ tuæ, quas non Noe, ut ipſi fabulamini, cum eius tempore literæ nullæ eſſent, ſed longe plurimum poſt, ut oſtendi, inuentæ, ſed Demaratus Corinthius annis prope ſexcentis ſexaginta poſt Saturnum, quingentis uero ottoaginta poſt Euandrum, uobis attulit. Qui octogeſimum circiter urbis annum initio regni Tullij Hoſtilij in Tuſciam uenit. Nam quod Plinius ſcribit uetuſtior urbe in uaticano ilex, in qua titulus æreis etruſcis literis religione arborem iam tunc dignam fuiſſe ſignificabat. Non intelligendum eſt, quod titulus ante urbē conditam ſit inſcriptus, ut quidam intelligunt, quòd

oſten-

oſtendebat ilicem uetuſtiorem fuiße urbe, nam tunc, cum in ſcriptus fuit, ilex uetuſta erat, & ob id iam digna religione. Cæterũ antequam literæ inuentæ ſignatæque eſſent & cognitæ ab omnibus gentibus, ut alibi dixi, in loquendo exprimebantur, ut nunc exprimuntur uel ab his, qui eas non norunt. Sunt .n. earum ſoni ut dixi, a natura. Vocales aũt, ait Macrobius libro primo de ſomnio Scipionis, ſeptem ſunt a natura, ſed latinitas quinque tenere noluit, & eas modo longas, modo breues pronunciat, idque arte grãmatica. Nunc autem quia de literis ſatis dictum habeo, ad grammaticam reuertamur. Enimuero artem recte loquendi & ſcribendi, quæ a græcis grammatica, a latinis literatura dicitur, Theuth ideſt Mercurium unà cũ literarũ formis primũ inueniſſe in Philebo ſcribit Plato, ubi ſic ait. Poſtquam infinitam uocẽ cogitauit, ſiue deus aliquis, ſiue homo diuinus; qualis apud Aegyptios Theuth fuiſſe fertur, primo in ipſa uocis infinitate uocales literas conſiderauit, quæ non una, ſed plures ſunt, rurſuſque alias, quæ non uocis, ſed phtongi participes eſſent, atque harum numerum certũ ſimiliter definiuit. Tertiã deinde ſpeciẽ literarũ diſtinxit, earũ quas mutas uocamus, poſtremo liquidas, mutaſque diſcreuit uſque ad quodlibet unũ, uocaleſq. & medias eodẽ modo, donec earũ capiẽs numerũ in unaquaque, & cunctis elemẽtũ uocauit. Cũque uideret neminẽ ipſum unum ſecundũ ſeipſum ſeorſum a reliquis percepturũ, humõi uinculũ meditatus ut unũ

exi-

ras animalium formas intelligit, quibus ueluti literis ſenſus mentis, ut oſtendi, effingebant, uel literas Aegyptiorum ideſt diſciplinam, nam plerunque per literas ſcientia literarum intelligenda eſt. Sed nempe cre debilius eſt Deum Moyſi magis ſeruo ſuo literas & artem grammaticam excogitandi lumina prætuliſſe, quibus deus ipſe legem erat ſcripturus, quàm cuique ethnicorum. Quem Moyſen omnium deorum, atque omnium ſcriptorum uetuſtiſſimum fuiſſe Euſebius in libro de temporibus, & Theodoritus in libro de principijs, & Tatianus probant. Clemens & Africanus & Tatianus & Ioſephus, & Iuſtus apud Euſebium in chronico Moyſen Inachi temporibus fuiſſe tradunt. Inachus autem, ait Euſebius ipſe quingẽtis annis Troianum bellum antecedit. Item Tertullianus in Apol. ait. Moyſes Argiuo Inacho par ætate octingentis pene annis ante urbem conditam, centum ſeptuaginta Danaum ipſum apud uos uetuſtiſſimum præuenit, trecentos circiter cladem Triami antecedit. Et Orig. contra celſum libro ſexto. Moyſes inquit græcarum literarum tempus longeplurimum ætate præceſſit. Item Euſebius libro decimo de præparatione euangelica literas primum ab Hebræis eſſe his uerbis oſtendit. Primus, qui literas Græcis dedit, Cadmus ex Phœnicia erat. Multi Syrios literas primum comperiſſe aſſerunt. Syrij autem etiam Hebræi ſunt, nam Iudæa in Syria ſemper a ſcriptoribus habita eſt, & Phœniciam etiam apud priſcos appellatam eſſe

con-

conſtat, quæ nunc Paleſtinæ Syriæ dicitur. Et Augu ſtinus lib. decimo octauo de ciuitate Dei Moyſen longè ante Mercurium fuiſſe ſcribit, illumque in populo Dei conſtituiſſe, qui docendis literis præfuißent, priuſquã diuinæ legis ullas literas noßent. Nimirum argumẽtum etiam eſt Hebraicas literas & artem grammaticam Moyſe auctore primum eſſe inuentas, nam Hebræa lingua, ut Auguſtinus libro decimo ſexto de ciuitate Dei probat, omnibus eſt prior. Quæ, ait Hieronymus in Sophoniam, omnium linguarum eſt matrix. Et in Eſaiam libro undecimo dicit, & græcam & latinam linguam ad comparationem hebrææ linguæ pauperes eſſe. Quæ, ait idem in Danielem, dualem numerum habet, quem greci ſeruant, & græcæ & latinæ literæ hebraicarum nomina ſeruant & ſonum, figuris tantum inter ſe diſſimilibus. Quas literas Mercurius primus Aegyptijs oſtendit, quaſi eas inuenerit Hebrææ autem literæ paucæ primo fuere, ut Ireneus *ſcribit, qui ait. Antiquæ & primæ hebræorum literæ & ſacerdotales nuncupatæ decem quidem fuere numero, ſcribuntur autem quæque per quindecim nouiſſima litera copulata primæ. Has & Samaritanorum eaſdem olim fuiße, eaſque apud Samaritas remanſiße Hieronymus in prologo lib. regum tradit, & literas Chaldæorum numero & ſono cum hebraicis concordare, diſcrepare autem characteribus. Quidam literas Iob & Enoch tempore fuiße auctumant, quod Iudas apoſtolus in epiſtola ſua ipſum Enoch*

noch quædam prophetaſſe dicat, quaſi neceſſario ea ab eodem literis memoriæque mandata forent, quodque Iob uitam ſuam in plumbi lamina aut ſilice ſcribendam fore, ac contra ſe deum amaritudines ſcribere dicat. Quod ſi ita eſſet haud dubium conſequens eſſet, ut quæ Moyſes ab exordio mundi ad ſuam uſque memoriam ſcripſit, antea literarum monumentis tradita eſſent. Sed certe Moyſes non ab aliquo ſcriptore excerpſit, ſed cœleſti afflatus numine ſcripſit. Et ſicut paſtoralis muſicæ, & fabrilis artis repertores deſcripſit, ita & literarum inuentorem, ſi ab alio inuentæ fuiſſent, ſcripſiſſet. Iudas autem aut diuino inſtinctu quæ Enoch prophetauerat ſciuit, aut ab aliquo ſcriptore didicit. Quanquam Hieronymus quod in Iudæ epiſtola de Enoch ſcribitur apochriphum, & ob id epiſtolam quoque illam apocripham eſſe ſentit. Quomodo autem illud Iob intelligatur, qui ſcire auet eos legat, qui in ipſum ſcripſere. Cuius uitam Moyſes eodem ſpiritu, quo alia ſcripſit, exarauit. Non enim in cœleſti gloria libri ſunt, quia legimus iuſtos in libro uitæ ſcriptos eſſe, ſed liber ac ſcriptura pro æternitate diuinaque uoluntate ſumitur, & lamina ac ſilex pro perpetuitate, qua Iob uitam ſuam donandam fore ob poſterorum utilitatem & concupiuit & præſagiuit. Proinde literas & grammaticam artem Saturnus, & inde euander emendatiores in Latium attulerunt. Earum ſonos a natura eſſe ſemel atque iterum ac tertio diximus. Formas uero a Moyſe

Deo artium omnium auctore) locutus ſit Adæ, & is uoce eadem indiderit nomina rebus; tamen ubi Adam ipſe ob patratum crimen mortalis effectus, angelico priuatus conſortio, paradiſoque exactus, hac in ualle exul innumeris fuit obnoxius miſerijs, ac cuncta arte & labore ſibi comparare coactus illius oblitus loquelæ haud perfecta illa angelica diuinaque uoce cum mortalibus ac noxijs infimæque plebi eſt locutus, ſed imperfecta, uerbis tamen eiſdem. Perfectá appello, quæ apud nos conſtat ex arte, imperfectá citra rationem uulgo infimæque plebi communem, qua uel Chriſtus plebem eſt allocutus. Quæ, ut dixi, a Moyſe diuino numine afflato arte eſt conſtituta grámatica, qua in uſum mortalium lex ſcriberetur diuina ab ipſo Deo primum inde a Moyſe, quaue prophetarum oracula & diuina hiſtoria ac philoſophia ſcriberentur, ne cuiuis infimæ ſortis homini diuinam ſcripturam attrectare ac prophanare liceret. Qua arte grammatica attica quoque & latina conſtituerentur linguæ in titulo crucis ſociandæ. Adamea autem Hebræaque uernacula quotidianaque lingua, quæ uſque ad ędificationem turris Babilonis omnibus gentibus communis fuit, poſt confuſionem linguarum, quæ ob peccatum obuenit, in ſua integritate permanſit, in Heber attamen ſolum ſtirpe, ex qua ortus eſt Abraam & Iacob, qua lingua Chriſtus erat loquuturus. Et quamuis Abraam natus ſit in Chaldea paternam tamen linguam a parentibus addiſcens ea lo-

quebatur cum ſuis, ut poſtea cæteri Hebræi in chaldaica & ægyptiaca captiuitate. Chaldaicam autem & Hebraicam linguas diſcretas inter ſe eſſe palam eſt. Iam *uero Hebræorum pueri, ut in Daniele ſcriptum eſt, utque egregie in ipſum notauit Hieronymus, Chaldæorum linguam & literas diſcere coacti ſunt. Quare qui Hebræorum uernaculam uulgarem linguam Chaldaicam, eſſe contendunt, idem eſt, ac ſi dicerent latij uernaculam uulgarem linguam eſſe Pannonicam, & Atticæ* Al*maticam, quod aſſerere ridiculum eſt. Hebræa enim regularis grammatica lingua ex Hebræa uernacula, non ex Chaldaica facta eſt, ut latina regularis ex latina uulgari, & Attica regularis ex Attica uulgari factæ ſunt non ex alijs linguis. fieri tamen poteſt ut Hebræi aliqua chaldaica uerba, & Chaldæi hebraica in quotidiano ſermone habeant.* Imo *uero, ait Hieronymus, Hebræa lingua omnium gentium uerbis quibuſdam utitur, quod gentium linguæ Dei nutu aliqua Adamææ linguæ uerba retinuerint. Et licet Iudæa in Syria ſit, Iudaica tamen uernacula uulgaris lingua a reliquorum Syriorum lingua diuerſa erat, ut latialis uernacula uulgaris a reliquorum* Italorum *linguis olim erat diſcreta, ut latiſſime patet in Eſaia & quarto libro regum, ac ſecundo Paral. Vbi Hebræi quidam ſyram linguam callentes Rabſacem ſyrum, qui hebraice loqui ſciebat, ita compellant loquere ad ſeruos tuos Syra lingua,*

gua, intelligimus enim, ne loquaris ad nos Iudaice *in auribus populi, qui eſt ſuper murum. Qua* Iudaica *uernacula uulgari lingua Samaritas uſos fuiſſe* Ireneus *prodit. Antequam uero grammatica ars & literæ inuentæ fuiſſent, cæteræ artes ac diſciplinæ, ſi quæ repertæ erant, per manus tradebantur. Cæterum Græci, quia uerboſiores ſunt, grammaticam multis regulis non neceſſarijs dilatantes, multaſque in partes diſcerpentes adeo difficilem reddiderunt. Latina uero neque ſuperflua habet, neque caret neceſſarijs. Quare merito Cicero græcam linguam ambitioſæ meretrici confert, quæ multo luxu ſuperfluat, latinam uero honeſtæ ac pudicæ matronæ, cui nihil deeſt, quod ad honeſtam pertineat mundiciam. Sed roget fortaſſe quis quid eſt quam obrem Deus ex toto orbe latium, ubi totius orbis & terreni* Imperij *principatum, & Chriſtianæ religionis ac fidei ſedem locaret, latijque uernaculam quotidianam linguam arte grammatica conſtituendam & in titulo crucis cum Hebræa &* Attica *ſociandam ab æterno delegit? Vtique quia latini populi & præſertim Romani uirtutibus cunctis ſuopte ingenio præditi, & religionis cultores ſemper extitere. Sed de Romanorum religione & ante Chriſti aduentum in Deos ſuos, & poſt eius aduentum in ipſum illius fide ſuſcepta plura in libro de æternitate urbis. Quæ tres principales linguæ* Hebræa *Attica & Latina Dei numine iccirco ex arte inſtitutæ ſunt, ut per eas*

tanquam per tres idoneos teſtes (tres enim ſunt in diuinitate perſonæ) diuinum uerbum toti orbi pateret, & rudi & audaci uulgo occaſio auferetur diuinam ſcripturam interpretandi ac profanandi. Quæ quia omnes barbaras linguas dignitate ac maieſtate quadam excellunt, Chriſti crucis titulo illuſtratæ & conſecratæ fuerunt. Qui Dei nutu his tribus linguis a Pilato fuit inſcriptus, & nouum teſtamentum æditum. Nam Paulus epiſtolam ad Hebræos, & Matthæus ſuum euangelium Hebræa lingua ſcripſerunt. Marcus autem ſuum euangelium latina lingua ſcripſit. Cætera uero, quæ in nouo teſtamento continentur, græca lingua fuerunt lucubrata. Quorum euangeliũ Ioannis, & actus apoſtolorum, ait Epiphanius libro primo de græca lingua in Hebræam translata ſunt. Et euangelium Matthæi *alij Ioannem euangeliſtam, alij* Iacobum *in græcam linguam tranſtuliſſe ferunt. Vetus uero teſtamentum iam olim* Dei nutu *Tholomei regis* Aegypti *cura in græcam linguã per Lxxij. interpretes translatum fuit. Euſebius eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro ſecundo & ſexto ait. Marcus a Romanis rogatus ſcripſit euangelium, ut quæ Petrus prædicabat ad perpetuam eorum commonitionem habendam ſcripturæ traderet, quo domi foriſque in huiuſmodi uerbi meditationibus permanerent. Petrus quidem* Romanis *non græce aut hebraice, ſed latine prædicauit. Nam, ut dixi, neque mos erat neque fas quenquam Romæ niſi latine concionari. Quem con-*

cionandi

tionandi ritum imitati ſecutique ſunt eius ſucceſſores, qui latino eloquio, quo erant eruditi, ad populum in templis declamare ſoliti ſunt. Ita & Matthæus egit, qui, ut idem Euſebius eiuſdem uoluminis libro tertio ſcribit, cum primum prædicaſſet Hebræis, & ad gentes tranſire pararet patria lingua ſcripturam compoſuit ea, quæ prædicauerat, comprehendentem, quã Hebræis ipſis ad memoriam reliquit. Damaſus etiam Romanus pontifex quatuor euangelia tribus linguis Hebræa, Græca, & Latina ſcripta, eaque a beato Petro approbata his uerbis oſtendit. Beatus Petrus ingreſſus eſt in urbem Romam Nerone Cæſare, ibique ſedit in cathedra epiſcopatus annis uiginti quinque, menſibus duobus, diebus tribus. Fuit autem temporibus Tiberij Cæſaris, & Gaij, & Tiberij Claudij, & Neronis. Hic ſcripſit duas epiſtolas, quæ catholicæ, ac canonicæ nominantur, & euangelium Marci, quòd Marcus auditor eius fuit, & filius a baptiſmo. Poſt omnem quatuor euangeliorum fontem, quæ ad interrogationem, & teſtimonio eius, hoc eſt Petri, firmata ſunt, dum alius Græce, alius Hebraice, *alius Latine conſonent, tamen eius teſtimonio ſunt confirmata. Et Canthaguzenus in quarta apologia contra Maumetum, quem alij anno a natali Chriſti* D LXXXXVI. *alij* D C XXV. *ſuam hæreſim ſeminare cepiſſe ferunt, ſic ait. Ex Chriſti diſcipulis quatuor ſcripſerunt euangeliũ, unus nomine Matthæus, qui* Hebraice *illud ſcripſit in Paleſtinæ inſtitutione,*

& Hieroſolimæ, partiumq. Africæ. Alius Marcus *latinè ſcripſit, uulgauitque in Achaiam,* Italiam *& Romam, & in omnes partes occiduas. Tertius Lucas græce edidit, quod in Aſiam, Aethiopiam, Perſiam,* Indiam, *& Arabiam uulgatum eſt. Quartus Ioannes, qui & ipſe Græce ſcripſit, quod in Aeuropæ aliquot partes diffuſum eſt, & in inſulas, aliaque loca a Græcis habitata, & ita euangelium diſſeminatum eſt per omnem orbem terrarum.* Et *Auguſtinus libro primo de mirabilibus ſacræ ſcripturæ nouum teſtamentum his tribus linguis ſcriptum fuiſſe aſiruit; ait enim omnium linguarum noui teſtamenti tempore tribus linguis hebraicæ utique, græcæ, & latinæ principatus committitur. Quia in eis crucis Chriſti titulus literis hebraicis, græcis, & latinis ſcriptus euangelica auctoritate perhibetur.* Et *in pſalmum quinquageſimum quintum. Chriſti crucis titulus erat inſcriptus hebraice, græce & latine tribus linguis, tanquam tribus teſtibus titulus approbatus. Quia in ore duorum uel trium ſtabit omne uerbum.* Et *in pſalmum quinquageſimum octauum. Titulus inſcriptus eſt a Pilato, & poſitus Rex Iudeorum tribus linguis hebræa, græca, & latina, quæ linguæ toto orbe maxime excellunt.* Et *Hieronymus in Eſaiam. Nemo ſcandalizari debet quòd dicatur apud. Hebræos ſpiritus genere feminino, cum noſtra lingua appelletur genere maſculino,*

ſculino , & græco ſermone neutro . In diuinitate enim nullus eſt ſexus , & ideo tribus principalibus linguis , quibus titulus dominicæ ſcriptus eſt paſſionis , tribus generibus appellatur, ut ſciamus nullius eſſe generis, quod diuerſum eſt. Et ad Heliodorum. Taceo de hebræis, græcis, & latinis, quas nationes ſuæ crucis titulo dominus dedicauit. Et in Marcum ſpiritus ſancti auctoritate has tres linguas æternas eſſe oſtendit , atque ſub his omnium gentium linguas contineri, ait quidem. Et erat titulus cauſæ eius inſcriptus Rex Iudæorum *, quod in titulis prænotatur pſalmorum , in finem ne corrumpas , & hoc tribus linguis* Rex *confitentium.* Hæ *tres linguæ in crucis titulo coniunctæ ſunt, ut omnis lingua commemoret perfidiam Iudæorum. Item Arnobius in pſalmum ſeptimum & centeſimum. Et diuidam ſiccimam apoſtolis, & conuallem tabernaculorum eius dimetiar in tres partes, ita ut ipſas tres partes in uno regno coniungam, ut ſit trinitas* Dei *in trinitate populi* He*bræorum, græcorum, & latinorum, & ex his tribus eatur in cunctis partibus mundi, ut noſtri ſint omnes per fidem , qui ſine fide eſſe non poſſunt. Et* Hilarius *in præfatione ſuper pſalm.* Romana *lingua media inter* Hæbræos *Græcoſque collecta , quia his maxime tribus linguis ſacramentum uoluntatis Dei , & beati regni expectatio prædicatur : ex quo illud* Pilati *fuit , ut*

his

his tribus linguis regem Iudæorum dominum Ieſum Chriſtum eſſe præſcriberet. Nam quamuis multæ barbaræ gentes de cognitione ſecundum apoſtolorum prædicationem, & manentium hodie illic eccleſiarū fidem adeptæ ſint, tamen ſpecialiter euangelica doctrina in Romani Imperij, ſub quo Hebræi *& Græci continentur, fide conſiſtit. Et Chryſoſtomus in* Ioan*nem de titulo crucis loquens ait. Cum credibile eſſet multas ad feſtum nationes conueniſſe, ne quis excuſationem ignoraret linguis omnibus* Iudæorum *immanitas notata eſt. Et Origenes in Mattheum. Chriſtus rex pronunciatur, & omnis litera regnum eius teſtatur, ſiue Græcorum, ſiue Romanorum, ſiue* Hebræo*rum, quæ tres linguæ æternæ ſunt, ſicut diuina ſcriptura eſt æterna, uſque in finem ſeculi fidelibus neceßaria. Adhuc Nicolaus* Romanus *Pontifex huius nominis primus in ea epiſtola quæ eſt ad Michaelem* Im*peratorem græcum hominem qui eò furroris prorupit, ut latinæ linguæ detrahens ei conuitium etiam irrogare ſit auſus, ſic ait. Latina lingua inter cæteras in nomine domini, hortante apoſtolo, confitetur, quia dominus noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris, & quæ cum* Hebræa *atque Græca in titulo domini a reliquis diſcreta inſignem principatum tenens omnibus nationibus prædicat Ieſum Nazarenū Regem* Iudæorum. *Quem titulum multi* Iudæorum *corrumpere uoluerunt, ſicut uos nunc huius celeberrimæ linguæ tentatis inſigne deſtruere, ſed minime ualuerunt.*

luerunt. Scriptum quippe diuinitus fuerat in libro pſalmorum, ne corrumpas tituli inſcriptionem. Cum enim barbari omnes, ut inſenſata animalia uiuant, Deum uerum neſciant, ligna & lapides adorent, in eo ipſo, quo uerum Deum colit latina lingua quantum barbaram linguam antecedat agnoſcitur. Ecce quotidie imo uero in præcipuis feſtis diebus inter græcã linguam ueluti, quidpiam precioſum latinam linguã miſcetis. Iſtius enim ditione linguæ Conſtantinopolitana eccleſia lectionẽ apoſtolicam & euangelicam in ſtationibus fertur primitus recitare. Sed ridiculum eſt te Romanorum Imperatorem uocari, & latinæ Romanæque linguæ obtrectare, eamque ignorare. Ioannes in ſuo euangelio latinis uocabulis uſus eſt. Chriſtus etiam quandoque latina lingua & cum Centurione aliiſque Romanis, *qui Hieroſolimis uerſabátur, & cũ Pilato loquebatur, nõ .n. Romani Hebraicã linguã intelligebant, neque licebat cuiquam apud Romanos magiſtratus niſi latinẽ loqui, quare & cæteri hebræi latine apud Rom. magiſtratus loquebátur.* Romanæ *autem eccleſia quibuſdam hebraicis, quibuſdam græcis uerbis utitur in miſteriis. Quantum autem latina lingua utilis imo uero neceſſaria ſit gentibus, uel ex hoc uno maxime percipi poteſt, quòd tandiu Romanæ eccleſiæ imo uero Chriſti fides ſyncera & integra in gentibus uiguit, quandiu apud eas latinæ linguæ ſtudium floruit. Vbi uero latinam linguam deſtituerunt, deſciuerunt a fide. Nam hæc latina lingua ueluti*

luti in ſcrinio ac ſacrario quodam integra & incurrupta aſſeruatur. Vtique latina lingua ac doctrina, hoc eſt latina Romanaque eccleſia ueram Chriſti fidem tenet & docet, græca uero, quia ſchiſmatica eſt, adulterinam. Quare uiderint nunc plebeij doctores ſceleſti, peruerſi, & profani, ignorantes qui aduerſus latinam linguam pertinaciter conſpirarunt, quo eam abolerent. Sed fruſtra quidem, nam, ut oſtendi, ea unà cum hebræa & græca, cum diuina ſcriptura ſimul erit æterna. Et licet latina lingua, latina grammatica, latinaque eloquentia per omnem, ut creditur, ætatem, ut ſua quaque ætate fieri potuit, correcta fuerit, per quinque tamen præcipue ætates ab ortu ſuo ad Ciceronis ætatem] emendata & aucta peruenit ad ſummum. A Saturno ad Euandrum. Ab Euandro ad Latinum, a Latino ad Numam, a Numa ad Liuium poetam, a Liuio ad Ciceronem. Et ita paulatim tanquam per tot gradus atque ætates aſcendit ad ſummum. Quo tempore latina lingua atque eloquentia exquiſite ac perfecte expolita fuit. Quæ ut dixi, tandiu uigebit, quandiu ſæculum durabit, licet eloquentia & elegantia aliquanto poſt Ciceronem ſenſim retroferri cœpit, nam plerique, quod ueteres imitari neſcierint, deſerto latini eloquij nitore ac candore non latine locuti ſunt, ſed ſemibarbare, at reuiuiſcet tandem & unà cum Romana fide, Romanoque Imperio iterum uniuerſum orbem peragrabit.

Habuit

Habuit inquam latina ipſa literaria grammaticaue lingua, ortum a Saturno. Qui a filio regno exutus cum diu erraſſet, ut Ouidius in faſtis ait, unà cum literis grammaticam artem ex Attica in Latium deferens primus latinis populis tum rudibus dedit tradidit, qua arte latina ipſa lingua conſtitui eſt cœpta. Quem Saturnum latis a ſe legibus latinos rudes & agreſtes populos compoſuiſſe atque in pace rexiſſe oſtendimus. Quod ipſum Saturnus facere minime potuiſſet, niſi græcis literis, ut temporibus illis, eruditus eſſet. Niſi forte quis dixerit Ianum *græcum, & ipſum hominem ex* Theſſalia *Articæ parte literas & artem grammaticam in latium aduexiſſe, & latinos populos legibus & bonis inſtitutis formaſſe.* Id quod *tamen Saturno omnes tribuunt. Nam antea Latinos populos literas habuiſſe nuſquam legitur. De grammatica autem arte, latinitateque rudi, & metro, quo latini populi ſub* Saturno *& deinceps uſi ſunt, meminit* Horatius *in epiſt.* Et quidem *ruditas illa ac ruſticitas* Saturni *multa ſecula durauit. Vt* Horatius *ipſe epiſtolarum libro ſecundo ſcribit. Nam Græca & Carthagine Imperio ſubactis Romani græcis literis attentius & ſtudioſius operam nauantes latinam grammaticam linguam expolierunt, & liberales artes, cæteraſque diſciplinas diligentius tractare cœperunt. Ait quidem* Horatius *ipſe.*

Græcia

Græcia capta ferum uictorem cœpit, & artes
Intulit agreſti latio, ſic horridus ille
Defluxit numerus Saturnius, & graue uirus
Munditiæ pepulere; ſed in longum euum
Manſerunt, hodieque manent ueſtigia ruris.

Ex Ennij quoque teſtimonio perlate patet Faunum nepotem Saturni carmina compoſuiſſe, haud dubio quidem & alios tum poetas, ut temporibus illis, extitiſſe, licet poſteritas ethnicorum more Faunum & Faunam eius uxorem in deorum numerum retulerit. Quam Faunam C. Baſſus apud Lactantium in libro de falſa religione fatuam nominatam tradit, quòd mulieribus fata canere conſueuiſſet, ut Faunus uiris. Quos tamen ueteres poetas Ennius ipſe, quòd rude ſcripſiſſent, contemnebat, ut Cicero in Orat. ſcribit, qui ait, ergo Ennio licuit uetera contemnenti dicere, uerſib⁹ quos olim Fauni uateſque canebant. Et in Bruto. Nec dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poetæ, quod ex eis carminibus intelligi poteſt, quæ apud illum & in Phæacum, & in procorum epulis canuntur. Quid noſtri ueteres uerſus ubi ſunt? Quos olim Fauni, uateſque canebant. Ariſtoteles in poetica ante Homerum plura heroica poemata extitiſſe aſſerit, etſi, inquit, ante eum nullum omnino tale poema habemus. Et rurſus. A principio inquit, tragoediæ & comoediæ rudes & informes erant. Et Varro, ut ad Faunus redeam, libro ſexto linguæ latinæ de Faunis ipſis ait.

Verſus

Verſus, quos olim Fauni *uateſque canebant.*
Fauni Dei latinorum ita ut Faunus *&* Fauna *ſint in his uerſibus, quos uocant Saturnios in ſilueſtribus locis traditũ eſt ſolitos fari, quo* Fando *Faunos dictos. Antiquos poetas uates appellabant a uerſibus uiendis. Et quidem cenſendum haud dubie eſt aut Saturnum, aut* Faunum *Salios ſacerdotes Herculi, qui & Mars dicitur, inſtituiſſe primum, & ſaliaria carmina, quæ ſacerdotes ipſi canerent, edidiſſe, & eos, cæteroſque latij reges latinarum græcarumque ſtudia, ut temporibus ipſis, in claris latij oppidis diſpoſuiſſe. Virgilius libro octauo cum Euander Aeneam hoſpitio excepit ſalios ante aram carmine ceciniſſe Herculeas laudes his uerbis oſtendit,*
Tum ſalij ad cantus incenſa altaria circum.
Populeis adſunt euincti tempora ramis.
Hic *iuuenum chorus, ille ſenum, qui carmine laudes* Herculeas, *& facta ferunt*. Apud *Tiburim etiam latij urbem ſalij ſacerdotes* Herculi *inſtituti erant. Vnde Octauius* Herſenius *apud Macrobium* Sat. *lib. tertio de ſacris ſaliaribus Tiburtium ſalios* Herculi *inſtitutos, operari diebus certis & auſpicato docet. Et* Antonius *Enipho ſalios* Herculi *datos probat. Et* Hercules *apud Pontifices idem, qui & Mars habetur. Id quoque probat Varro in Menippea. Et Chaldæi ſtellam* Herculis *uocant, quã reliqui omnes Martis appellant. Macrobius ſalios* Herculi *aſſignat propter ubertatem doctrinæ altioris. Salios autem ipſos*

carmina

carmina examenta in uniuerſos homines compoſuiſſe feſtus refert. Inde latinus rex Latinam linguam artemque gramaticam diligentiam adhibens, ut ualuit, emendauit, expoliuit, & auxit uerba fingendo & innouando. Eutropius enim libro primo ait. Regnante Latino, qui latinam linguam correxit, Troia a Græcis capta eſt. Et Afranius apud Macrobium Sat. libro ſexto arguentibus ipſũ quòd plura ſumpſißet a Menandro reſpondens fateor, inquit, ſumpſi non ab illo modo, ſed ut quiſquis habuit, quod conueniret mihi, quodque me non poſſe melius facere credidi, etiam a Latino. Et Varro libro primo de lingua latina ait. Non uidebatur conſentaneum me eo in uerbo, quod finxiſſet Ennius, cauſam negligere, quod ante rex Latinus finxiſſet. Cum poeticis multis uerbis magis delecter, quàm utar, & antiquis magis utar, quam delecter. An non potius mea uerba illa, quæ hæreditate a Romulo uenerunt, quàm quæ a poeta Liuio relicta? Et libro ſexto ante Numam latinos poetas extitiſſe aßerit, & ſi uerba eorum propter nimiã uetuſtatem a poſteris accepta non ſint, ſed a Numa tantum tempore poetarum uerba a poſteris ſunt recepta ait utique. Ad hoc quid ad uerborum poeticorum ætatem? Quorum ſi Pompilij regnum fons in carminibus ſaliorum neque ea a ſuperioribus accepta, tamen haberent ſeptingentos annos hinc ad initium Saliorum, quo Romanorum prima uerba poetica dicunt latina. Albæ quoque ante urbem conditam latinos

tinos poetas fuiſſe liquet. Vnde quidam & poetas illos ueteres, & ſcriptores alios commendabant, ut Horatius in ſecundo epiſt. libro ſcribit, ubi ait.

Sic fautor ueterum, ut tabulas peccare uetantes
Quas biſquinque uiri ſanxerunt fœdera regum
Vel Gabijs, uel cum rigidis æquata Sabinis,
Pontificum libros, annoſa uolumina uatum.
Dictitet Albano muſas in monte locutas.

Macrobius quoque Sat. libro quinto uetuſtiſſimorum carminum meminit, ubi ait. In libro uetuſtiſſimorũ carminum, qui ante omnia, quæ a latinis ſcripta ſunt, compoſitus ferebatur, inuenitur hoc ruſticum uetus canticum. Hyberno puluere, uerno lutograndia farra Camille metes. Romulum item & Remum latinis græciſque literis Gabijs Latij urbe inſtructos fuiſſe nonnulli uolunt. Dionyſius enim Halicarnaſeus *libro primo de eis loquens ait. Poſtquam autem lactendi tempus elapſum eſt, datos eſſe dicunt pueros ab educatoribus in Gabios urbem haud procul a Palantio, ut diſciplinam græcam perciperent, atque ibi ab hoſpitibus priuatis* Fauſtuli *eſſe nutritos & literas, & muſicam diſcentes, & armorum græcorum uſum uſque ad pubertatem. Id etiam Plutarchus in Romulo aſſerit, eoſque ſtudijs liberalibus intentos fuiſſe aït, & libro ſecundo Dionyſius ipſe infit. Romulus Camerinis ſuperatis ſecundum triumphum duxit, curruumque æreum Vulcano obtulit, poſuitque prope eſſigiẽ ſuã,*

V literis

literis inſcribens græcis res ſuas geſtas. Porrò urbem non ita ſapienter conſtituiſſet regiſſetque, neque tot præclaras leges, & inſtituta latina lingua ſcriptas Romanis dare potuiſſet ſi latinarum græcarumque literarum ignarus fuiſſet. Inde *Numa Pompilius ſecundus rex Romanorum eam ipſam latinam linguam und cum literarum formis aliquanto melius, ut credibile eſt, emendauit, cum ipſe perpetua fruitus pace fuerit, & in ferendis legibus, urbeque exornanda, atque optime gerenda operam nauanerit ſtudio. Qui, ait Cicero doctiſſimus fuit, &, ut ait Liuius libro primo, conſultiſſimus uir fuit, ut illa quiſquam ætate poterat, omnis diuini, atque humani iuris.* A *Pythagora Philoſopho Crotone, ut multi perhibent, diſciplinis inſtitutus. Et ſi id Cicero itemque Liuius abnuant. Sed hac de re in libris de antiquitate & ſitu Calabriæ loquemur. Qui quidem Numa poetice inſcius non fuit. Qui, cum ancile è cælo lapſum fuiſſet Salios Sacerdotes Marti Gradiuo inſtituit, & Saliaria carmina edidit, quæ ſacerdotes ipſi canerent. Qua de re Liuius libro primo ait. Numa Sacerdotes Marti gradiuo legit, tunicæ inſigne dedit, & ſupertunicam, æneunque pectori tegmen, cæleſtiaque arma, quæ ancilia appellantur, ferre, ac per urbem canentes carmen cum tripudio ſolemnique ſaltatu iuſſit. Et Ouidius Faſtorum libro tertio.*

Iam dederat ſalijs a ſaltu nomine dicta
Armaque, & ad certos uerba canenda modos.

Et

Et Horatius epiſt. libro ſecundo uetuſtiſſimos poetas rudes, uel illa ipſa Numæ carmina rudia fuiſſe fert ait enim.

Iam ſaliare Numæ carmen qui laudat, & illud,
Quod mecum ignorat ſolus uult ſcire uideri.
Ingenijs non ille fauit, plauditque ſepulchris
Noſtra ſed impugnat nos noſtraque liuidus odit.

Et Quintil. libro primo ſaliorum carmina uix ſacerdotibus ſuis intellecta ait. Item Cicero libro tertio de Orat. ait, Nihil eſt autem tam cognitum mentibus noſtris, quam numeri, atque uoces, quibus & excitamur, & lenimur, & langueſcimus, & ad hilaritatem, & triſtitiam ſæpe deducimur. Quorum illa ſumma uis carminibus eſt aptior, & cantibus non neglecta, ut mihi uidetur, a Numa rege doctiſſimo, maioribuſque noſtris, ut epularum ſolennium fides ac tibiæ, ſaliorumque uerſus indicant. Plutarchus etiã in Numa infit. Numa ſaliorum carmen cum pyrichij modulo abſolutum edidit. Et Diomedes grammaticus libro tertio inquit. Numam Pompilium diuinare præditum ſpondeum pedem pontificum appellaſſe memorant, cum ſalios iuniores æquis greſſibus circulantes inducerent, ſpondeo melo placaret indigetes. Varro, ut ſupra oſtendi, ſaliorum carmina a Numa ædita commemorat, atque ante Numam poetas fuiſſe dixit, ac ſæpe ſaliaria carmina memorat. Scripſit Numa ſeptem libros græca lingua oratione ſoluta Pythagoræ philoſophiæ præcepta continentes, & ſeptem

alios latine de iure pontificio. Qui libri ſub Ianiculo in agro L. Petilij ſcribæ in arca lapidea inuenti ſunt, & græci quòd religionem, ideſt deorum pluralitatem ſoluerent igni traditi, latini magna diligentia aſſeruati. Vt Liuius libro quadrageſimo, & Val. Max. libro primo, & Plinius libro tertiodecimo tradunt. Legum uero quarundã Numæ meminit Sex. Põpeius. Et Pomponius de origine iuris ait. Extat liber Sex. Papirij legum Romanorum, qui fuit ijſdem temporibus, quibus ſuperbus regnabat. Ecce tibi nunc doctor plebeie latinam linguam longe ante urbem conditam, etiam ante res Troianas arte grammatica iſtitutam, uides quando & a quo ars ipſa grammatica unà cum literis inuenta, & in Græciam, & in Latium aduecta ſit, ac quanta latinæ linguæ dignitas & maieſtas ſit? Vides latinam ipſam linguam fore æternã? Quã tu tuæque operæ temerario auſu extinguere confiditis. Cæterũ tribus primis latinæ linguæ, ueluti hominis, ætatibus, ut puta eius ueluti tenera & inualida infantia a cunabulis ſuis a Saturno ad Euandrum, & ob eo ueluti pueritia ad latinum, & a Latino ueluti adoleſcentia ad Numam quanquam ars ipſa grãmatica latinaque lingua tenuis erat, nec adeo fortaſſe homines delectabat, tamen opinari licet per duas priores ætates pleroſque & poetas & alios latinos ſcriptores extitiſſe, ſic & a Latino ad Numã, quod etiam auctoritate oſtendi. Qui græcos imitati & metro & pedeſtri oratione ſcripſerunt, & ſi rude

& impolite. Anuma uero quaſi in iuuenem & uirum erecta latina ipſa lingua ad Liuij poetæ tempora itidem permultos latinos ſcriptores extitiſſe liquet, qui latina græcaque lingua, ut temporibus illis, eruditi maiores ſuos latinos ſcriptores & græcos imitati latine ſcripſerunt, & maxime hiſtorias, & ad ius ciuile ſpectantia, & carmina confecerunt, etſi non admodum polite, ac ſine ferè uerborum delectu, Emendatius tamen, quàm illi ſuperiores. Et certe mos erat ut currum triumphantium carmina triumphalia canentes nonnulli ſequerentur, ut in Liuio libro tertio perlate patet, ubi ſcribit quòd Epulantes Quintij triumphantis currum cum carmine triumphali ſecuti ſunt, qui trecenteſimo anno poſt triumphauit, quàm condita Roma erat, centeſimo decimo antéquam Liuius fabulam dedit. Sed eorum monimenta uetuſtas, quòd rudis eſſet, obliuione obruit. Nec defuere temporibus illis iureconſulti, qui, ut dixi, leges interpretarentur. Non enim ſine doctrina ac diſciplina & reges, & alij Romani magiſtratus ab initio urbis ex deinceps remp. tam preclare adminiſtraſſent. Vnde Cicero Tuſc. libro primo ait. A primo urbis ortu Regijs inſtitutis partem etiam legibus auſpicia, cerimoniæ, comicia, prouocationes, patrum conſilium, æquitum peditumque deſcriptio, tota res militaris diuinitus eſt conſtituta. Poetica autem ad Liuij tempora, qui primus

 è poetis

è poetis ſua ſcripta digeßit in ordinem, & fabulam publice dedit, apud latinos haud multi fiebat. Quocirca poetæ latini minime aut cogniti ſunt, aut eorum ſcripta in poſterorum memoriam non peruenerunt, & ſi permulti, ut dixi, poemata ſcripſerint. Enimuero, præter ea, quæ hac de re dicta ſunt, ante Liuij tempora multis ſæculis & poeſim, & eloquentiam apud Romanos floruiſſe, orationes uero haberi cœptum eſſe Seruio Tullio regnante, quo tempore oratores uiguerunt Cicero grauiſſimus & locupletiſſimus auctor imprimis, & antiquitatis exactiſſimus indagator ſcribit in Bruto. Sed illorum oratorum, cæterorumque ſcriptorum monimenta ad ſuam memoriam non perueniſſe, nec digna eſſe proferenda, ſi perueniſſent, præter Cethegi ſcripta quædam, quod, inquit, uetuſtas hunc ut alios multos, obliuione obruißet. Illius autem ætatis qui ſermo fuerit, ex Næuianis ſcriptis intelligi poteſt. Et Paulo poſt de Catone loquens ait. Antiquior huius ſermo, & quædam horridiora uerba, ita enim tum loquebantur. Et enumeratis aliquot claris oratoribus, qui per ſucceſſiones temporum poſt exactos reges floruere, cum ad Cethegum ipſum peruenit, ita de eo dicit. Nec uero habeo quempiam antiquiorem, cuius quidem ſcripta proferenda putem, niſi quem Apij Cæci Oratio hæc ipſa de Pyrrho, & nonnullæ mortuorum laudationes forte delectent, & Hercule hæ quidem extant. Et rurſus. Liuius, qui primus fabulam C. Claudio Cæci filio,

filio, & M. Tuditano Conſ. docuit anno ipſo antequã natus eſt Ennius; poſt Romam conditam autem quadringenteſimo decimo. Et paulo poſt. Atque utinã extarent illa carmina, quæ multis ſæclis ante ſuam ætatem in epulis eſſe cantitata à ſingulis conuiuis de clarorum uirorum laudibus in originibus ſcriptum reliquit Cato. Tamen illius, quem in uatibus & faunis enumerat Ennius, bellum punicum, quaſi Myronis opus delectat. Sit Ennius ſane, ut eſt certe, perfectior, qui ſi illum, ut ſimulat, contemneret, non, omnia bella proſequens, illud punicum primum acerrimum bellum reliquiſſet. Sed ipſe dicit, cur id faciat. Scripſere, inquit, alij rem uerſibus. Et luculente quidem ſcripſere; & ſi minus, quam tu polite. Et in prohœmio Tuſc. quæſt. Serius poëticam nos accepimus: Annis enim fere quadringentis decem poſt Romam cõditam Liuius fabulam dedit C. Claudio Cæci filio, M. Tuditano conſulibus, anno ante natum Ennium, qui fuit maior natu, quam Plautus & Næuius. Sero igitur à noſtris poetæ uel cogniti ſunt, uel recepti. Quãquam eſt in originibus, ſolitos eſſe in epulis canere conuiuas ad tibicinem de clarorum hominum uirtutibus. Honorem autem huic generi non fuiſſe, declarat Oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum Marco Nobiliori, quod is in prouinciam poetas duxiſſet; duxerat autem conſul ille in Aetoliam, ut ſcimus, Enniũ. Quo minus ergo honoris erat poetis, eò minora ſtudia fuerunt. Et libro quarto. Nam carminibus ſoliti illi

eſſe dicantur, & præcepta quædam occultius tradere, & mentes ſuas a cogitationum intentione cantu, fidibuſque ad tranquillitatem traducere, grauiſſimus auctor in originibus dixit Cato, morem apud maiores hunc epularum fuiſſe, ut deinceps, qui accubarent canerent ad tibiam clarorum uirorum laudes, atque uirtutes. Ex *quo perſpicuum eſt, & cantum tum fuiſſe reſcriptos uocum ſonis, & carmina. Quanquam id quidem etiam duodecim tabulæ declarant, condi iam tum ſolitum eſſe carmen, quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam leges ſanxerunt. Nec uero illud non eruditorum temporum argumentum eſt, quod deorum puluinaribus, & epulis magiſtratuum fides præcinunt, quod proprium eius fuit, de qua loquor, diſciplinæ.* Mihi *quidem Appij Cæci carmen, quod ualde Panetius laudat epiſtola quadam, quæ eſt ad Q. Tuberonem Pythagoreorum uidetur. Multa ſunt etiam in noſtris inſtitutis ducta ab illis, quæ prætereo, ne ea, quæ peperiſſe ipſi putamur, aliunde diciſſe uideamur. Et Varro in uita populi Romani apud Nonum Mar. de ueteribus carminibus, quæ in conuiuijs canebantur, ait. Pueri modeſti in conuiuijs cantabant carmina antiqua, in quibus laudes erant maiorum & aſſa uoce & cum tibicine.* Horatius *quoque epiſt. libro ſecundo dicit a Liuio poetas latinos ſua ſcripta in corpus redigiſſe, digeſſiſſeque in libros, ac ſero deuicta Carthagine Græcis literis attentius dediſſe operam, ait, enim de Ro-*

mano populo loquens.

Serus enim græcis admouit acumina cartis
Et poſt punica bella quietus quærere cœpit
Qui Sophocles, & Theſpis, & Eſchylus utile ferrent.

Proinde latiſſime patet ab ortu ipſo latinæ linguæ latinos ſcriptores ſemper, ut retuli, extitiſſe, qui græcos imitati & carmina, & hiſtorias, aliaſque res pedeſtri oratione ſcribebant. Verum ueteres illi ante Liuium, atque etiam poſt per multa tempora, ut dixi, rude ſcripſerunt & impolite ſine cultu, ac uerborum ferè delectu. Quare Cicero in Bruto ait.

Liuianæ fabulæ non ſatis dignæ ſunt, quæ iterum legantur.

Et Ouidius libro ſecundo de Triſtibus de Ennio ait.

Vtque ſuo Martem cecinit grauis Ennius ore
Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Et alibi priſcos dure locutos ſcribit.

Scripſit autem Liuius ipſe, ait Gellius libro decimo octauo. Poſt primum bellum punicum. Poſt ſecundum bellum punicum Ennius, & Næuius, inde Plautus, inde Cæcilius, & Terentius. Subinde Pacunius, quo ſene Accius, & Lucilius. Qui omnes græcis literis erant eruditi. Quorum Ennius, Pacunius, & Accius, ait Cicero Academico primo, non uerba, ſed uim græcorum ex preſſe-

preſſerunt poetarum. Et de fin. libro primo. Locos quoſdam ab Homero Ennius tranſtulit, Afranius a Menandro. Plautus etiam, ait Gellius libro tertio, ueterum poetarum comœdias retractauit & expoliuit. Et quanquam ante Ciceronem clari poetæ floruerint, ut Plautus, ut Terentius, ut alij quidam. Item clari oratores, quos ipſe enumerat Cicero, tamen eius ætate, qua præclara ingenia floruerunt, poetica, & latina lingua, atque eloquentia atque elegantia per ætates ad faſtigium perueniẽs perfecta fuit & uber. Quanquam non defuerunt poſterioribus temporibus clari ſcriptores, qui latinam linguam magis ac magis augere & ditare ſtuduerunt. In qua cur plura ſynonima ſint oſtendere operæpretium eſſe reor. Tribus enim de cauſis id factum eſſe reperio, una cauſa eſt, nam, ut perſæpe dictum eſt, uocabula è latio ſumebantur, & in latinam regularem linguam referebantur, ſed præter ea uocabula, quæ toti latio cõmunia erant, ut putà panis, piſcis, oleum, aqua, dies, nox, ſcribo, curro, heri, hodie, cras modo, & alia talia multa, erant & quædam quibuſdam latij populis propria, ut triticum, merum, lapis, murus, caballus, cito, & alia eiuſmodi pleraque, quibuſdam uero alijs latij populis erant propria alia quædam, ut frumentum, uinum, ſaxum, paries, equus, raptim, & alia talia multa, quibuſdam uero alijs latij populis erant propria alia, ut putà temetum, petra, ſubito, & alia eiuſmodi, non tamen eo modo, quo utitur latinitas.

tinitas. Quæ uocabulorum uarietas etiamnum eſt in latio, imo quædam uocabula aliquatenus diſsimiliter in latio efferebantur, id quod Plautus in Truc. inſinuat, ubi ait. Præneſtinis conia eſt ciconia. Alia cauſa quia multa uocabula ab ipſis latinæ linguæ auctoribus facta ſunt, ut ſæpe dictum eſt, non nata. Id ipſum in Attica lingua factitatum eſt. Tertia cauſa, quia quædam uocabula a græcis ſumpta ſunt, & ita plura ſynonima ſunt in latina, ſicut in Attica lingua. A cuius ortu ad hác memoriam anni octoaginta octo ſupra duo millia annumerantur. Ab aduentu enim Saturni, qui Iano regnāte uenit in latium & cum literis grammaticam attulit ad Ilij excidium anni fluxere centum quinquaginta. Ab illo capto ad urbem conditam, ait Solinus, anni quadringenti triginta tres ſupputantur. Ab urbe condita, ait idem, ad conſulatum Auguſti decimumoctauum ætatis annum agentem anni interceſſere nouem & ſeptingenti. Ab eo cōſolatu ad Chriſti natale ſunt duo & quadraginta. A Chriſti natali iam annus agitur hic ſeſqui milleſimus quinquageſimus quartus. Græca autem lingua latinam linguam centum annis ætate præcedit. Siquidem, ſi Euſebio creditur, ducentis quinquaginta annis poſt Troia euerſa eſt, quam Cadmus ex Tyro Phœniciæ urbe in Boeotiam, quæ Atticæ pars eſt, concedens & literas & grammaticam artē primus afferēs Thebas condidit. Saturnus uero literas & grammaticam in latium attulit ante centum quinquaginta annos,

nos, quàm Troia rueret. Hæbrea uero lingua Græcam linguam ducentis quinquaginta annis præcedit. Nam Moyſes, ut oſtendi, quingentis annus ante ruinas Troiæ *fuit.* Itaque *uiguit iam tot ſæcula, uigetque modo, atque uigebit in omne æuum latina Romanaque lingua dirumpantur licet ac torqueantur liuore & peruerſitate eius infeſtiſſimi hoſtes ignorantes, plebeij doctores, populares philoſophi, uulgares grammatici, uirtutum omnium oſores, iuuentutis ac publici boni perditores. Et de integro unà cum fide Romana, atque* Imperio *Romano ad citimas uſque orbis terrarum oras redibit. Id quod iamiam futurum eſſe nemo ſapiens prudenſque non uidet. Et horum temerariorum atque inſolentium uanitas ac nugacitas, qui latinam ipſam linguam flocipendentes modis omnibus perdere contendunt, iam propediem in bullæ morem euaneſcet. Nunc autem intereſt, ut de pronunciatione, necnon de fugienda peregrinitate ac barbarie, item de incremento latinæ linguæ aliquid dicamus. Quandoquidem non minoris faciunt Cicero, Plato aliÿque tum latini tum Græci pronunciationem, quàm arte ipſam grammaticam. Vnde duo in latina, ſicut in Attica, lingua uitia eſſe poſſunt, ſolæciſmus cum in arte grammatica peccatur, & barbariſmus, cum uocabula non eis literis & ſono enunciantur, quibus enunciari debent. Idque etiam in quotidiano uulgarique ſermone. Et profectò multum confert*

fert ad literariam linguam recte pronunciandam uſus recte pronunciandi uernaculam quotidianam, nam literæ, ut oſtendi, æque pronunciari debent in quotidiano uulgarique ſermone, atque in literario. Quare omnes eruditi uiri tum latini, tum græci literas bene pronunciari iubent. Et præſertim e noſtris Cicero, qui paßim præcipit ut non dure aſpere, ruſtice, hiulce, uaſte, & putide pronunciemus, ſed preſſe, leniter, æqualiter, & ſuauiter. Et libro tertio de Orat. ait. Nolo exprimi literas putidius, nolo obſcurari negligentius, nolo uerba exiliter exanimata exire, nolo inflata & anhelata grauius. Laudatque multos quòd bene pronunciaſſent. Auguſtus, ait Suet. pronunciabat dulci & proprio quodam oris ſono Virgilius, ait Donatus, pronunciabat maxima cũ ſuauitate, & lenocinijs miris. Sic & cæteri eruditi ne barbariſmum facerent. Gellius libro quarto quoſdam, quòd i, ſuccidaneæ corripuiſſent, barbare corripere dicit. Plato etiam quomodo literæ pronunciandæ ſint non dedignatus eſt oſtendere in Cratylo. D inquit & t, compreſſione, & linguæ ueluti hærentis retractione efferuntur. I tenui ſpiritu. G uero appoſitum l, gl, lambentem linguam remoratur. L leni ac molli, ac maxime lingua probabitur. N, ſonum imo gutture detinet, concitat, & lationi, motui, & aſperitati congruit, ſ, & z, uehementiori ſpiritu pronunciatur. Et Marcianus Capella de latinarum literarum pronunciatione ſic ſcribit. A ſub hiatu oris congruo ſolo ſpiritu

ſpiritu memoramus . B labris per ſpiritus impetum recluſis edicimus C. ſuper molaribus linguæ extrema appulſis exprimitur . D appulſu linguæ circa ſuperiores dentes innaſcitur . E ſpiritus facit lingua paululum preſsiore . F. dentes labrum inferius deprimentes lingua palatoque dulceſcit . G ſpiritus cum palato H contractis paululum faucibus uentus exhalat. I ſpiritus prope dentibus preſsis . K faucibus palatoque formatur . L lingua palatoque dulceſcit. M labris imprimitur . N lingua dentibus appulſa collidit . O rotundi oris ſpiritu comparatur. P labris ſpiritus erumpit . Q appulſu palati ore reſtricto . R ſpiritum lingua criſpante corroditur. S ſibilum facit dentibus uerberatis . T appulſu linguæ dentibus impulſis excluditur . V ore conſtricto labriſque promulis exhibetur . X quicquid C & S formauit exibilat . Y appreſsis labris ſpirituque procedit . Z iccirco Appius Claudius deteſtatur , quòd dentes mortui dum exprimitur, imitatur . Verum , ut probe Quint. ait , k, y, q, x, nobis neceſſarie non ſunt , nam pro k, habemus c, & y, in græcis tantum dectionibus utimur, & ſicut non ψ, græca litera , ſed pro ea pſ, utimur, ita pro x, uti poſſemus cs , ut dicſi ducs , & pro q, c, cum u, conſonante ut cua, cue , & certe u, poſt q, conſonans eſt, ut qua . Monentque Cicero, Quintilianus alijque optimi latinæ linguæ auctores ut ruſticam aſperitatē & peregrinam inſolentiam , qualis eſt tuſca fugiamus. Idque tum in uerbis tum in pronunciatione tam in li-

in literario, quam in uulgari ſermone. Oſtenditque Cicero ipſe uernaculi quotidiani latij ſermonis puritas & integritas penes mulieres tenacius ſeruari. Id quod etiam, ut oſtendi, ſcribit Plato. Ait itaque Cicero ipſe libro tertio de Orat. Suauitas legendi & loquendi, quæ exit ex ore, quæ quidem ut apud græcos Atticorum, ſic in latino ſermone huius eſt urbis maxime propria. Et paulopoſt. Eruditiſsimos homines Aſiaticos quiuis Athenienſis indoctus, non uerbis, ſed ſono uocis, nec tam bene, quam ſuauiter loquendo facile ſuperabit. Et mox. Quare cum ſit quædam uox Romani *generis urbiſque propria, in qua nihil offendi, nihil diſplicere, nihil animaduerti poſsit, nihil ſonare, aut olere peregrinum, hanc ſequamur, nec ſolum ruſticam aſperitatem, ſed peregrinam etiam inſolentiam fugere diſcamus. Equidem cum audeo ſocrum meam Læliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem conſeruant, quod multorum ſermonis expertes, ea tenent ſemper, quæ prima didicerunt) ſed eam ſic audio, ut Plautum mihi, aut Næuium uidear audire. Sono ipſo uocis ita recto & ſimplici eſt, ut nihil oſtentationis, aut imitationis afferre uideatur, ex quo ſic locutum eius patrem iudico, ſic maiores, non aſpere ut ille, quem dixi, non uaſte, non ruſtice, non hiulce, ſed preſſe, & æqualiter, & leniter. Et Quintilianus libro primo. Verba aut latina, aut peregrina ſunt, peregrina porrò ex omnibus prope dixerim gentibus. Taceo de Tuſcis, & Sa-*

BIBLIOTECA ... ROMA ...

& Sabinis, & Prænestinis quoque, nam ut eorum ſermone utentem uectium Lucilius inſectatur. Et libro octauo. In ſingulis intuendum eſt ut ſint latina, perſpicua, ornata, & ad id, ad quod efficere uolumus, accomodata. Sed ea, quæ de ratione latine atque emendate loquendi fuerunt dicenda in libro primo, cùm de grammatice loqueremur, executi ſumus. Verum illic tantum ne uicioſa eſſent præcipimus, hìc non alienum eſt admonere, ut ſint quamminime peregrina & externa. Multos enim, quibus eloquendi ratio nõ deſijt inuenias, quos curioſe potius loqui dixeris, quàm latine. Quare ſi fieri poteſt, & uerba omnia & uox huius alumna urbis oleant, ut oratio Romana plane uideatur, non ciuitate donata. Et libro undecimo. Os facile, explanatum, iucundum, urbanum ſit, id eſt, quo nulla ruſticitas neque peregrinitas ſonet. Quòd autem Cicero Romanam latialemque uocem tenacius penes mulieres cuſtodiri dicat, non de latino grammatico ſermone ibi loquitur Cicero, ſed de uernaculo quotidiano uulgari. Quis eſt enim tam iudicij inops, ut dicat ſermonem latinum literarium tenacius apud mulieres, quàm apud literatos eruditoſque homines, & in auctorum, grammaticorumque ſcriptis cuſtodiri? Craſſus autem laudat Læliam quòd & in latino literario ſermone bene loqueretur ac ſcriberet, nam loqui pro ſcribere plerunque ſumitur, optimeque pronunciaret Plautinis propemodum & Næuianis uocabulis utens, quos Craſſus non potuit ore loquentes audire,

dire ſed ſcriptis, potuit tamen apud aliquem legere ipſos optime pronunciaſſe, ut nos de multis apud Ciceronem, & de Auguſto apud Suet. & de Virgilio apud Donatum legimus, & quod Lælia ipſa in quotidiano familiarique ſermone itidem optime latialiter Romaneque, loqueretur & pronunciaret. Nam cum in urbem infuſa eſſet peregrinitas, & germana uernacula uulgaris latialis lingua aliquantiſper a barbaris uiciata eſſet, multique inquinate loquerentur, mulieres, quod peregrinorum ſermonis ſint expertes bene latie Romaneque loquebantur, ſuis patrijs & uocabulis & pronunciatione utentes. Nunc autem plerique, uel certe uanæ quædam mulierculæ, quoniam latinæ linguæ ſunt inſcij, & quid ſit optimum, quid deterrimum minime dignoſcunt, ac ruſticitatis & barbariei ſunt patroni, non ex aliquo latinæ linguæ auctore, ſed ex putidis lacunis, ex impuriſſimis inquam, uulgaribus libellis ruſtica, exotica, inſolentia, & barbara uocabula, quibus in ſermone familiari loquantur, & pronunciationem ruſticam & barbaram ueluti preciosum quid piam exhauriunt. Qua ruſticitate ac barbarie op[illegible]doquam & oblectantur & gloriantur, atque [illegible] ridendi benè loquentes irrident. Attamen græcis uocabulis latinos in latino literario ſermone [illegible], ſed parcè, Cicero, ſi latina deſunt, nequaquam prohibet, ait quidem Academico primo. Quin etiam græcis uti licebit, utere cum

X *uoles,*

ceditur qui uerbis a ſe nouatis crebro de induſtria utitur ut uſu, inquit, molliantur. Id *ipſum ſcribit* Horat. *in Poetica, ut nouentur uerba, ſi neceſſe fuerit, parce tamen; ut latina lingua ditetur uberiorque fiat, modo è latio cum delectu, aut a græcis, ſed parce ſumantur. Qui Cæcilij, Plauti, Virgilij, Varij, Catonis, & Ennij exemplo latinam ipſam linguam locupletare eſt nixus, ait itaque.*

In uerbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis
Dixeris egregie, notum ſi callida uerbum
Reddiderit iunctura nouum, ſi forte neceſſe eſt
Inditijs monſtrare recentibus abdita rerum
Fingere cinctutis non exaudita Cethegis
Continget dabiturque licentia ſumpta pudenter
Et noua, fictaque nuper habebunt uerba fidem ſi
Græco fonte cadant parce detorta, quid autem
Cæcilio Plautoque dabit Romanus ademptum
Virgilio, Varioque?

Atque ſuis obtrectatoribus æmuliſque reſpondens ſubdit.

Ego cur acquirere pauca
Si poſſum inuideor?
Cum lingua Catonis & Enni
Sermonem patrium ditauerit, & noua rerum
Nomina protulerit?
Licuit, ſemperque licebit,
Signatum præſente nota producere nomen.

Signatum inquit, ideſt ſelectum, & ſpecioſum. Et

Propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem L. etiam Craſſus latinam ipſam linguam ditauit ſcriptis græca latina faciens, & nouis a ſe ex cogitatis uoca bulis, ut Quintilianus libro decimo ſcribit, & ipſemet apud Ciceronem libro primo de oratore fert, ubi ait. Poſtea mihi placuit, eoque ſum uſus adoleſcens, ut ſummorum oratorum græcas orationes explicarẽ, quibus lectis hoc aſſequebar, ut cum ea, quæ legerem græce, latine redderem non ſolum optimis uerbis uterer, & tamen uſitatis, ſed etiam exprimerem quædam uerba imitanda quæ noua noſtris eſſent, dummodo eſſent idonea. Cicero quoque, qui, ut retuli, præ omnibus latinam ipſam linguam augere ditare, & exornare & uerbis, & elocutionibus, & ſententijs, & ſcriptis, & eloqutntia & elegantia enixe ſtuduit & elaborauit, complura latina uocabula excogitauit, ut Plutarchus ſcribit. Qui ait. Hic primus, *ut aiunt, aſſenſum, retentionem ſententiæ, præterea inſecabile, uacuum, aliaque plura huiuſmodi uocabula hactenus latinis inſueta noua & appellanda dedit. Et ipſemet Cicero libro primo de Nat. Deorum inſit. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina. Qui ſæpe Græcorum, tum maxime Zenonis exemplo latinam linguã ditandã nouis adinuentis uerbis, quæ uulgo ſint ignota, eſſe dicit. Nã quælibet ars tum ingenua, tũ ſedẽtaria quibuſdã uocabulis utitur ſuis, quæ ſunt ignota alijs. Qui ad Att. libro decimo tertio. Inhiberi remis nauticũ uerbum eſſe ait, eiuſque ſigni-*

 ficatum

& eſſentia, quæ cur tantopere aſpernantur nihil uideo, niſi quod iniqui iudices aduerſus nos ſumus, ideoque paupertate ſermonis laboramus. Quædam tamen perdurant. Nam & quæ uetera ſunt, fuerunt olim noua. Et quædam in uſu perquàm recentia. Vt Meſſalla primus reatum, numerarium Auguſtus primus dixerunt, reatum nemo ante Meſſallam, numerarium nemo ante Auguſtum dixerat. Piraticam quoque ut Muſicam & fabricam dici adhuc dubitabant mei præceptores. Fauorem & Vrbanum Cicero noua credit. Nam in epiſtola ad Brutum, eum, inquit, amorem & eum, ut hoc uerbo utar, fauorem in conſilium aduocabo. Et ad *Appium Pulchrum. Te hominem non ſolum ſapientem, uerum etiam, ut nunc loquimur, Vrbanum.* Idem *putat a Terentio primum dictum eſſe obſequium. Cæcilius ad Siſennam albenti cœlo: ceruicem uidetur* Hortenſius *primus dixiſſe. Nam ueteres pluraliter appellabant. Audendum itaque, nam neque accedo Celſo, qui ab oratore uerba fingi uetat. Nam cum ſint eorum alia, ut dicit Cicero, natiua, ideſt, quæ ſignificata ſunt primo ſenſu, alia reperta, quæ ex his facta ſunt, ut iam nobis ponere aliqua, quæ illi rudes homines, primique fuerunt, fas non ſit, at deriuare, flectere, coniungere, quod natis poſtea conceſſum eſt, quando desijt licere? Et ſiquid periculoſius finxiſſe uidebimur, quibuſdam remedijs præmuniendum eſt, ut ita dicam, ſi licet dicere, quodammodo,*

modo,

& dialectici, & phiſici uerbis utuntur ijs, quæ ipſi græcia nota non ſunt. Geometræ uero, muſici, grammatici etiam more quodam loquuntur ſuo. Item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes, atque populares uerbis tamẽ in dicendo quaſi priuatis utuntur, ac ſuis. Atqui ut omittam has artes elegantes, & ingenuas, ne opifices tueri ſua artificia poſſent, niſi uocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus uerſatur, nominibus notauit ſuis. Ibidem Zeno Stoicorum princeps non tam rerum inuentor fuit, quàm nouorum uerborum. Quòd ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum à græcia eſt, ut doctiſſimi homines de rebus non peruulgatis inuſitatis uerbis uterentur, quanto id uel nobis magis eſt concedendum, qui ea nunc primum audemus attingere? Etſi, quod ſæpe diximus, & quidem cum aliqua querela non græcorum modo, ſed etiam eorum, qui ſe græcos magis, quàm latinos haberi uolunt, non modo non uinci a græcis uerborum copia, ſed eſſe in ea etiam ſuperiores, elaborandum eſt, ut hoc non in noſtris ſolum artibus, ſed etiam in illorum ipſorum conſequamur. Et rurſus, ſi Zenoni licuit cum rem aliquam inueniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? Et rurſum, Zeno cum uteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus, ac nouis, quod nobis in hac inopi lingua non conceditur

uoles, ſi latina forte deſunt, ſed enitar, ut latine loquar, niſi in huiuſmodi uerbis, ut philoſophiam, aut rhetoriten, aut phiſicen, aut dialecticen appellem, quibus, ut aliis multis, conſuetudo iam utitur ut latinis. Et de Fin. libro tertio. Ea uerba, quibus ex inſtituto ueterum utimur pro latinis, ut ipſa philoſophia, ut rhetorica, ut dialectica, geometria, muſica, quanquam latine ea dici poterant, tamen quoniam uſu percepta ſunt, noſtra dicamus. Enixus eſt tamen & Cicero ipſe & alij optimi latinæ linguæ auctores ut quiſque ualuit latinam ipſam uocabulis & iis ſpecioſis & ſelectis, & diſciplinis, & ſententiis ditare ac locupletare, ne græcis ſcriptis egeremus, noua uerba facientes ſimilitudine, imitatione, inflexione, coniunctione, translatione, atque nouitate ea è medio, ideſt, è communi latij uulgi uſu iacentia hoc eſt rudia & in formia ſumentes, & tanquam molliſſimam ceram ad ſuum arbitrium formantes & fingentes, aut ea è græcis ſed parce ſumentes, monentque, ut magis ac magis ea, ſi opus fuerit, augeatur claris tamen & optimis uocabulis, euphoniæque habita ratione. Nouis *etiam rebus noua ſunt imponenda nomina. Ennius enim & Cato, & ante eos latinus, &* Romulus *& Numa aliique uerba noua finxerunt.* Item *Lucretius, ut ipſemet libro primo ſcribit, ait enim.*

Nec me animus fallit Graiorum obſcura reperta
Difficile illuſtrare latinis uerſibus eſſe
Multa nouis uerbis præſertim cum ſit agendum

Propter

epiſt. libro ſecundo græcorum exemplo probat monetque augendam eſſe latinam linguam nouatis ſpecioſis & optimis uocabilis, ubi ait.

Quòd ſi tam græcis nouitas inuiſa fuiſſet
Quàm nobis, quid nunc eſſet uetus?
Aut quid haberet.
Quod legeret, terreretque uiritim publicus uſus?

Quintilianus quoque non modo latinam linguam pro rata parte ditare ſtuduit & uocabulis & elocutionibus; ſed etiam libro primo laudandos eos aſſerit, qui eam græca uberiorem, ditioremque fecerunt. Quinetiam inquit, laudet uirtutem eorum, qui potentiorem facere latinam linguam ſtudebant; nec alienis egere inſtitutis fatebantur. Et libro ſecundo de eis ipſis loquens, qui latinam ipſam linguam locupletare laborauerunt, ait. Quos equidem non fraudauerim debita laude; quòd copiam Romani ſermonis augere tentauerunt. Et libro octauo quæritur de eis, qui noua uocabula aſpernantur, ait enim. At ueteres ne ex pectorat quidem timuerunt. Et ſanè eiuſdem notæ eſt exanimat. At in tractu, & in declinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronem beatitas, & beatitudo, quæ dura quidem ſentit, uerumtamen uſu putat poſſe molliri. Nec a uerbis modo, ſed a nominibus quoque deriuata ſunt quædam, ut a Cicerone ſubuculatum, & ab Aſinio fimbriatum, & fibulatum. Multa ex græco formata noua, ac plurima a Sergio, Flauioque, quorum quædam dura admodum uidentur, ut ens, &

ficatum ſe a nautis didiciſſe, cum antea & ipſe & Atticus ſecus intelligerent. Et Academico primo ait. Dabitis enim profectò, ut in rebus inuſitatis, quod græci ipſi faciunt, a quibus hæc iandiu tractantur, utamur, uerbis interdum inauditis. Ibidem. Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας græci uocant, quod ipſum apud græcos non eſt uulgi uerbum, ſed philoſophorum, atque id in multis. Dialecticorū quoque uerba nulla ſunt publica, ſuis utuntur. Et id quoque commune omnium fere artium. Aut enim noua ſunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex alijs tranſferenda. Quodſi græci faciunt, qui in ijs rebus tot iam ſæcula uerſantur, quanto id magis nobis concedendum eſt, qui hæc nunc primum tractare conamur? Et libro primo de Fin. Ita ſentio, & ſæpe diſſerui latinam linguam non inopem, ut uulgo putarent, ſed locupletiorem eſſe, quàm græcam. Et libro tertio de his, qui non latini, ſed græci eſſe uolebant, quærens, quod ipſum ſæpe facit, omnino enitendum eſſe ait, quo latina lingua locupletetur uberiorque fiat, ait enim. Stoicorum autem non ignoras quàm ſit ſubtile, uel ſpinoſum potius diſſerendi genus, idque cum græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda ſunt, imponendaque noua nouis rebus nomina. Quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius uſus uulgaris communiſque nō ſit, multam nouitatem nominum, cum conſtituantur earū rerum uocabula, quæ in quaque arte uerſentur. Itaque & dia-

mo, ſunt cuſtodes latini ſermonis. Et libro uigeſimo ſecundo dicit ſe analogia græco uerbo uſurum, quia illud latini grammatici ciuitate donarunt. Quòd grammatici, modo eruditi ſint, & nec a ratione abſcedant, ius habeant uocabula ciuitate ac latinitate donare. Et Tiberius *Cæſar omnes urbis grammaticos conſuluit an uerbum quoddam, quo incaute uſus fuerat, latinum eſſet. Atque alijs tacentibus eorum unus ſic ait, potes Cæſar peregrinos homines ciuitate Romana donare, ſed non potes uocabula latina facere, quod dictum Cæſar æquo animo tulit.* Irridet Cicero M. Ant. *Phil. xiiij. quòd pijſſimum nouum uocabulum, dixerit, & quod uerbum inquit omnino nullum in lingua latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Sed de grammaticis ſuperiori libro plura dicta ſunt. Vides nunc grammatice ac docton, imo fanatice ac deceptor plebeie immenſam latinæ linguæ dignitatem ac maieſtatem, & ingentem uehementemque bonorum atque eruditorum in illam amorem? Quam toto terrarum orbe diffuſam, atque eandem auctam locupletatamque eſſe magnopere gloriantur. Quam tu nefarie ac profane cum tuis operis & aſedis neruis omnibus, at fruſtra ſanè, abolere contendis. Nec deſunt, qui nonniſi illis uocabulis & elocutionibus nobis utendum eſſe ſentiant, quibus uſus eſt Cicero, quòd inquiunt, ſolus Cicero ſit nobis imitandus, cætera uero, li-*

cet

& Sabinis, & Prænestinis quoque, nam ut eorum ſer mone utentem uectium Lucilius inſectatur. Et libro octauo. In ſingulis intuendum eſt ut ſint latina, per ſpicua, ornata, & ad id, ad quod efficere uolumus, accomodata. Sed ea, *quæ de ratione latine atque e-mendate loquendi fuerunt dicenda in libro primo, cùm de grammatice loqueremur, executi ſumus. Verum illic tantum ne uicioſa eſſent præcipimus, hìc non alie num eſt admonere, ut ſint quamminime peregrina & externa. Multos enim, quibus eloquendi ratio nõ deſijt inuenias, quos curioſe potius loqui dixeris, quàm latine. Quare ſi fieri poteſt, & uerba omnia & uox huius alumna urbis oleant, ut oratio* Romana *plane uideatur, non ciuitate donata. Et libro undecimo. Os facile, explanatum, iucundum, urbanum ſit, ideſt, quo nulla ruſticitas neque peregrinitas ſonet. Quòd autem Cicero Romanam latinamque uocem tenacius penes mulieres cuſtodiri dicat, non de latino grammatico ſermone ibi loquitur Cicero, ſed de uernaculo quotidiano uulgari. Quis eſt enim tam iudicij inops, ut di cat ſermonem latinum literarium tenacius apud mulieres, quàm apud literatos eruditoſque homines, & in auctorum, grammaticorumque ſcriptis cuſtodiri? Craſſus autem laudat Læliam quòd & in latino literario ſermone bene loqueretur ac ſcriberet, nam loqui pro ſcribere plerunque ſumitur, optimeque pronunciaret Plautinis propemodum & Næuianis uoca bulis utens, quos Craſſus non potuit ore loquentes au dire,*

dire ſed ſcriptis, potuit tamen apud aliquem legere ipſos optime pronunciaſſe, ut nos de multis apud Ciceronem, & de Auguſto apud Suet. & de Virgilio apud Donatum legimus, & quod Lælia ipſa in quotidiano familiarique ſermone itidem optime latialiter Romaneque, loqueretur & pronunciaret. Nam cum in urbem infuſa eſſet peregrinitas, & germana uernacula uulgaris latialis lingua aliquantiſper a barbaris uiciata eſſet, multique inquinate loquerentur, mulieres, quod peregrinorum ſermonis ſint expertes bene latie Romaneque loquebantur, ſuis patrijs & uocabulis & pronunciatione utentes. Nunc autem plerique, uel certe uanæ quædam mulierculæ, quoniam latinæ linguæ ſunt inſcij, & quid ſit optimum, quid deterrimum minime dignoſcunt, ac ruſticitatis & barbariei ſunt patroni, non ex aliquo latinæ linguæ auctore, ſed ex putidis lacunis, ex impuriſſimis inquam, uulgaribus libellis ruſtica, exotica, inſolentia, & barbara uocabula, quibus in ſermone familiari loquantur, & pronunciationem ruſticam & barbaram ueluti precioſum quid piam exhauriunt. Qua ruſticitate ac barbarie op[illegible]idoquam & oblectantur & gloriantur, atque [illegible] ridendi benè loquentes irrident. Attamen græcis uocabulis latinos in latino literario ſermone [illegible], ſed parcè, Cicero, ſi latina deſunt, nequaquam prohibet, ait quidem Academico primo. Quin etiam græcis uti licebit, utere cum

Propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem L. etiam Craſſus latinam ipſam linguam ditauit ſcriptis græca latina faciens, & nouis a ſe ex cogitatis uocabulis, ut Quintilianus libro decimo ſcribit, & ipſemet apud Ciceronem libro primo de oratore fert, ubi ait. Poſtea mihi placuit, eoque ſum uſus adoleſcens, ut ſummorum oratorum græcas orationes explicarē, quibus lectis hoc aſſequebar, ut cum ea, quæ legerem græce, latine redderem non ſolum optimis uerbis uterer, & tamen uſitatis, ſed etiam exprimerem quædam uerba imitanda quæ noua noſtris eſſent, dummodo eſſent idonea. Cicero quoque, qui, ut retuli, præ omnibus latinam ipſam linguam augere ditare, & exornare & uerbis, & elocutionibus, & ſententijs, & ſcriptis, & eloqutntia & elegantia enixe ſtuduit & elaborauit, complura latina uocabula excogitauit, ut Plutarchus ſcribit. Qui ait, Hic *primus, ut aiunt, aſſenſum, retentionem ſententiæ, præterea inſecabile, uacuum, aliaque plura huiuſmodi uocabula hactenus latinis inſueta noua & appellanda dedit. Et ipſemet Cicero libro primo de Nat. Deorum inſit. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina. Qui ſæpe Græcorum, tum maxime Zenonis exemplo latinam linguā ditandā nouis adinuentis uerbis, quæ uulgo ſint ignota, eſſe dicit. Nā quælibet ars tum ingenua, tū ſedētaria quibuſdā uocabulis utitur ſuis, quæ ſunt ignota alijs. Qui ad Att. libro decimo tertio. Inhiberi remis nauticū uerbum eſſe ait, eiuſque ſignificatum*

& dialectici, & phiſici uerbis utuntur iis, quæ ipſi græcia nota non ſunt. Geometræ uero, muſici, grammatici etiam more quodam loquuntur ſuo. Item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes, atque populares uerbis tamẽ in dicendo quaſi priuatis utuntur, ac ſuis. Atque ut omiſſam has artes elegantes, & ingenuas, ne opifices tueri ſua artificia poſſent, niſi uocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus uerſatur, nominibus notauit ſuis. Ibidem Zeno Stoicorum princeps non tam rerum inuentor fuit, quàm nouorum uerborum. Quòd ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum à græcia eſt, ut doctiſſimi homines de rebus non peruulgatis inuſitatis uerbis uterentur, quanto id uel nobis magis eſt concedendum, qui ea nunc primum audemus attingere? Etſi, quod ſæpe diximus, & quidem cum aliqua querela non græcorum modò, ſed etiam eorum, qui ſe græcos magis, quàm latinos haberi uolunt, non modo non uinci a græcis uerborum copia, ſed eſſe in ea etiam ſuperiores, elaborandum eſt, ut hoc non in noſtris ſolum artibus, ſed etiam in illorum ipſorum conſequamur. Et rurſus, ſi Zenoni licuit cum rem aliquam inueniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? Et rurſum, Zeno cum uteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus, ac nouis, quod nobis in hac inopi lingua non conceditur

 ceditur

uoles, ſi latina forte deſunt, ſed enitar, ut latine loquar, niſi in huiuſmodi uerbis, ut philoſophiam, aut rhetoriten, aut phiſicen, aut dialecticen appellem, qui bus, ut aliis multis, conſuetudo iam utitur ut latinis. Et de Fin. libro tertio. Ea uerba, quibus ex inſtituto ueterum utimur pro latinis, ut ipſa philoſophia, ut rhetorica, ut dialectica, geometria, muſica, quanquam latine ea dici poterant, tamen quoniam uſu per cepta ſunt, noſtra dicamus. Enixus eſt tamen & Cicero ipſe & alij optimi latinæ linguæ auctores ut quiſ que ualuit latinam ipſam uocabulis & ijs ſpecioſis & ſelectis, & diſciplinis, & ſententijs ditare ac locupletare, ne græcis ſcriptis egeremus, noua uerba facien tes ſimilitudine, imitatione, inflexione, coniunctione, translatione, atque nouitate ea è medio, ideſt, è communi latij uulgi uſu iacentia hoc eſt rudia & in formia ſumentes, & tanquam molliſſimam ceram ad ſuum arbitrium formantes & fingentes, aut ea è græcis ſed parce ſumentes, monentque, ut magis ac magis ea, ſi opus fuerit, augeatur claris tamen & optimis uocabulis, euphoniæque habita ratione. Nouis etiam rebus noua ſunt imponenda nomina. Ennius enim & Cato, & ante eos latinus, & Romulus & Numa aliique uerba noua finxerunt. Item Lucretius, ut ipſemet libro primo ſcribit, ait enim.

Nec me animus fallit Graiorum obſcura reperta
Difficile illuſtrare latinis uerſibus eſſe
Multa nouis uerbis præſertim cum ſit agendum

Propter

epiſt. libro ſecundo græcorum exemplo probat monetque augendam eſſe latinam linguam nouatis ſpecioſis & optimis uocabilis; ubi ait.

Quòd ſi tam græcis nouitas inuiſa fuiſſet
Quàm nobis, quid nunc eſſet uetus?
Aut quid haberet.
Quod legeret, terreretque uiritim publicus uſus?

Quintilianus quoque non modo latinam linguam prò rata parte ditare ſtuduit & uocabulis & elocutionibus; ſed etiam libro primò laudandos eos aſſerit; qui eam græca uberiòrem, ditioremque fecerunt. Quinetiam inquit, laudet uirtutem eorum; qui potentiorem facere latinam linguam ſtudebant; nec alienis egere inſtitutis fatebantur. Et libro ſecundo de eis ipſis loquens, qui latinam ipſam linguam locupletare laborauerunt; ait. Quos equidem nón fraudauerim debità laude; quòd copiam Romani ſermonis augere tentauerunt. Et libro octauo quæritur de eis, qui noua uocabula aſpernantur; ait enim. At ueteres ne ex pectorat quidem timuerunt. Et ſanè eiuſdem notæ eſt exanimat. At in tractu, & in declinatione talia ſunt; qualia apud Ciceronem beatitas; & beatitudo, quæ dura quidem ſentit; uerumtamen uſu putat poſſe molliri. Nec a uerbis modo, ſed a nominibus quoque deriuata ſunt quædam; ut à Cicerone ſubuculatum; & ab Aſinio fimbriatum; & fibulatum. Multa ex græco formata noua, ac plurima a Sergio, Flauioque; quorum quædam dura admodum uidentur, ut ens; & eſſen-

ſicatum ſe a nautis didiciſſe, cum antea & ipſe & Attcus ſecus intelligerent. Et *Academico primo ait. Dabitis enim profectò, ut in rebus inuſitatis, quod græci ipſi faciunt, a quibus hæc iandiu tractantur, utamur, uerbis interdum inauditis. Ibidem. Qualitates igitur appellaui, quas* ποιότητας *græci uocant, quod ipſum apud græcos non eſt uulgi uerbum, ſed philoſophorum, atque id in multis. Dialecticorũ quoque uerba nulla ſunt publica, ſuis utuntur. Et id quoque commune omnium fere artium.* Aut *enim noua ſunt rerum nouarum facienda nomina, aut ex alijs tranſferenda. Quodſi græci faciunt, qui in ijs rebus tot iam ſæcula uerſantur, quanto id magis nobis concedendum eſt, qui hæc nunc primum tractare conamur? Et libro primo de* Fin. *Ita ſentio, & ſæpe diſſerui latinam linguam non inopem, ut uulgo putarent, ſed locupletiorem eſſe, quàm græcam. Et libro tertio de his, qui non latini, ſed græci eſſe uolebant, quærens, quod ipſum ſæpe facit, omnino enitendum eſſe ait, quo latina lingua locupletetur uberiorque fiat, ait enim.* Stoicorum *autem non ignoras quàm ſit ſubtile, uel ſpinoſum potius diſſerendi genus, idque cum græcis, tum magis nobis, quibus etiam uerba parienda ſunt, imponendaque noua nouis rebus nomina. Quod quidem nemo mediocriter doctus mirabitur, cogitans in omni arte, cuius uſus uulgaris communiſque nõ ſit, multam nouitatem nominum, cum conſtituantur earũ rerum uocabula, quæ in quaque arte uerſentur.* Itaque *& dia-*

mo, ſunt cuſtodes latini ſermonis. Et libro uigeſimo ſecundo dicit ſe analogia græco uerbo uſurum, quia illud latini grammatici ciuitate donarunt. Quòd grammatici, modo eruditi ſint, & nec a ratione abſcedant, ius habeant uocabula ciuitate ac latinitate donare. Et Tiberius *Cæſar omnes urbis grammaticos conſuluit an uerbum quoddam, quo incaute uſus fuerat, latinum eſſet. Atque alijs tacentibus eorum unus ſic ait, potes Cæſar peregrinos homines ciuitate Romana donare, ſed non potes uocabula latina facere, quod dictum Cæſar æquo animo tulit.* Irridet Cicero M. Ant. *Phil. xiiij. quòd piiſſimum nouum uocabulum, dixerit, & quod uerbum inquit omnino nullum in lingua latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Sed de grammaticis ſuperiori libro plura dicta ſunt. Vides nunc grammatice ac doctor, imo fanatice ac deceptor plebeie immenſam latinæ linguæ dignitatem ac maieſtatem, & ingentem uehementemque bonorum atque eruditorum in illam amorem? Quam toto terrarum orbe diffuſam, atque eandem auctam locupletatamque eſſe magnopere gloriantur. Quam tu nefarie ac profane cum tuis operis & aſeclis neruis omnibus, at fruſtra ſanè, abolere contendis. Nec deſunt, qui nonniſi illis uocabulis & elocutionibus nobis utendum eſſe ſentiant, quibus uſus eſt Cicero, quòd inquiunt, ſolus Cicero ſit nobis imitandus, cætera uero, li-*

cet

& Sabinis, & Præneſtinis quoque, nam ut eorum ſer mone utentem uectium Lucilius inſectatur. Et *libro octauo. In ſingulis intuendum eſt ut ſint latina, per ſpicua, ornata, & ad id, ad quod efficere uolumus, accomodata.* Sed ea, *quæ de ratione latine atque e-mendate loquendi fuerunt dicenda in libro primo, cùm de grammatice loqueremur, executi ſumus. Verum illic tantum ne uicioſa eſſent præcipimus, hìc non alie num eſt admonere, ut ſint quamminime peregrina & externa. Multos enim, quibus eloquendi ratio nõ desijt inuenias, quos curioſe potius loqui dixeris, quàm latine. Quare ſi fieri poteſt, & uerba omnia & uox huius alumnæ urbis oleant, ut oratio* Romana *plane uideatur, non ciuitate donata. Et libro undecimo. Os. facile, explanatum, iucundum, urbanum ſit, ideſt, quo nulla ruſticitas neque peregrinitas ſonet. Quòd autem Cicero Romanam latinamque uocem tenacius penes mulieres cuſtodiri dicat, non de latino grammati-co ſermone ibi loquitur Cicero, ſed de uernaculo quo-tidiano uulgari. Quis eſt enim tam iudicij inops, ut di cat ſermonem latinum literarium tenacius apud mu-lieres, quàm apud literatos eruditoſque homines, & in auctorum, grammaticorumque ſcriptis cuſtodiri? Craſſus autem laudat Læliam quòd & in latino lite-rario ſermone bene loqueretur ac ſcriberet, nam lo-qui pro ſcribere plerunque ſumitur, optimeque pro-nunciaret Plautinis propemodum & Næuianis uoca bulis utens, quos Craſſus non potuit ore loquentes au dire,*

dire ſed ſcriptis, potuit tamen apud aliquem legere ipſos optime pronunciaſſe, ut nos de multis apud Ciceronem, & de Auguſto apud Suet. & de Virgilio apud Donatum legimus, & quòd Lælia ipſa in quotidiano familiarique ſermone itidem optime latialiter Romaneque, loqueretur & pronunciaret. Nam cum in urbem infuſa eſſet peregrinitas, & germana uernacula uulgaris latialis lingua aliquantiſper a barbaris uiciata eſſet, multique inquinate loquerentur, mulieres, quod peregrinorum ſermonis ſint expertes bene latie Romaneque loquebantur, ſuis patrijs & uocabulis & pronunciatione utentes. Nunc autem plerique, uel certe uanæ quædam mulierculæ, quoniam latinæ linguæ ſunt inſcij, & quid ſit optimum, quid deterrimum minime dignoſcunt, ac ruſticitatis & barbariei ſunt patroni, non ex aliquo latinæ linguæ auctore, ſed ex putidis lacunis, ex impuriſſimis inquam, uulgaribus libellis ruſtica, exotica, inſolentia, & barbara uocabula, quibus in ſermone familiari loquantur, & pronunciationem ruſticam & barbaram ueluti precioſum quidpiam exhauriunt. Qua ruſticitate ac barbarie oppidoquam & oblectantur & gloriantur, atque [illegible] ridendi benè loquentes irrident. Attamen græcis uocabulis latinos in latino literario ſermone uti, ſed parcè, Cicero, ſi latina deſunt, nequaquam prohibet, ait quidem Academico primo. Quinctiam græcis uti licebit, utere cum

Propter egeſtatem linguæ, & rerum nouitatem L. etiam Craſſus latinam ipſam linguam ditauit ſcriptis græca latina faciens, & nouis a ſe ex cogitatis uoca bulis, ut Quintilianus libro decimo ſcribit, & ipſemet apud Ciceronem libro primo de oratore fert, ubi ait. Poſtea mihi placuit, eoque ſum uſus adoleſcens, ut ſummorum oratorum græcas orationes explicarē, quibus lectis hoc aſſequebar, ut cum ea, quæ legerem græce, latine redderem non ſolum optimis uerbis uterer, & tamen uſitatis, ſed etiam exprimerem quædam uerba imitanda quæ noua noſtris eſſent, dummodo eſſent idonea. Cicero quoque, qui, ut retuli, præ omnibus latinam ipſam linguam augere ditare, & exornare & uerbis, & elocutionibus, & ſententijs, & ſcriptis, & eloqutntia & elegantia enixe ſtu duit & elaborauit, complura latina uocabula excogitauit, ut Plutarchus ſcribit. Qui ait. Hic primus, *ut aiunt, aſſenſum, retentionem ſententiæ, prætere a inſecabile, uacuum, aliaque plura huiuſmodi uocabu la hactenus latinis inſueta noua & appellanda dedit. Et ipſemet Cicero libro primo de Nat. Deorum inſit. Sunt enim rebus nouis noua ponenda nomina. Qui ſæpe Græcorum, tum maxime Zenonis exemplo lati nam linguā ditandā nouis adinuentis uerbis, quæ uul go ſint ignota, eſſe dicit. Nā quælibet ars tum ingenua, tū ſedētaria quibuſdā uocabulis utitur ſuis, quæ ſunt ignota alijs. Qui ad Att. libro decimo tertio. Inhiberi remis nauticū uerbum eſſe ait, eiuſque ſigni-*

& dialectici, & phiſici uerbis utuntur ijs, quæ ipſi græcia nota non ſunt. Geometræ uero, muſici, grammatici etiam more quodam loquuntur ſuo. Item ipſæ rhetorum artes, quæ ſunt totæ forenſes, atque populares uerbis tamē in dicendo quaſi priuatis utuntur, ac ſuis. Atqi ut omittam has artes elegantes, & ingenuas, ne opifices tueri ſua artificia poſſent, niſi uocabulis uterentur nobis incognitis, uſitatis ſibi. Quinetiam agricultura, quæ abhorret ab omni politiore elegantia, tamen eas res, in quibus uerſatur, nominibus notauit ſuis. Ibidem Zeno Stoicorum princeps non tam rerum inuentor fuit, quam nouorum uerborum. Quòd ſi in ea lingua, quam plerique uberiorem putant, conceſſum a græcia eſt, ut doctiſſimi homines de rebus non peruulgatis inuſitatis uerbis uterentur, quanto id uel nobis magis eſt concedendum, qui ea nunc primum audemus attingere? Etſi, quod ſæpe diximus, & quidem cum aliqua querela non græcorum modo, ſed etiam eorum, qui ſe græcos magis, quàm latinos haberi uolunt, non modo non uinci a græcis uerborum copia, ſed eſſe in ea etiam ſuperiores, elaborandum eſt, ut hoc non in noſtris ſolum artibus, ſed etiam in illorum ipſorum conſequamur. Et rurſus, ſi Zenoni licuit cum rem aliquam inueniſſet inuſitatam, inauditum quoque ei rei nomen imponere, cur non liceat Catoni? Et rurſum, Zeno cum uteretur in lingua copioſa factis tamen nominibus, ac nouis, quod nobis in hac inopi lingua non con-

epiſt. libro ſecundo græcorum exemplo probat mo- netque augendam eſſe latinam linguam nouatis ſpecioſis & optimis uocabilis, ubi ait.

Quòd ſi tam græcis nouitas inuiſa fuiſſet
Quàm nobis, quid nunc eſſet uetus?
Aut quid haberet.
Quod legeret, terreretque uiritim publicus uſus?

Quintilianus quoque non modo latinam linguam pro rata parte ditare ſtuduit & uocabulis & elocutionibus; ſed etiam libro primo laudandos eos aſſerit, qui eam græca uberiorem, ditioremque fecerunt. Quin etiam inquit, laudet uirtutem eorum, qui potentiorem facere latinam linguam ſtudebant; nec alienis egere inſtitutis fatebantur. Et libro ſecundo de eis ipſis loquens, qui latinam ipſam linguam locupletare laborauerunt, ait. Quos equidem non fraudauerim debita laude; quòd copiam Romani ſermonis augere tentauerunt. Et libro octauo quæritur de eis, qui noua uocabula aſpernantur, ait enim. At ueteres ne ex pectorat quidem timuerunt. Et ſanè eiuſdem notæ eſt exanimat. At in tractu, & in declinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronem beatitas, & beatitudo, quæ dura quidem ſentit, uerumtamen uſu putat poſſe molliri. Nec a uerbis modo, ſed a nominibus quoque deriuata ſunt quædam, ut a Cicerone ſubuculatum, & ab Aſinio fimbriatum, & fibulatum. Multa ex græco formata noua, ac plurima a Sergio, Flauioque, quorum quædam dura admodum uidentur, ut ens, & eſſen-

mo, ſunt cuſtodes latini ſermonis. Et libro uigeſimo ſecundo dicit ſe analogia græco uerbo uſurum, quia illud latini grammatici ciuitate donarunt. Quòd grammatici, modo eruditi ſint, & nec a ratione abſcedant, ius habeant uocabula ciuitate ac latinitate donare. Et Tiberius *Cæſar omnes urbis grammaticos conſuluit an uerbum quoddam, quo incaute uſus fuerat, latinum eſſet. Atque alÿs tacentibus eorum unus ſic ait, potes Cæſar peregrinos homines ciuitate Romana donare, ſed non potes uocabula latina facere, quod dictum Cæſar æquo animo tulit.* Irridet Cicero M. Ant. *Phil. xiiÿ. quòd piÿſſimum nouum uocabulum, dixerit, & quod uerbum inquit omnino nullum in lingua latina eſt, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis. Sed de grammaticis ſuperiori libro plura dicta ſunt. Vides nunc grammatice ac doctor, imo fanatice ac deceptor plebeie immenſam latinæ linguæ dignitatem ac maieſtatem, & ingentem uehementemque bonorum atque eruditorum in illam amorem? Quam toto terrarum orbe diffuſam, atque eandem auctam locupletatamque eſſe magnopere gloriantur. Quam tu nefarie ac profane cum tuis operis & aſeclis neruis omnibus, at fruſtra ſanè, abolere contendis. Nec deſunt, qui nonniſi illis uocabulis & elocutionibus nobis utendum eſſe ſentiant, quibus uſus eſt Cicero, quòd inquiunt, ſolus Cicero ſit nobis imitandus, cætera uero, licet*

tiſque eam adiuuerint, auxerint, ditauerint, exornauerint? Et qui Ciceronem præceſſerunt, & qui cum eo ætatem degerunt, & qui eum per uaria ſæcula ſunt ſubſecuti. Quorum laudes quàm plena manu, quàm ingenue, quàm ornate ad aſtra tollendæ ſunt. Inter quos fuere Lælius & Scipio, quorum labor in Terentiano opere magno adiumento latinæ linguæ fuit. Et Lucretius, & Cæthegus, & L. Craſſus, & Cæcilius, & Hortenſius, & Cæſar excellentis, ait Cicero, ingenij ac prudentiæ uir, qui libros ſcripſit de analogia, & in primo libro dixit delectum uerborum eſſe eloquentiam. Atque habe, inquit, ſemper in memoria & in pectore, ut tanquam ſcopulum ſic fugias inauditum atque inſolens uerbum. Item Pollio, & Augustus, cæterique Romani *optimates clariſſimi oratores, alijque ſcriptores abuſque urbe condita, & antea Latij homines, ac reges, tum maximè Latinus. Itẽ Ennius, & Cato, quos latinam linguam ditaſſe gloriatur Horatius. Item Plautus & Virgilius latinus Homerus diuino prope & ipſe iudicio præditus. Cuius uerſus quoſdam cum audiſſet Cicero eloquentiæ antiſtes, Donatus ait, & ſtatim acri iudicio intellexiſſet non communi uena editos, iuſſit ab initio totam æglogam recitari, quam cum accurate pernotaſſet in fine ait, magnæ ſpes altera Romæ, quaſi ipſe latinæ linguæ ſpes prima fuißet, & Maro futurus eſſet ſecunda. Et, ut auguror, id tum Cicero de Virgilio fatus eſt, cum populus Romanus, qui latinæ linguæ ſtudioſos*

Audendum tamen, nam, ut Cicero ait, quæ primo dura uiſa ſunt, uſu molliuntur. Ibidem uetuſtis interdum utendum cenſet inquiens. Verba & a uetuſtate repetita non ſolum magnos aſſertores habent, ſed etiam afferunt orationi maieſtatem aliquam non ſine delectatione, nam & auctoritatem antiquitatis habent, & quia intermiſſa ſunt, gratiam nouitati ſimilem pariunt. Sed opus eſt modo, ut neque crebra ſint hæc, nec manifeſta, quia nihil eſt odioſius affectatione, nec utique ab ultimis etiam obliteratis repetita temporibus, qualia ſunt topper, & antigerio, & exanclare, & proſapia, & ſaliorum carmina uix ſacerdotibus ſuis intellecta. Et Ariſt. Rhet. libro tertio. Verba obſoleta grauiorem reddunt orationem Cicero etiam obſoletis interim uſus eſt, ut proſapia, ut alijs. Vnde Fortunatianus libro quarto ait. Sunt quædam uerba, quæ quamuis obſoleta ſint, illis melius expeditur oratio, ut M. Tullius & Seracum, & Sicem, & Scalas dicere non erubuit. Dixit etiam feras Soliuagas. Item Sidonius Apollinaris ad Polentum ait Ciceronem eſſentiam dixiſſe, ac recte dici poſſe, ut a ſapere ſapientiam, & ab intelligere intelligentiam regulariter dicimus. Quintil. libro tertio, οὐσίαν Flauius eſſentiam uocat, nec ſanè aliud eſt eius nomen latinum. Porphyrio in Poeticam Horatij uſus eſt uerbo uulgaritas. Multiſque alijs uerbis & ipſe, & alij grammatici ad latinam linguam augendam uſi ſunt. Qui, ait Seneca epiſt. lib. quintodecimo,

modo, permittite mihi ſic. Et libro decimo, præter cætera ſane pulchra, multis rationibus & exemplis probat nos nullo pacto ſola imitatione eſſe contentos, ſed laborandum nobis eſſe dicit noui aliquid reperire, ait itaque. Ante omnia imitatio per ſe ipſa non ſufficit, uel quia pigri eſt ingeniĳ contentum eſſe ĳs, quæ ſint ab aliĳs inuenta. Quid enim futurum erat temporibus illis, quæ ſine exemplo fuerunt, ſi homines nihil niſi quod iam cognouiſſent, faciendum ſibi, aut cogitandum putaſſent? Nempe nihil fuiſſet inuentum. Cur igitur nefas eſt reperiri aliquid a nobis, quod ante nō fuerit? An illi rudes ſola mentis natura ducti ſunt in hoc, ut tam multa generarent, nos ad quærendum nō eo ipſo concitamur, quod certe ſcimus inueniſſe eos, qui quæſierunt? Et cum illi, qui nullum cuiuſquam rei habuerint magiſtrum plurima in poſteros tradiderint, nobis uſus illarum ad eruendas alias non proderit? Sed nihil habebimus niſi beneficiĳ alieni? Quēadmodum quidam in id ſolum ſtudent, ut deſcribere tabulas menſuris, ac lineis ſciant. Turpe eſt contentum eſſe id ſequi, quod imiteris. Nam rurſus quid erat futurum, ſi nemo plus effeciſſet eo, quem ſequebatur? Nihil in poetis ſupra Liuium Andronicum, nihil in hiſtoriĳs ſupra Pontificum annales haberemus. Ratibus adhuc nauigaremus, non eſſet pictura, niſi quæ lineas modo extremas umbræ, quam corpora in ſole feciſſent, circumſcriberet. Ac ſi omnia præcenſeas, nulla ſit ars qualis inuenta eſt, nec intra initiū

ſtetit

bus timiditas obſtitiſſet, ut nullis nouis uterentur dictionibus, ipſa natura, & ſignificatione rerum exigente perpetuis latinitas anguſtijs damnata manſiſſet. Omnes demum latinæ linguæ ſtudioſi, atque amatores latinam ipſam linguam augere, ac ditare, & expolire & nouis uocabulis ſiue deriuatis ac compoſitis, ſiue translatis, ſiue a ſe excogitatis, & elocutionibus magnopere ſtuduerunt, monentque elaborandum eſſe, quo pluſpluſque augeatur & ditetur. Verum docet ne temere uerba innouentur, ſed parcè, & ut retuli, cum delectu. Vnde Cicero in Oratore ait. Ergo ille tenuis orator modo ſit elegans, nec in faciendis uerbis erit audax, & in transferendis uerecundus, & parcus, & in priſcis, reliquiſque ornamentis, & uerborum & ſententiarum demiſſior, traslatione fortaſſe crebrior, qua frequentiſſime ſermo omnis utitur non modo urbanorum, ſed etiam ruſticorũ. Siquidem eſt eorum gemmare uites, ſitire agros, lætas eſſe ſegetes, luxurioſa frumenta. Et in Bruto monet ne nimis uetuſtis oratores utantur, ait enim. Sed nimia uetuſtas non habet eam, quam quærimus ſummitatem, nec ſane tolerabilis. Idem iubet Horatius, ut oſtendi, ut tenues ac cauti ſimus in uerbis nouandis. Item Quintilianus libro primo præcipit, ne temere, ſed parce uerba innouentur, ſed uſitatis utamur, ubi ait. Vſitatis uerbis tutius utimur, noua non ſine quodam periculo fingimus, nam ſi recepta ſunt modicam laudem afferunt, repudiata etiã in iocos exeunt.

Auden-

admiratus eſſet. Quorũ uocabula & elocutiones aſpernatus non eſſet, cũ eorũ ingeniũ, iudiciũ ac doctrinam approbaſſet, qui pro latina lingua augẽda ac decorãda tot ſudatos labores obiere non inuiti, ſed gauderet utique in immenſum ſi latinã ipſam linguam auctiorẽ ditioremque cernere poſſet. Neque profecto tot grammatici doctiſſimi homines, ſummo & ipſi iudicio prædi ti, qui, ut dixi, ſunt cuſtodes latini ſermonis, quorũ opera multũ latinæ linguæ acceſſit, tot diſertorum auctorũ uocabula & elocutiones aſpernati ſunt. Quin etiam ipſi latinã linguã ditandã eſſe monuerint, multaque uerba nouarunt. At hi, qui ſe Ciceronianos eſſe putant, eloquentiæ penè dixerim ſimij ubi ſuis ſcriptis alteram, aut tertiã Ciceronis uocem aſperſerint, protinus ſe Ciceronianos eſſe iuueniliter nimis iactitant. Tum apicem Romanæ eloquẽtiæ aſſecutos ſe credunt, tum ſibi, quaſi cornicum, ut dicitur, oculos confixerint, alij omnes putent. Sibi mutum, & elingue, & infans uidetur ubicunque Ciceronis uoces non uidentur, cum ipſi ſuam infantiam non agnoſcant. Sed nec quidem ille ipſe Cicero eius animi fuit, ut nonniſi ijs uocabulis & elocutionibus uterentur poſteri, quibus ipſe eſt uſus. Qui, ut oſtendi, pluribus rationibus & exemplis probauit, monuitque latinã linguã ditandã, eſſe, & exornandã, utendumque nobis eſſe nouis uocabulis, ne græcis egeremus, modo delectus non deſit, & neceſſitas exigat, quæ licet dura primo uideantur, uſu tamen molliuntur. Vſus enim, penes quẽ loquendi ra-

tio eſt, uocabula, quæ per ſe uoces tantum ac ſoni ſunt, aut recipit aut repudiat. Qui non in uno, ſed in pluribus hominibus, & ijs peritis ac doctis conſiſtit. Nam a multis uocibus abſtinuit Cicero, quibus probatiſſimi auctores uſi ſunt, & qui eum præceſſerunt, & qui cum eo ætatem uixerunt. Et certe, ut de alijs taceam, Cæſar doctiſſimus & eloquentiſſimus uir & in deligendis nouandiſque uocabulis optimum iudicium habuit, quem etiam ipſemet Cicero mirifice commendat; multis uocabulis & elocutionibus uſus eſt, quibus Cicero uti noluit. Contra quoties s, litera media uocalium longarum, uel ſubiecta longis eſſet, geminabatur, ut cauſſæ, caſſus, diuiſſiones. Quod & ſi Ciceronis temporibus, ut Quintilianus libro primo ſcribit, paululumque infra & a Cicerone ipſo, & ab alijs quibuſdam ſeruaretur, non tamen ab omnibus ſeruabatur, ac demum in deſuetudinem abijt. Quibuſdam etiam uocabulis uſus eſt Cicero ipſe ſiue priſcis, ſiue a ſe nouatis, quibus alij eius ætatis clariſſimi auctores uti noluerunt, quæ a poſteris uti dura ſunt reiecta, ut minatio, & alia pleraque. Item in primo de natura Deorum libro ait. Beatitas, ſiue beatitudo dicenda eſt, utrunque omnino durum, ſed uſu mollienda nobis uerba ſunt. Beatitas repudiatum, beatitudo receptum eſt. Quare omnes bonorum auctorũ bene loquendi conſuetudinem, modo ratio non abſit, ſeruandam iubent & præſertim Cicero, & Varro paſſim, & præſertim ille libro primo de Orat. hic præcipu-

cipue in libris de analogia, qui conſuetudinem rationi obtemperare debere docent. Nam quod Quintilianus ait. Ille ſe plurimum profeciſſe ſciat, cui Cicero ualde placebit, de eloquentia & elegantia, ornatu ac phraſi & filo ſcribendi loquitur, non de uocabulis & elocutionibus, quibus latina lingua ditanda erat, ut Ciceronianis tantum uocibus uteremur, nam ipſe multis uocabulis & ab alijs & a ſemet nouatis, & elocutionibus uſus eſt, quibus Cicero uſus non fuerat, è diuerſo a multis uocabulis & ipſe & alij, ut diſſerui, abſtinuerunt, quibus Cicero eſt uſus. Et certe ſi ijs tantum uocibus uti uoluerimus, quibus uſus eſt Cicero, innumerabilia defectiua & manca uerba, & fortaſſe ipſum uerbum amo, innumera heteroclita haberemus, & forſan nullum uocabulum haberet latinitas, quod non defectiuum, mancum eſſet, & heteroclitum. Equidem ideo quædam uerba defectiua, & nomina aptota, diptota, & eiuſmodi habet latinitas, quia illis non per omnia uſi ſunt auctores. Ita & in græca lingua accideret ſi unum tantum auctorem græci ſequerentur. Apud quos nequaquam huiuſmodi hæreſis, uerius phreneſis uiget, ut unius tantum utcunque docti uiri ſiue Platonis, ſiue Demoſtenis, ſiue alicuius alterius uocabulis & elocutionibus utantur, tot alijs clariſſimis auctoribus neglectis. Vtique qui latinam linguam in unum aut in paucos auctores coartant, non eam ditare, ut illi, quos repudiant, ſed inopem reddere modis omnibus conniiuntur. Quare

 ſuper-

ſuperſtitioſa nimis, ac ridicula, ac ſtulta eſt horũ opinio. Sed miror tamẽ hos, qui ſe Ciceronianos eſſe inaniter iactitãt, latinã linguã nõ natura fuiſſe Romanis, ſed arte grãmatica cõſtare in ipſo Cicerone non uidiſſe. Ridiculũ quod quidã epiſtolas ſuas latine ſcriptas nugarum plenas, quo magis apud omnes latinæ linguæ ſtudioſos ſuas ĩnæptias, & in latinã linguã ingratitudinẽ & odiũ pandãt, Ciceronis libris præfigunt. In quibus nõ ipſius Ciceronis & latinæ linguæ, atque eloquẽtiæ, atque elegãtiæ, ut par erat, ueras, ſed neſcio quorũ hominum, & uulgaris uanitatis falſas & inanes laudes ſcribũt. Atque utinã hi noſtri Ciceroniani Ciceronẽ per omnia imitarẽtur, eiuſque præcepto ac conſilio obtemperarẽt. Qui paßim iubet, ut in utroque, regulari, inquam, & uulgari Romano latioque ſermone, & uocabulorũ & pronunciationis barbariẽ ac ruſticitatẽ, ac peregrinã inſolentiã fugiamus, ut non aſpere nõ dure, nõ ruſtice, nõ uaſte, nõ hiulce, nõ putide, ſed preſſe, & æqualiter, & leniter, ſuauiterque loquamur. De ipſa autẽ cõſuetudine bonorũ auctorũ bene loquẽdi ſeruãda: præter ea, quæ libro ſuperiori dicta ſunt, ita Quintilianus libro primo dicit. Conſuetudo eſt certiſſima loquẽdi magiſtra, utendumque plano ſermone ut numo, cui forma publica eſt. Et infra. Quid enim tam neceſſarium, quã certa locutio? Et rurſum. Ego cõſuetudinẽ ſermonis uocabo conſenſum eruditorũ, ſicut uiuendi cõſenſum bonorũ. Et lib. x, certißimã loquẽdi regulã in cõſuetudine eſſe ait. Itaque ex his etiã, quæ in hoc libro

de

de literarũ et artis grãmaticæ inuẽtione, et incremẽto latinæ linguæ dicta ſunt, cuilibet ea erudito perſpicuũ eſt latinã ipſam linguã nullo pacto natura communem fuiſſe Romanis cæteriſq. latinis populis, ſed arte grãmatica cõſtare & e natiua uernacula populari cõmuni uulgarique latij lingua arte inſtitutã, nec omnia latij uocabula in latinitatẽ relata, ſed, habito delectu, ſpecioſiora, ac multa ab auctoribus reperta ideſt facta. Quare neue latinam linguã a quoquã latinorũ hominum ſine arte ipſa grãmatica, ſine præceptore, & lõgo ſtudio, ac diligẽtia ſciri, neue a barbaris corrũpi potuiſſe propalã eſt. Proinde deſinant tandẽ Itali inanes res ac nænias ac nugas ſectari, uulgaria legere, uulgareq. ſcribere. Galli, Germani, Hiſpani, alijque prouinciales homines in latinas & in græcas, & eorũ nõnulli in Hebraicas quoque literas acri animo incumbentes in omnibus liberalibus, diſciplinis, atque etiã in diuinis literis nauant operã, & egregia uolumina latino ſermone condunt & ædunt, nõ pudet Italos in Latio natos, aut Latij accolas inanes ac uiles res ſectãtes latini eloquij maieſtate neglecta uulgaria legere, uulgareque ſcribere? Dicunt præterea hi noſtri Ciceroniani, qui hiſtorias conſcribunt uerbis utantur ijs, quibus priſci hiſtorici uſi ſunt. Qui uero poemata componunt, uerbis utantur ijs, quibus antiqui poetæ uſi ſunt. Qui epiſtolas uerbis utantur eis. quibus uſi ſunt qui è ueteribus epiſtolas ſcripſerunt. Qui de re ruſtica ſcribunt, uerbis utantur, ijs, quibus uſi ſunt, qui de re ruſtica ſcri-

pſere. Ita ut latinam linguam diuerſas in partes diſtrahant, & dilacerent quaſi alijs uerbis priſci hiſtorici, alijs oratores, alijs alij ſcripſerint. Sed dicant obſecro qui hæc anilia, ac puerilia loquuntur, cum latina lingua longè ante Ciceronem extiterit, ac tota fere in poematibus, hiſtorijs, orationibus, & iureciuili contineretur, nonne Cicero Pacuuij, Liuij, Plauti, Terentij, Lucretij, aliorumque poetarum, & hiſtoricorum, & legum uerbis & elocutionibus eſt uſus? Num Cicero ipſe, qui uaria ſcripſit, utpotè, qui epiſtolas, qui rhetoricam artem, qui poemata, qui orationes, qui de philoſophia libros alijs atque alijs uerbis uſus eſt? Vt in rhetoricis ita lapis & uinum uſus ſit, ut alijs eiuſdem ſignificatus uerbis non uteretur. Et in orationibus ita ſaxum & merum uſus ſit, ut illa ſuperiora prorſus abijceret? Puerilia ſunt hæc & riſu digna. An non oratoribus, hiſtoricis, poetis, legiſperitis, cæteriſque ſcriptoribus his uocabulis uti licuit, ut aratrum, ut uomer, ut ligo, ut ſarculum, ut aro, ut alijs eiuſmodi, quia ruſtica ſunt? Aut his, ut enſis, ut ſica, ut gladius, ut pugio, ut pugno & prelior, ut eius generis alijs, quia militaria ſunt. Nimirum neque Cicero ipſe prohibet ſcriptores poeticis uerbis uti. Verum quia quædam uerba poetica obſcura ſunt, & licentiora, monet, ut huiuſmodi parce utamur in orationibus in quibus claris & apertis uerbis eſt nobis utendum. Ait enim in tertio de Orat. libro. Poetarum uerba ſunt licentiæ

centiæ uberiora, quàm oratoria, ſed tamen raro habet in oratione poeticum aliquod uerbum dignitatem. Attamen in oratione poetica quædam uerba & elocutiones ſe minime fugere dicit. Neque enim, inquit illud fugerem dicere, ut Cælius, qua tempeſtate pænus in Italiam uenit, neque prolem, aut ſobolem, aut effari, aut nuncupari, aut, ut tu ſoles Catule, non rebar, aut opinabar, & alia multa, quibus loco poſitis grandior, atque antiquior oratio ſæpe uideri ſolet. Quanquam me oſtendiſſe recolo quamlibet artem quædam uocabula habere nota ſibi, ignota alijs. Alij Salluſtium, & Cæſarem, & Terentium admittunt, Cæteris nihilominus repudiatis, quaſi neque hic poeta, neque illi hiſtorici ſint. Itaque Ciceronis ſtylum & phraſim, ut poſſumus imitemur, uocabulis uero, & elocutionibus non Ciceronis tantum, ſed omnium etiam bonorom auctorum utamur. Nam ſi, ut Cicero in Orat. ait, non ſolum primis, ſed ſecundis, & infra ſecundos excellentiæ doctrinæ locus tribuitur, quis neget hos dignos eſſe, quos imitemur, eorumque uocabulis & elocutionibus utamur? Qui latinam linguam, ut ſæpius dixi, locupletare tantopere ſtuduerunt. Non enim, ait Seneca & quidem probe decl. libro primo, eſt unus, quamuis præcipuus ſit, imitandus. A uocabulis item, quibus Cicero ſemel aut iterum uſus eſt, quibus alij auctores uſi ſunt, ueluti inconcinnis ac minus latinis abſtinent, quaſi eis Cicero abſque delectu cultu & iudicio ſit uſus. Et cum ſe

Ciceronianos eſſe curioſe & iuueniliter nimis ia ctitent, pluſquam Cicero, maiorique iudicioin del igendis faciendiſque uocabulis præditi, atque etiam in latinam linguam cumulatiorem ac uehementiorem amorem habere uideri uolunt, cum reuera potius latinæ linguæ contemptores, & irriſores, ac deſtructores, quam ſectatores dici poßint. Hinc, ut conijcio, quibuſdam anſa data eſt cogitandi quoſdam latinæ linguæ ethnicos auctores e medio eſſe tollendos, quo facilius ac citius latina lingua peſſum eat, aut certe mutiletur mancaque fiat, quaſi ſolus Cicero latinæ linguæ ſufficiat. Quod ſi forte ethnicos auctores ideo tollendos eſſe cenſent, quia in eis quædam ſunt, quæ Chriſtianæ pietati, ac religioni auerſantur, neque Cicero ipſe, neque Plato, neque Ariſtoteles relinquendus eſſet, ſed neque demum alius ethnicorũ quiſquã. Id quod nõ egerunt, neque agi exiſtimauerunt tot eccleſiæ doctißimi & ſanctißimi utriuſque linguæ doctores, qui auctores ipſos perſæpe ſuis in ſcriptis adducunt. Quorũ quædã uel Paulus Apoſtolus ſuis in epiſtolis proferre nõ eſt grauatus. Quem patres illi, quos dixi, ſi nunc in terris agerent æmulati tot ludicros, obſcœnos & libidinoſos plebeios libellos nullis idoneis auctoribus, ac nullius momenti, imo pernicioſos, animorũ labem, qui inter uani uulgi manus uerſantur, omnino è medio tollerẽt, ignique traderent. Illos enim, quia latine ſcripti ſunt, non omnes legunt, ſed eruditi, qui eos non ut diuina oracula legunt, ſciunt enim ipſos ethnicos fuiſſe & idolatras.

tras. Nonnulli alij, & præſertim huius & aliquanto ſuperioris ætatis legiſperiti, uerius quidẽ imperiti, & in legibus iuris imprudentes, qui ſe ad album & rubricas tranſtulerunt, latine ſcribẽdi elegantiã, atque ornatum & uerborũ propietatẽ aſpernantur, & ad ſenſa ſolummodo reſpiciunt. Qua in hæreſi ita hærent & tabeſcunt, ut ad ſuam opinionẽ uel leges, quas non intelligunt, per capillos attrahant repugnãtes. Adducunt enim Vlpianum de adimendis legatis, lege, ſiquis ita loquentem. Sed melius magis ſenſum quam uerba amplecti. Et Celſum de legibus. Scire leges non eſt uerba earũ tenere, ſed uim ac poteſtatẽ. Et *Paulum de fundo inſtructo, lege cum de clam. Optimũ ergo eſſe Pedius ait, non propriã uerborũ ſignificationẽ ſcrutari, ſed imprimis quid teſtator demõſtrare uoluerit, deinde in qua præſumptione ſint, qui in quaque regione commorantur. Quaſi uero hi iureconſulti latine ſcribendi elegantiã, & uerborũ proprietatẽ reſpuerint. Cum omnes illi priſci iuriſconſulti latine, eleganter, atque ornate ſcripſerint, & uerborũ proprietatem ſeruauerint, qua neglecta orationẽ ipſam penitus conturbari, & incertam, atque ambiguam, reddi optime nouerint.* H*æ autẽ leges ſanxere, ut teſtamẽta clara ſint, ut quæ in teſtamẽtis ipſis, in quibus uſu uenit aliud ſenſiſſe teſtatorem quã dixiſſe aut ſcripſiſſe uoluntas teſtatoris, & uniuſcuiuſque regionis præſumptio, id eſt conſuetudo, non uerba ponderentur. Quare leges ipſæ ſanxerunt teſtamenta claris uocabulis confici,*

ci, & a proprietate uerborum, quibus totum oratio nis corpus ueluti filis quibuſdam contexitur, receden dum non eſſe. Vnde Licinius Rufus de fideicom. liber. lege libertates, iubet ut planis, clariſque uerbis & uſitatis a latinæ linguæ auctoribus teſtamenta conficiantur, eius uerba hæc ſunt. Libertas per fideicommiſſum non tantum proprijs, ſed alienis ſeruis dari poteſt, ita tamē ut uulgaribus uerbis, & quibus euidenter uoluntas teſtatoris exprimi poſſit, uulgaribus uerbis inquit, ideſt claris latinis, quibus uulgus, ſine tamē arte grammatica, utitur, uel uulgaribus uerbis, hoc eſt ſimplici & claro ſtilo, quo clare uoluntas teſtatoris exprimatur. Non enim obſcuris, ſecretioribuſque uerbis, aut eleganti ſtylo teſtamenta confici debent. Et Marcellus de legatis tertio ait. Non aliter a ſignificatione uerborum recedi oportet, quàm cum manifeſtum eſt aliud ſenſiſſe teſtatorem. Et ſubdit, cum plerunque abuſiue loquantur, nec proprijs nominibus, ac uocabulis ſemper utantur. Et ut ad rem redeam, ciuilem ſcientiam eloquentia indigere Cicero libro primo de Inuentione ait. Et in Orat. ait. Quis unquam dubitauit, quin in rep. noſtra primas eloquētia tenuerit ſemper urbanis pacatiſque rebus, ſecundas iuris ſcientia? Cum in altera gratiæ, gloriæ, præſidij plurimum eſſet, in altera perſecutionum cautionumque præceptio. Quæ quidem ipſa auxilium ab eloquentia ſæpe peteret, ea uero repugnante uix ſuas regiones fineſque defenderet. Quare nihil habet quod

ſe ab

ſe ab ignorantia & barbarie defendant, qui latinè loquendi elegantiam atque ornatum, & eloquentiam ac uerborum proprietatem abhorrent. Iustinianus Cæſar Cod. libro primo, legum annotationes latine non barbare ſcribi iubet, ne tantis legibus auctoritas, ac maieſtas derogetur. Hi Leguleij iuris imperiti, latinæ linguæ ignari non latinè, ſed barbare ſcribunt. Vnde & barbarie ipſa, & ex magna ſua ipſorum uerboſitate Romanis legibus ex confuſione non minimum de decus attulerunt. Id quod Cæſar ipſe lege excepit. Iam uero Bartholus, Accurſius, cæterique id genus homi num in interpretatione legum latinæ linguæ ductum non intelligentes in multos errores ſunt prolapſi. Hos imitantur tabelliones & exceptores, aliјque nonnulli, qui non latine ſed barbare loquuntur. Quorum tanta eſt barbaries, & tantis uitijs ſpurciſſimus ſermo confuſus, ut nec quid loquantur intelligant, omnia inuoluunt, ac quibuſdá inextricabilibus nodis pertur bant. Et ubi legentem defecerit ſpiritus, ibi eſt diſtinctio, totum incipit, totum pendet ex altero, ut neſcias quid cui cohereat. Hi & plebeij ſcriptores ſunt latinæ linguæ corruptores, non gothi, qui eam, ut alij omnes pie ac grate receperunt & colluerunt. Quem inſanum errorem ſequuntur qui his temporibus philo ſophiam, aut alias diſciplinas attingunt. Qui dicendi artem atque ornatum habent neglectui, & clariſsimo rum auctorum ſtylum ac phraſim, quòd eos imitari non ualeant, explodunt & Romanum ius ac diuinam

philo-

philoſophiam aliaſque pulcherrimas diſciplinas deſpicatiſsimo orationis genere deformant & conſpurcant, ſuam cauſam ratione quadam friuola admodũ tuentes, quòd plus pectori, quàm linguæ tribuát, quodque egregie ſentire, quàm perpolite loqui præſtet. Mi ſocoli, qui eloquentiam omnium reginam, & omnem literarum elegantiam, atque nitorem dicendi, iuriſque decorum perosi ab omnibus doctrinis humanioribus abhorrent, & ſua barbarie contenti ſunt, ruſtici, inuenuſti, illepidi, & hircoſi. Qui, ut probe Cicero Tuſ. *primo ait, intemperanter & ocio obutuntur & literis. Qui ueluti noctuæ clare in cimmerijs tenebris cernentes fulgore latinitatis, atque eloquentiæ, atque elegantiæ præſtringuntur. Quaſi Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Iſocrates, & Xenophon clariſsimi philoſophi ſcribendi elegantiam contempſerint, & ruſtice ſcripſerint, quos Cicero in Orat. ornate ſcripſiſſe dicit. Item quaſi ille ipſe Cicero, & ueteres iure conſulti, alijque per multi & latini & græci, tum ethnici, tum eccleſiaſtici, ut Boetius omni ſcientiarũ & metri genere aprime eruditus, ut Cyprianus, ut Arnobius, ut Tertullianus, ut Lactantius, ut Ambroſius, ut* Hieronymus, *ut Auguſtinus, alijque plures eloquenter & eleganter atque ornate nõ ſcripſerint ita & græce linguæ ſacri doctores, &, ut alios reliquos faciam, Eſaiã prophetam in ſermone diſertũ & urbanæ eloquentiæ ſtudioſum fuiſſe* Hieronymus *refert. Inſana eſt horũ ratio, non modo uana fucuſque puerilis eſt. Nunc reliquum*

liquum eſt oſtendere orationes ad populum & ad milites tragœdias & comœdias, alioſque uerſus omnes latine literate, ut extant, utque ædebantur, fuiſſe recitatos; & eos populus intelligebat, ſed non omnes æque. Vanum quidem fuiſſet & ridiculum orationes & uerſus latine componi, & uulgare recitari, ut quidam parum prudenter, parumque ſcite forte putarent. Neque latini ſermonis, atque elegantiæ, atque eloquentiæ grauitas, ac carminis decus id pateretur, neque oratorum ac poetarum doctrina iudicium & ingenium dignoſceretur. Neque Senatus maieſtati conueniebat, utpote qui, ut oſtendi, iuſſit, ut omnes gentes in Senatu, & in iudicijs, & apud magiſtratus Romanos latine loquerentur. Sedenim orationes in Senatu, & in iudicijs habebantur ad Senatores & ad Iudices cauſarum, qui literati erant omnes. In concionibus autẽ nequaquã opus erat caupones, coquos, lanios, farctores, cupedinarios, cerdones, piſtores, alioſque eiuſmodi infimæ ſortis homines adeſſe, ſicut cũ ab Imperatoribus orationes ad milites habebantur minime neceſſe erat, ut lixæ, et cacolæ, & calones adeſſent, ſed ij, qui in exercitu magiſtratus aliquos gerebãt, qui & ipſi literati erant. Itaque orationes ad populum ad eos potiſſime habebãtur, qui in adminiſtratione Reip. uerſabantur, qui erant latinis literis eruditi, quorum intererat quid e Rep. decernendum eſſet. Interrerant tamen qui uolebant. Et omnes Romani, cæterique latini homines, alijque, qui latTalem uulgarem linguam calle-

callebant, eas intelligebant, at non plene, non æque ac docti. Oratores enim orationes claris & apertis uocabulis, & intelligibili ſtylo recitabant. Inde uero id ipſum quod dixerant, ornatius ac comptius literis memoriæque mandabant. Idque & apud latinos, & apud græcos factitatum eſſe exploratiſsimum eſt. Verſus etiam latine recitatos, & item alias lectos fuiſſe perſpicuum quidem eſt. Gellius enim libro decimo octauo ait. Iuliano ſocio nunciatur lectorem quendam non indoctum hominem uoce admodum canora Ennij annales legere ad populum in theatro. Verſus primus erat ex ſeptimo annali. Denique ui magna quadrupes equus atque elephanti proijciunt ſeſe. Cornelius in Dialogo de Oratoribus de Seleio Baſſo & Materno poetis loquens oſtendit poetas ſua carmina plerunque recitaſſe. Et iam oſtendimus Virgilij Eclogas in theatro fuiſſe recitatas. Nero Cæſar, ait Suet. declamauit ſæpius publice recitauit & carmina non modo domi, ſed in theatro. Et Paulo poſt. Deinde in orcheſtiam, Senatumque deſcendit, & orationis quidem carminiſque latini coronam, de qua honeſtiſſimus quiſque contenderat, ipſorum conſenſu conceſſam ſibi recepit. Latini, inquit, carminis & orationis. Edebatur etiam interim certamen latini græcique ſermonis præmio propoſito, quo iuuenes exercerentur, ut Suet. in Caligula ſcribit, ubi ſic de eo dicit. Edidit certamen græcæ, latinæque facundiæ, quo certamine ferunt uictoribus præmia uictos contuliſſe. Idque etiã in pro-

in prouincijs eſt faſtitatum, ut Lugduni Galliæ, cuius rei Iuuenalis Sat. prima meminit. Domitianus, ait idem Suet. inſtituit quinquennale certamen Capitolino Ioui, in quo certabant etiam & proſa oratione græce latineque. Apud Senecá palam eſt paſſim multos populo latine declamaſſe. Cicero uulgo uerſus latine recitatos fuiſſe, & recitatores latinam linguam aliquatenus calluiſſe oſtendit, ait enim in Parad. Hiſtrio ſi paulo ſe moueat extra numerum, aut ſi uerſus pronunciatus eſt ſyllaba una breuior, aut longior, exibilatur & exploditur. Et in Orat. In uerſum quidem theatra tota exclamant, ſi fuit una ſyllaba aut breuior, aut longior. Nec uero multitudo pedes nouit, nec ullos numeros tenet, nec illud, quod offendit, aut cur, aut in quo offendat, intelligit. Et tamen omniú longitudinum & breuitatum in ſonis, ſicut acutarum, grauiumque uocum, iudicium ipſa natura in auribus noſtris collocauit. Et Horatius epiſt. libro ſecundo multitudinem, quæ in theatro poetarum uerſus ſpectabat, interim iudicium habere ait, interdum, inquit, uulgus rectum uidet. Cum autem comœdiæ recitabantur infima plebs ad ſpectandum conueniebat, Nam fabula magno ædilium apparatu agebatur, & perſonati geſtibus & tibiarum modis prodibant è Scæna. Lege enim xij. tabularum exceptum erat, ut ludi ſcænici cantibus, fidibus & tibijs ad popularem lætitiam agerentur. Quare qui aderant ſpectatores dicebantur, ut in Plauti & Terentij prologis propalam eſt. Hic

enim,

enim, præter cætera, in Hecyra populum ſtudio ſtupidum in funabulo animum occupaſſe, & ſcænicam fortunam, hoc eſt ſcænicos ludos, dubiam eſſe dicit, quod actio, & tibiæ, & aliæ eiuſmodi ludicræ res ſpectantium fortunæ ſubiaceant; poetarum autem ſcripta non fortunæ, ſed eruditorum iudicio ſubiacent. Actores autem uerſus haud plene intelligebant, niſi prius a poeta didiciſſent, aut fortaßis literas ſciſſent, aut latini homines fuiſſent, nam latini homines uerſus plene non intelligebant, uerba tamen percipiebant. Cicero in oratore, ut ad orationes redeam, clare oſtendit id quod res eſt, orationes populares & apud græcos & apud latinos regulari grammaticoue ſermone recitatos fuiſſe. Item Seneca uulgo, ut dixi, orationes ad populum latine recitatas eſſe oſtendit. Qui præter cætera decl. libro quarto ait. Declamabat Marius admiſſo populo ex tempore ſolus omnium Romanorum, quos meo tempore cognoui, in latinam linguam tranſtulit græcam facultatem. Et Aelius Lampridius in Alex. ſeuero ait. Sed in latinis literis non multum profecit, ut ex eiuſdem orationibus apparet, quaſi in Senatu habuit, uel in concionibus, quas apud milites, uel apud populum. Et Quintilianus libro octauo de perſpicuitate orationis loquens orationes ad populum latino ſermone recitatas fuiſſe, & eas imperitos intellexiſſe his uerbis innuit. Nobis prima ſit uirtus perſpicuitatis, propria uerba, rectus ordo, non in longum dilata concluſio, nihil neque deſit,

neque

neque ſuperfluat. Ita ſermo & doctis probabilis, & planus imperitis erit. Quomodo autem uulgus rudiſque multitudo intelligit ac iudicat, inſinuat Cicero in Bruto, ubi ſic ait. Orator uulgi aſſenſu & populari approbatione iudicari ſolet. Itaque nunquam de bono oratore, aut non bono doctis hominibus cum populo diſſenſio fuit. An cenſes, dum illi uiguerunt, quos ante dixi, non eoſdem gradus oratorum uulgi iudicio, & doctorum fuiſſe? Et paulopoſt. Quid eſt, quod expectetur docti alicuius ſententia? Quod enim probat multitudo, hoc idem doctis probandum eſt. Denique hoc ſpecimen eſt popularis iudicij, in quo nunquam fuit populo cum doctis intelligentibuſque diſſenſio. Cum multi eſſent oratores in uario genere dicendi, quis unquam ex his excellere iudicatus eſt uulgi iudicio, qui non idem a doctis probaretur? Et infra. Sed ego, quae de me populi ſit opinio, neſcio, de reliquis hoc affirmo, quod qui uulgi opinione diſertiſſimi habiti ſunt, eoſdem intelligentium quoque iudicio fuiſſe probatiſſimos. Et paulo poſt. Poema enim reconditum paucorum approbatione, oratio popularis ad ſenſum uulgi debet moueri. Et infra. Hoc tantũ intereſt, quod uulgus interdũ non probandũ oratorẽ probat, ſed probat ſine comparatione, cum a mediocri, aut etiã a malo delectetur, eo eſt cõtentus, eſſe melius nõ ſentit, illud quod eſt, qualecunque eſt probat. Tenet enim aures uel mediocris orator, ſit modo aliquid in eo, nec res ulla plus apud animos hominũ, quã ordo, & ornatus orationis

ualet. Et paulopoſt. Si quereretur uter præſtaret orator, nunquam profectò ſapientis iudicium à iudicio uulgi diſcreparet. Qui præſtat igitur intelligens imperito? Magna re & difficili, ſiquidem magnum eſt ſcire quibus rebus efficiatur, amittaturue dicendo illud, quicquid eſt, quod aut effici dicendo oportet, aut amitti non oportet. Præſtat etiam illo doctus auditor indocto, quòd ſæpe cum oratores duo, aut plures populi iudicio probantur, quod dicendi genus optimum ſit intelligit, nam illud populo non probatur, nec intelligenti quidem auditori probari poteſt. Et libro tertio de Orat. Illud autē nequis admiretur quonam modo hæc uulgus imperitorum in audiendo notet, cum in omni genere, tum in hoc ipſo magna quædam eſt uis, incredibiliſque naturæ. Omnes enim tacito quodam ſenſu ſine ulla arte, aut ratione quæ ſint in artibus, ac rationibus recta, ac praua diiudicant, idque cum faciunt in picturis, & in ſignis, & in aliis operibus, ad quorum intelligentiam à natura minus habent inſtrumenti, tum multo oſtendunt magis in uerborum, numerorum, uocumque iudicio, quod ea ſunt in communibus infixa ſenſibus, neque earum rerum quenquam funditus natura uoluit eſſe expertem, itaque non ſolum uerbis arte poſitis mouentur omnes, uerum etiam numeris, ac uocibus. Quotus enim quiſque eſt, qui teneat artem numerorum ac modorum? At in his ſi paulo modo offenſum eſt, ut aut contractione breuius fieret, aut productione longius theatra tota reclamāt.

Quid

Quid hoc, non idem ſit in uocibus? ut a multitudine & populo non modo cateruæ, atque conuentus, ſed etiam ipſi ſibi ſinguli diſcrepantes eijciantur. Mirabile eſt, cum plurimum in faciendo interſit inter doctum & rudem, quàm non multum differat in iudicando. Et poſt pauca. Verum in uerſu uulgus, ſi eſt peccatum uidet, ſic ſiquid in noſtra oratione claudicat, ſentit. Sed poetæ non ignoſcit, nobis concedit, tacite tamen omnes non eſſe illud, quod diximus, aptum perfectumque cernunt. Ibidem non modo uulgus, ſed nec leuiter eruditos uerum iudicium habere poſſe dicit ait enim. Sed quoniam oppreſſi iam ſumus opinionibus non modo uulgi, uerum etiam leuiter eruditorum, qui quæ complecti tota nequeant, hæc facilius diuulſa, & quaſi diſcerpta contrectant, & qui tanquam ab animo corpus, ſic á ſententijs uerba ſeiungunt, quorum ſine interitu fieri neutrum poteſt. Ibidem. Vulgò de oratoribus ab imperitis dici ſolet, bonis hic uerbis, aut aliquis non bonis utitur, non arte aliqua perpenditur, ſed quodam quaſi naturali ſenſu iudicatur. Et rurſus. Vulgus quid abſit a perfecto non ferè intelligit, quatenus autem intelligit, nihil putat prætermiſſum. Et in Orat. Conciones ſæpe exclamare uidi, cum apte uerba cecidiſſent, id etenim expectant aures ut ex uerbis colligetur ſententia. Et rurſus de uerſus inuentione ait. Verſus non ratione eſt cognitus, ſed natura, atque ſenſu, quem dimenſa ratio docuit, quid acciderit, ita notatio naturæ, & animaduerſio peperit

 artem.

artem. Tum quidē maxime rudes latini homines orationes intelligebāt quod orationes omnes & præſertim populares, & militares, tragœdiæ & comœdiæ & apud græcos & apud latinos, ut dixi, clariſſimæ erāt, nam uerbys proprijs, planis, quotidianis uſitatis arte grammatica & oratoria, uerſus uero uel metrica ratione adhibita, & ordine recto conficiebantur. Peregrina uero uerba, & obſoleta, & obſcura ac recondita uitabantur & fugiebantur. Idque fieri omnes præceperunt. Vnde Ariſtoteles in Poetica ait. Ex linguarum uarietate barbariſmus fit. Et Rhet. *libro tertio. Initium elocutionis eſt græce loqui, ideſt proprijs græciæ, hoc eſt Atticæ uocabulis, non peregrinis uti, ita apud latinos latij tantum uocabulis. Et ibidem. Orationem perſpicuam, & claram eſſe oportet. Et rurſus. A nitido ſermone uerbum obſcurum, & ſordidū diſcordat. Quare qui laborat hoc uitio non orator ſed planè comicus eſt habendus. Et rurſus. Illa uocabula, quæ intelligentiam nobis facilem pariunt, iucundiſſime audiuntur. Et Cicero in Orat. de uerſu loquēs ait. Ariſtoteles iudicat iambum numerum nimis e uulgari eſſe ſermone. Ibidem. Apud comicos, niſi quòd uerſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Et rurſus. Nec numeroſa eſſe, ut poema neque extra numerum, ut ſermo uulgi, debet Oratio. Ibidem. Ennius non diſcedit a communi more uerborum. Item* Plato *in Gorgia. Poeſis tragœdorum ſine concentu & numeris popularis quædam oratio eſt.*

Cicero

Cicero paſſim præſertim in libris de Orat. præcipit, ut oratores & poetæ aliique ſcriptores latine loquãtur, & pure, plane, dilucide, & ornate, quæ ſunt, inquit, ornaméta orationis, utque uſitatis uocabulis, non reconditis, nõ peregrinis, ſed proprijs ideſt latinis, non obſoletis, niſi parce, utamur, ait enim lib. primo de Orat. In orationis ornamẽtis præcipitur primum, ut pure, ut latine loquamur, deinde plane, & dilucide, tum ornate. Et libro tertio. Quinam igitur dicendi eſt modus melior? quàm ut latine, ut plane, & ornate dicamus. Ibidem. *Neque tamen erit utendum uerbis ijs, quibus iam conſuetudo noſtra non utitur, niſi quã do ornandi cauſa parce quod oſtendam, ſed uſitatis, ita poterit uti lectiſſimis, ut utatur ijs, qui in ueteribus erit ſcriptis ſtudioſe & multum uſitatis. Rurſum. In uerborum genere propriorum delectus eſt habendus quidam, atque is aurium quodam iudicio ponderandus, in quo conſuetudo bene loquendi ualet plurimum.* Ibidem. *Orator abiecta, & obſoleta fugiat. Et rurſus. Ea quæ dicamus, intelligantur, latine ſcilicet dicendo, uerbis uſitatis, ac proprie demoſtrantibus ea, quæ ſignificari ac declarari uolumus, ſine ambiguo uerbo, ac ſermone. Et in Orat. Narrationes credibiles neque hiſtorico, ſed prope quotidiano ſermone dilucide. Irridetur Siſenna in Bruto a C. Roſcio, quòd inuſitatis uerbis uteretur, & ſi emendator ſermonis uſitati eſſe uellet. Et rurſum. Cæſar in maximis occupationibus de ratione latine loquendi accuratiſſime ſcripſit, primoque libro dixit uerborum delectũ originem eſſe elo*

quentiæ. Et Quintilianus libro octauo. Erit autem narratio aperta, atque dilucida ſi fuerit primum expoſita uerbis proprijs, & ſignificantibus, & non ſordidis quidem, non tamen exquiſitis, & ab uſu remotis. Et rurſum. At obſcuritas fit etiam uerbis ab uſu remotis, ut ſi commentarios quis pontificum, & uetuſtiſſima fœdera, & exoletos ſcrutatus auctores, id ipſum petat ex eis, ut quæ inde contraxerit, non intelligantur. Et Gellius libro undecimo. Verbis uti, aut nimis obſoletis, & exculcatis, aut inſolentibus, nouitatiſque duræ, & illepidæ par eſſe delictum uidetur. Sed moleſtius culpatiuſque eſſe arbitror uerba noua incognita, inaudita dicere, quàm inculcata, & ſordentia. Noua autem uideri dico etiam ea, quæ ſunt inuſitata & deſita, tametſi ſint uetuſta. Auguſtus, ait idem libro decimo, memoriarum ueterum exequentiſſimus linguæ latinæ nõ neſcius, munditiarum patris ſui in ſermonibus ſectator fuit. Item Suet. Octauius inquit Cæſar arguebat eos, qui reconditis uerbis uterentur. Ipſe genus loquendi executus eſt elegans & temperatum uitatis ſententiarum ineptiis, atque concinnitate, & reconditorum uerborum, ut ipſe dicit, fœtoribus, præcipuamque curam duxit ſenſum animi quàm apertiſſime exprimere, quod quo facilius efficeret, aut necubi lectorem uel auditorem obturbaret, ac moraretur, nec præpoſitiones uerbis addere, neque cõiunctiones ſæpius iterare dubitauit, quæ detractæ afferunt aliquid obſcuritatis, & ſi gratiam augent. Ca-

cozelos & antiquarios ut diuerſo genere uitioſos pari faſtidio ſpreuit. Neque Tiberio parcit, & exoletas interdum, & reconditas uoces aucupanti. Marcum quidem Antonium ut inſanum increpat, quaſi ea ſcribentem, quæ mirentur potius homines, quam intelligant. Sed opus eſt *inquit, dare te operam, ne moleſte ſcribas, aut loquaris. Tiberius, ait Dion libro quinquageſimoſeptimo, magna diligentia utebatur, ut eleganter latine loqueretur.* Atque *uſque adeo diligens fuit, ut cum aliquando in quadam ſua ſchedula ut dixi, uerbo quodam, quod latinum non erat, uſum ſe eſſe aduertiſſet, omnes urbis grammaticos acciuit, quos hac de re conſuleret.* Rurſum *cum tragœdiæ & comœdiæ recitabantur, imperitorum turba ad ludos tantum ſcænicos ſpectandos conueniebat. Nam fabulæ ingenti ædilium apparatu agebantur, actores perſonati, & geſtibus, & tibiarum modis, quibus turba detinebatur, prodibant e ſcæna. Riſus autem non ex uerbis modo, ſed ex geſtibus etiam & actionibus captatur, licet uerba non percipiantur. Nam Plautus quædam græca, nonnulla etiam punica uerba ſuis comœdijs inſeruit, quæ pauci intelligere poterāt. Vnde qui præſentes aderant ſpectatores potius, quàm auditores dicebantur, ut in Plauto & Terentio licet intueri, quamuis in comœdia etiam nonnihil facetiarum ſit. Et Horatius Romam poetas in theatro ſpectare dicit. Hiſtriones* Tuſci, *ut oſtendam, a Romanis acciti, ut populus poſt peſtem animos ludis relaxaret, non uer-*

bis uocibuſque, nam quod barbari eſſent, a Romanis intelligi non poterant, ſed geſtibus riſum populo excitabant. Et Cæſar, ait Suet. ludos edidit regionatim urbe tota per omnium linguarum hiſtriones. Et Auguſtus, ait idem, ludos edidit nonnunquam uicatim, ac pluribus ſcenis per omnium linguarum hiſtriones. Qui geſtibus populum ad riſum prouocabant. Cicero item libro tertio de Orat. Corporis geſtibus auditores commoueri luculenter inſinuat. Ait quidem. Atque in iis omnibus, quæ ſunt actionis, ineſt quædam uis a natura data. Quare & hac imperiti, hac uulgus, hac denique barbari commouentur. Verba enim neminem mouent, niſi eum, qui eiuſdem linguæ ſocietate coniunctus eſt. Sententiæque ſæpe acutæ non acutorum hominum ſenſus prætereuolant, actio, quæ præ ſe motum animi fert, omnes mouet. Iiſdem enim omnium animi motibus concitantur, & eoſdem iiſdem notis, & aliis agnoſcunt, & in ſe ipſi iudicant. Et non in urbe modo, ſed extra latium quoque in aliis Italiæ oppidis, necnon extra Italiam in prouinciis apud ſocios orationes latine habebantur, ut Cicero in Bruto ſcribit. Et T. Betutius Barrus Aſculanus orationes aliquot Aſculi habuit. Imo uero, ut oſtendi, non ſolum antequam Gothi in Italiã hoſtilibus armis ſunt ingreſſi, ſed poſt etiam uel ab hinc ducentos circiter annos homiliæ & ſermones a ſanctis patribus in templis in urbe, & in reliqua Italia, & in prouinciis latino ſermone habiti ſunt, ſicut apud Græcos græ-

ce literatę. Proinde hactenus ſatis abunde ac plane oſtendiſſe mihi uideor, orationes uerſuſque omnes latine, ut edebbantur, utque extant, fuiſſe recitatos. Nunc operæpretium eſt oſtẽdere quam pernicioſa res ſit latinos græcoſque libros, quos doctiſſimi auctores magnis laboribus aſſiduiſque ſtudijs ediderunt tum maxime ſacros libros in uulgarem, & in barbaras linguas exprimi. Et liberales artes ingenuaſque diſciplinas, atque eam ipſam diuinam ſcripturam cum uulgo inerti & ignauo communicari. Cæterum ut hi plebeij doctores auari, ac lucriones, qui cum neſciant quid diſtent æra lupinis, inanem uulgi auram uenantes, eiuſmodi libros in plebeium ſermonẽ exprimunt, & ingenuas diſciplinas diuinaſque literas quæſtui habẽtes cũ uulgo ipſo communicãt, & cibum, ut aiunt, in matellam immittunt, planius intelligant quo in errore uerſentur, quantaque multa digni ſint, & adoleſcentes uulgi uitam effugiant, quæ tam ſit uulgi uita prius oſtendendum eſt. Equidem eius ingenij eſt uulgus, ut raro, aut nunquam ferè cedat rationi, cum eam minime cognoſcat, ac ſemper uictor uideri contendit. Et ubi ei ueritas & ratio deſunt, earum loco ſubeunt clamor, conuicium, & irriſio, quibus ſe plurimum uincere poſſe confidit. Nam cum cæcus ſit, & indoctus, temerarius & inſolens non exultat modo, ſed inſultat etiam. Nihil enim, ait Cyprianus, impudentius eſt uulgi ac plebis arrogantia, qui garrulitatem, auctoritatẽ putat. Nam ex ignorantia peſtẽ ſu

per-

perbiæ atque auaritiæ contraxerunt, & ueritatem ua rijs ſermonibus diſſipatam corrumpere ſolent, cuius perſuaſionibus inhærentes libenter erratis ſtultitiæque ſuæ fauent. Pompis item, ait Lactantius, inanibus gaudet, animiſque puerilibus ſpectat omnia, oblecta tur friuolis. Quod uulgus Hippodamus appellat audax, & præceps: Cleantus, amens, Virgilius, ignobile, miſerabile, fallax, incautum, inerme, ſtolidū, & incertum. Cicero, uanum & imperitum Horatius malignum, infidum, profanum, & turbam uentoſam. Ouidius, rude inane, indoctum, leue, mobile, attonitum, inerme, & expers artis. Propertius, indoctum, Cornelius Tacitus, mobile, inſultans, ignauum imperitum, ſtolidum, credulum, præceps, auidum, ſocors, mutabile, cupiens uoluptatum, ad deteriora promptum, ſine falſi uerique diſcrimine, adulationes edoctum. Ammianus, ad dementiam ſuapte natura procliue. Apuleius, imperitum, ignobile, & indoctum. Columella, imperitum. Seneca poeta, attonitum, mobile, præceps, infidum, audax, exangue, uile, leue, & rude. Plinius, ſordidum, humile, ignorans, & imperitum. Plinius Cæcilius, attonitum. Lucanus, iners, & ſegne. Claudianus, iners, & mobile. Statius, mobile, inane, anceps, & plebem ocioſam. Dionyſius Areopagita, profanum. Clemens Alexandrinus, ſurdum, & cæcum. Tertullianus, Cæcum, & indoctum. Cyprianus, ſtultum, prodigum, & cænoſam cloacam. Gregorius Nazianzenus,

nus, ſeditioſum, inſanum, ignauum, imperitum, indocile, & rationis expers. Arnobius, ſuperſtitioſum, imperitum, & indomitum. Hieronymus, indoctum, mobile, mutabile, ſeditioſum, uile, rude, & imperitum. Auguſtinus imperitum. Cuius uerba Cicero ſibilos nuncupat. Iuuenalis murmura. Horatius ipſum *inſanire docet. Qui libro ij. Car. gloriatur, quòd græcæ diſciplinæ ſciētia uere ſibi uulgus malignū ſpernere dederint. Et libro tertio ait. Odi profanum uulgus, & arceo. Et epiſt. primo. Non ego uentoſæ plebis ſuffragia uenor. Et Ouidius Amorum libro primo ait. Vilia miratur uulgus. Et Faſtorum libro ſexto dea monet poetam ne uulgi errore trahatur. Cicero libro tertio de* Fin. *Laudat Catonem, qui inanem uulgi reprehenſionem non reformidabat. Et libro ſecundo de leg. ait. Opinionibus uulgi trahimur in errorem, nec ueracernimus. Et libro tertio ſub Attici perſona. Mihi uero nihil unquam populare placuit. Et pro Plancio. Non eſt conſilium in uulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia. Et pro Murena. Nihil eſt incertius uulgo. Et pro Q.* Roſcio. *Sic eſt uulgus ex ueritate pauca, ex opinione multa æſtimat. Et Offi. primo. Qui ex errore imperitæ multitudinis pendet, hic in magnis uiris non eſt habendus. Et lib. primo de Nat. Deorum. Vulgi opiniones in maxima inconſtantia, & ueritatis ignoratione uerſantur. Et in Parad. Plus apud me ualebit uera ratio, quàm uulgi opinio. Et de ſomno Scip. Alte ſpecta ſi uoles,*

nec

nec ſermonibus uulgi dederis te. Et libro primo Offi. Opifices omnes in ſordida arte uerſantur. Nec uero quicquam ingenuum poteſt habere officina. Minimeque artes probandæ, quæ miniſtræ ſunt uoluptatum Cetarij, lanij coqui, fartores, piſcatores, ut ait Terentius, adde his, ſi placet, unguentarios, ſaltatores, totumque ludum talarium. Et libro tertio de Orat. Vt ſuperius oſtendi, ſub L. Craßi perſona dolet ſe uulgi opinionibus eſſe oppreſſum, quod omnia complecti nequeat. Multo quidem plus doleret nunc ſi uiueret, & ſua ſcripta a temerarijs & auaris uulgi iudicio expoſita uideret. Opinari profecto cuique docto ac prudenti uiro licet, quod & ipſe Cicero, & alij omnes docti ac ſapientes uiri, quorum labores blenno & fatuo, ac uano & rudi uulgo ſunt expoſiti, cuius iudicium ſemper formidarunt & cauerunt, ſi ab inferis excitarentur, clamores ad ſidera emitentes hos temerarios & auaros, qui aliorum laboribus quæſtum faciunt, probris flagriſque afficerent innumeris, ac morditus peterent, ab Italiaque ultra montes ablegarent. Seneca perſæpe monet Lucilium, ut uulgi uitam, & ea, quæ uulgo placent, uitet. Qui Epiſt. libro primo ait. Id agamus, ut meliorē uitam ſequamur, quam uulgus. Et rurſus. Clamo uitare quæcunque uulgo placent. Et libro ſecundo. Non eſt noſtræ profeſſionis uulgi fauores appetere; quia quæ quis fugit, damnat, circumſpiciendū nobis eſt ergo quomodo a uulgo tuti eſſe poſſimus. Et libro nono. Indue magni uiri animum, & ab opinionibus uulgi ſecede. Pauliſper cape quantū

debes uirtutis pulcherrimæ, ac magnificētiſſimæ ſpeciē, quæ nobis nō ſertis, ſed ſudore & ſanguine colēda eſt. Et lib. undecimo. Nemo gratus eſſe poteſt, niſi contem pſerit iſta, propter quæ uulgus inſanit. Et lib. primo de uita beata. Argumentū peſſimi turba eſt, quæramus quod optime factū ſit, non quod uſitatiſſimū, & quod nos in poſſeſſione felicitatis æternæ cōſtituat, nō quid uulgo ueritatis peſſimo interpreti probatū ſit. Vulgus autē tam chlamidatos, quā coronatos uoco. Et rurſum, Omnia uulgi uitia nō inuiſa nobis, ſed ridicula uideantur. Democritū imitemur, qui quoties in publicū proceſſerat, ridebat. Et Clemens Alex. Vulgus cū ſit ſurdum & cæcum delectatur iis, quæ ſunt ei ſimilia, non enim ueritatē applectitur, nam ea eſt auſtera, grauis, & ſeuera. Et Cleanthus ſtoicus apud Clementē ipſum ſtromate quinto.

Ne ſpectes famam, dum uis ſophos eſſe repente
Terreat amentis nec te ſententia uulgi,
Iudicium ſapiens & iuſtum non habet ullum
Vulgus, & in paucis uix hoc reperire licebit.

Et Eurip. Iners ego ſum meos in uulgus uerſus dare. Et Comicus. Pulchra in tumultu iudicare non decet. Et Plato in Aſſaxtoclo. Populus eſt ingratus, moroſus, crudelis, inuidus, ut qui ſit excolluuie turbæ et ſtultis inſolētibus collectus, huic autē qui aſſentatur multo tempore miſerior eſt. Et in Hippia. Vulgus uerum minime cognoſcit. Et rurſum. Ego uero non quærebam quod uulgo pulchrum uidetur, ſed quod pulchrum ipſum eſt. Et in Phedro corripitur a Socra-

te orator boni maliquè ignarus, qui uulgi opiniones aucupatus mala facere pro bonis inducit. Et rurſum. Siquidem ignorare quid uerum ſit, quid falſum, de iuſtis & iniuſtis, de bonis, & malis, etiam ſi uulgus uniuerſum laudauerit, fieri nunquam poteſt quin ſit reuera turpiſſimum. Et in Apologia. Sed neglexerim quæcunque multi facit uulgus, quæſtum, rem familiarem, præfecturas, conciones, cæteroſque magiſtratus. Præterea uitauerim coniurationes, atque ſeditiones, quæ in Rep. contingerunt. Arbitratus me ipſum reuera ad æquiora officia natū, quàm ab his ſalutem meam pendere exiſtimarem. Et libro octauo de Rep. An non hæc in ciuitate hac uides, hic cupiditates uulgi uiliumque perſonarum ſuperatas a cupiditatibus, & temperantia paucorum modeſtorum hominum? Et libro nono Socrates omnino uulgi uitam quaſi quodam oraculo pandens ait. Homines igitur prudentiæ uirtutiſque expertes, & epulis, rebuſque ſimilibus mancipati deorſum feruntur. Rurſumque ad medium uſque perueniunt, & circa hæc per omnem uitam oberrant. Super hæc uero emergunt nunquam, & quod uere ſummum bonum eſt, nequaquam ſuſpiciunt, neque ad ſuperna euehuntur, neque ulla re quandoque fruuntur, neque ſtabilem, puramque guſtant uoluptatem, ſed ueluti pecora humum proni ſpectant, uentrique obedientes paſcendo, coeundoque ætatem conterunt. Proque his rebus uberius potiundis calcibus inter ſe, & cornibus ferreis,

ungui-

unguibuſque decertant, ſeſe inuicem ob inexpiabilem libidinem trucidantes, utpotè, qui neque ueram, & firmam ſui partem ueris pabulis implent. Et libro ſexto Vulgus ipſum uaſto & robuſto bruto animali comparat, negatque omnino liberales artes cũuulgo ipſo cõmunicãdas eſſe, ubi ſic ait. An differre tibi ab hoc ille uidetur, quòd multorum uariorumque hominum in unum conuènientium, iram, uoluptates callere, ſapientiam ducit. Siue in pictura, ſiue in muſica, ſiue in adminiſtrandæ Reip. *diſciplina? Patet enim quòd ſiquis cum his uerſetur, eiſque oſtendat uel poeſis, uel alterius artis opus, uel ad Remp. attinens miniſterium, exhibeatque uulgo iudicandi operis auctoritatem ultra neceſſaria, diomedea, ut aiunt, neceſſitate cogetur ea facere, quæ iſti probauerint. Non poteſt uulgus uel alio dicente admittere, uel ex ſe attingere ipſum per ſe pulchrum, philoſophus enim uulgus eſſe non poteſt. Et in Alcibiade multis rationibus probat uulgus neminem ad aliquid erudire poſſe, niſi tantum ad natiuam uulgarem linguam, & ad talarem ludũ. Vt Alcibiades ipſe, qui ſe græce uulgare loqui a uulgo didiciſſe refert. Omnes enim, inquit, quid ſit lignum, & quid ſit panis intelligunt. Et in Alcibiade ſecundo poeſim uulgo peruiam non eſſe debere ait. Eſt enim, inquit ipſa natura uniuerſa poeſis ænigmatum plena, nec quis eam dignoſcit. Et Socrates in Theæteto ait. Protagoras egregie ſapiens quædam plebeijs iſtis per inuolucrum quoddam dixit, nobis autem diſcipulis*

ſcipulis in adytis ueritatem explicauit. Et lib. ſecundo de Rep. Dei arcana diuulgari impium & profanũ eſſe cenſet. Atque Heſiodum acerrime increpat quod diuina quædam cum uulgo communicauerit, ait enim. Primum quidem, & maximum, & de maximis rebus mendatium, quod non probe mentitus eſt Heſiodus, quando geſta a Cœlio fingit, additque quemadmodum Saturnus eum puniuit, quæue egit Saturnus recenſet, & quæ a filio perpeſſus eſt. Quæ quidem & ſi uera eſſent, non tamen putarem tam aperte ad homines mentis inopes, adoleſcenteſque proferenda, ſed tacenda potius. Sin autem neceſſitas eſſet loquendi in arcanis audienda paucis non porcum ſacrificantibus, ſed pretioſam quandam raramque uictimam, ut quam pauciſſimos audire contingat. Et in Sophiſta. Vulgarium animarum oculi diuinitatis radios ſuſtinere non poſſunt. Quod ſi Plato falſorum Deorum fabuloſa arcana rudi & imperito uulgo manifeſtanda non eſſe cenſet, ſed paucis, & iis probris, & eruditis, ac ſapientibus, quanto magis ueri ac ſummi Dei myſteria uulgus ipſum ſtolidum & bucconem celanda ſunt? Et non ſolum deorum arcana uulgo aperienda non eſſe uult Plato, ſed nec etiam, ut oſtendi, liberales artes, ingenuaſque diſciplinas. Quas animos prauis moribus affectos aſſequi non poſſe ſentit in ſophiſta, niſi prius purgati fuerint, & puri euaſerint. Et quidem iure, nam ut probe Horatius ait, ſincerũ eſt niſi uas quod cunque infundis acceſſit. Pythagorici, ait Stobæus

nil

nil reſpondebant de rebus diuinis quoquomodo interrogabantur. Pythagoras ſectatores ſuos prohibuit ſequi, uulgi ſententiã, quæ caret ſtudio, & nõ eſt ſine cõtrouerſia. Hypparchus Pythagoreus, ait Clemẽs Alex. *accuſatus quòd aperte ſcripſiſſet ſecreta Pythagoræ expulſus fuit è ſchola, et propter ipsũ tanquã propter mortuũ facta eſt columna. Demũ & Pythagoras, & Plato, & Epicurei, & Stoici, & Ariſtotelei, item poetæ multa habebant, quæ non omnibus obuia erant. Sed & ipſi, & barbari ſuas doctrinas ſuaque myſteria, ac dogmata texere, atque obſcurauere aut fabulis, aut tegmine aliquo, ne manifeſta eſſent omnibus. Gallorum Druides, ait Cæſar belli Gallici libro ſexto, ea quæ in diſciplina ſua continebantur, neque fas eſſe exiſtimabant literis mandare, cum & in reliquis ferè rebus publicis, priuatiſque rationibus græcis literis uterentur, ne in uulgum diſciplina efferretur.* In *qua nonnulli annos uicenos permanebant. Aegyptij, ait* Herodotus *in Euterpe, & Diodorus Siculus libro ſecundo & quarto, literis bifarijs utuntur, quarum unas ſacras uocant ſolis ſacerdotibus notas a parentibus eorũ priuatim acceptas, populares alteras, quas uulgo diſcunt. Tarquinius priſcus, ait Val. Max. lib. iij. Tulliũ duũ uirũ quod librũ ſecreta ciuiliũ ſacrorũ continentẽ ſuæ cuſtodiæ cõmiſſum corruptus Petronio Sabino deſcribendũ dediſſet, culleo inſutũ in mare abijci iuſſit. Petilius prætor, ait Liuius lib. xl. & Plinius, & Plutarchus in Numa, cum legiſſet libros Numæ,*

qui in arca eius inuenti ſunt, retulit ad Senatum non u deri ſibi neque fas, neque pium, ut quæ in libris ſcripta eſſent audirentur a multiudine, proindeque libros illos in comitium igni tradidit. Id etiam Val. Max. libro primo ſcribit. Qui ait. Septem libri græci Numæ de diſciplina ſapientiæ, quia aliqua ex parte ad ſoluendam religionem pertinere exiſtimabantur, ex auctoritate Senatus a Petilio prætore in conſpectu populi cremati ſunt, ne animi hominum a deorum cultura auocarentur. Cumeæ Sybillæ libri, ait Lactantius in libro de falſa religione, a Romanis occultabantur, neque eos ab ullo, niſi a quindecim uiris inſpici fas erat. Quod ipſum etiam Dionyſins Halicar. lib. quarto, & Gellius libro primo ſcribunt. Iuris pontificij ſcientia, ſacra, & cerimoniæ Romanorum abſconditæ erant, & interiora ad pontifices tantum attinentia, alios ea ſcire nefas erat, ut Cicero in oratione ad pōtifices pro domo ſua prodit. Vbi ſic ait. Quid eſt enim tam curioſum, quam ea ſcire uellè, de quibus maiores noſtri uos ſolos & conſuli, & ſcire uoluerunt? Auguſtus, ait Dion lib. quinquageſimo quarto, iuſſit ut ſacerdotes ſuis manibus libros Sybillinos, qui ue tuſtate ferè conſumpti erant, ſcriberent, nequis alius eos legeret. Cereris ſacra, ac myſteria, ait Herodotus libro ſecundo, & Diodorus ſiculus libro ſexto, item Iuſtinus, nulla magis re, quàm ſilentio ſacrata erant, quæ in arcanis ſeruabantur ſolis initiatis nota. Et Ouidius librō ſecundo de arte amandi profanum appellat

eum,

eum, qui Cereris & Iunonis ſacra diuulgat. Quòd ſi Druidum, Aegyptiorum, Sybillæ, Pythagoræ, aliorumque mundanas diſciplinas, & falſorum deorum myſteria ac ſacra blenno, rudi & imperito uulgo obuia non eſſe cenſuerunt ethnici idolorum cultores, quid de ueri Dei occultis myſterijs dicendum eſt? Alexander ſeuerus Imperator, *ait Lampridius, iuſſit, quemadmodum in Eleuſinis ſacris dicitur, ut nemo ingrediatur, niſi qui ſe innocentem nouit. Quod igitur ethnicus princeps fecit de Cereris ſacris, non faciet Chriſtianus antiſtes, item Chriſtianus imperator de diuina ſcriptura? Non prohibebit, ne in popularem ſermonē exprimatur? Theod. & ualeant. Imperatores, ut libro quinto Cod. liquet, uerba latina legitima uocant, quòd Romanas ſanctiones, ac teſtamenta, & huiuſmodi nulla alia lingua, quàm latina ſcribi liceat, excepta græca, quæ in huiuſmodi uti legitima habetur. Iuſtinianus Cæſar, ut in Aut. Col V. & Dig. lib. quartodecimo patet, præcipit, ut geſta omnia & acta etiā publica, uel in iudicijs, latine ſcribantur. Similiter & ſententias aut latina aut græca tantum lingua a iudicibus proferri. Et libro quadrageſimo ſecundo, decreta a prætoribus latine interpretari. Qui, ut libro ſeptimo Cod. ſcriptum eſt, Romanas leges utraque lingua ſcribi uoluit, Græca propter multitudinis frequētiam, & latina ob Reip. figuram. Siquidem Reſp. latina* Rom*anaque eſt. Quique Aut Col. tertia, & libro primo Cod. præcipit nequis leges ipſas interpre-*

tetur niſi uerbis latinis, aut græcis, ait enim Sancimus, ut nemo neque eorum, qui in præſentia iuris peritiam habent, neque qui poſtea fuerint, audeant commentarios his legibus annectere, niſi tantum ſi uelit eas in græcam uocem transferre ſub eodem ordine, eadẽ conſequentia ſub qua uoce Romana poſitæ ſunt, quod græci κατὰπόδα dicunt. Vel ſiquid forſitan per titulorum ſubtilitatem adnotare maluerit, & ea quæ παράτιτλα nuncupantur. Alias autem legum interpretationes, imo magis peruerſiones eos tractare non cõcedimus, ne uerboſitas eorum aliquid legibus noſtris afferat ex confuſione dedecus. Quod in antiquis edicti perpetui commentaribus factum eſt, qui opus moderate confectum, huc atque illuc indiuerſas ſententias perducentes, in infinitum diſtraxerunt, ut pene omnem Romanam ſenctionem eſſe confuſam cerneres. Quod ſi non paßi ſumus, quẽadmodũ poſteritatis admittatur uana diſcordia? Idipſum præcipit lege præcedente. Hic ſi a mortuis reſurgat tot garrulos & nebulones barbaroſq. ſcriptores iuris ĩperitos moueret loco, eorumq. ſcripta igni traderet. Et rurſum Cod. lib. VI. ſancimus fideiuſſoris dationẽ interpretandã nõ eſſe, niſi hoc ſpecialiter in græcis, uel in latinis uerbis ſcriptũ fuerit. Quòd ſi Romanus Imperator tanto ſtudio Romanis legibus prouidit, ne in uulgi ſermonem, neue in barbaras linguas transferantur, neue earum interpretationes, & annotationes niſi latine ſcribantur, ne leges ipſæ deprauentur, neue eis auctoritas, ac ma-

maieſtas derogetur. Quanto id magis agere decet Romanũ Pont. æterna ſancione, id quod ali às factitatum eſt, de diuina ſcriptura? Quã ignorãtiſsimi, uiliſsimi, ac perditiſsimi quique, quorũ Deus uẽter eſt, & auaritiæ ac quæſtui ſunt intenti, attrectare præſumunt, ac puncto tẽporis doctores eſſe, uiderique uolunt. Eamque ſua auctoritate, uerius temeritate lucri ac quæſtus gratia in plebeium ſermonẽ uertentes uano rudi & imperito uulgo proſtrant. Quos ſpiritus ſanctus increpans ait. Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meũ per os tuum? Apud quos nullũ diſcrimen eſt inter docere, & doceri. Cum Deus gratiarũ dona diſtribuens, nõ omnes, ſed quoſdã, ait Paulus, poſuerit in eccleſia doctores. Eos *autẽ, qui temere doctores eſſe uolunt, increpat Paulus. Qui enumeratis ſpiritualibus gratijs repetit, ac dicit, nunquid omnes Apoſtoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes doctores? Et rurſus hos a charitate & fide aberrantes conuerſos eſſe ait, in uaniloquium, uolentes eſſe legis doctores, non intelligẽtes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Vtique niſi inquit Eſaias, credideritis, non intelligetis. Porrò magna ſacræ ſcripturæ pars ænigmatica eſt, & parabolica, & præſertim cãtica* Salom. *& prophetæ, ne ſacramẽta diuinaq. myſteria oĩbus peruia eſſent. Vnde Paulus ait, uelamẽ poſitũ eſt in lectione ueteris teſtamẽti, & litera occidit, ſpiritus autẽ uiuificat. Et euãgeliũ his, qui pereunt, eſt opertũ. Et aĩalis hõ nõ percipit quæ ſunt ſpiritus Dei.* Et *Salomon.* In *maleuolam*

lam animam non introibit ſapientia, neque habitabit in corpore ſubito peccatis. Quare eo ſpiritu ſcilicet ſancto intelligenda eſt diuina ſcriptura, quo tradita eſt & ſcripta. In qua uel Syllabæ ſedulo ſunt ponderandæ, nam, ait dominus, non præteribit a lege iota unum, aut unus apex donec omnia fiant. Eunuchus, ut in act. Apoſt legitur, licet magna religione Eſaiam legeret, tamen ſe illum non intelligere humiliter eſt confeſſus, Philippumque rogauit, ut illum ſibi interpretaretur. Proinde diuinæ ſcripturæ intelligendæ difficultas ex myſtica & occulta eius intelligentia eſt, nam, ut gnare Hilarius ait, ſenſus non ſermo eſt crimen. Et multi latinis iuxta ac græcis literis doctiſſime eruditi inuarios magnoſque errores dilapſi ſunt, & inhæreſes declinarunt, Auguſtinus autem libro ſecundo de doctrina Chriſtiana diuinam ſcripturam abſque trium principalium linguarum ſcientia intelligi non poſſe ſcribit, ait enim. Latinæ quidem linguæ homines, quos nunc inſtituendos ſuſcepimus, & duabus alijs ad ſcripturarum diuinarum cognitionem habent opus hebræa ſcilicet & græca. Scripturæ ergo intelligendæ difficultas etiam ex inſcitia linguarum eſt, artiſque grammaticæ. Nam plerique quòd ad explicationem proprij ſermonis copiam innumerato non habuerint, in multa grauia errata inciderunt. Apoſtolici uiri, ait Philo apud Euſebium Eccle hiſt. libro ſecundo, diuinam ſcripturam animali, quod ex anima & corpore conſtat, ſimilem eſſe cenſebant, litera

tèra eſt corpus, ſenſus ſpiritualis eſt anima. Moyſes populum legem, hoc eſt præcepta moralia docebat, nõ myſteria. Liber autẽ legis in arca fœderis ipſius Moyſi iuſſu, ut in Deut. ſcribitur, aſſeruabatur, ac ſeptimo quoque anno populo a ſacerdotibus legebatur, qui unà cum leuitis, ut in Neem legitur, eam populo interpretabantur. Et in Deut. Moyſes ipſe plebem ad ſacerdotes ac doctores, quos ait Hilarius, in omni ſynagoga ſeptuaginta conſtituit, mittit, ut de dubijs querant. Et Ioſaphat rex, ut lib. ſecundo Paral. ſcribitur, ſacerdotes quoſdam & leuitas miſit habentes librum legis domini, ut docerent populum in Iuda atque erudirent. Item Malachias propheta ait. Labia ſacerdotis cuſtodient ſapientiam, & legem requirent de ore eius. Et Eſdras licet diſtincte & aperte librum legis coram populo legeret, eam tamen illi interpretabantur ſacerdotes. Quos Chriſtus in Euangelio clauem legis dei habere dicit. Et quidẽ uetuſtiſſimi ſacerdotes Hebræi lata lege lectionem ueteris teſtamenti non omnibus communicandam & profanandam cenſentes ſolis ſacerdotibus & Liuitis eam attrectari uoluerunt habita ætatis, & iudicij, ac uitæ ratione. Nam nonniſi quintum & uigeſimum, ſiue, ut alij trigeſimũ annum agentibus eam attreſtandam ſinerunt. Idque multi è noſtris literis mandarunt, ut Orig. in Cant. Sal. & Baſilius in libro de Spiritu ſanto, & Gregor. Naianz. in Apol. Et Hiero. in præfatione in Ezec. In hunc modum, ait Baſilius, Apoſtoli & patres in

primordijs eccleſiæ certos ritus præſcripſerunt. Et Greg. Naz. in oratione de modeſtia ſeruanda in diſceptationibus, præter cætera, monet, ut apud nos lex feratur ſicut apud hebræos ne cuncti ſacros libros legant. Iam uero Chriſtus rudem & imperitam plebē præcepta moralia, ſalutariaque m onita plane ac clare docebat, cætera uero non raro obſcure & ænigmatice loquebatur. Apoſtolis autem, quos non ætate ſed ſpiritu paruulos uocat, quibus datum erat noſſe myſteria regni Dei, ſeorſum a turba clare & aperte loquēs profunda & abſtruſa myſteria pandebat. Et nec quidem omnia, ſed quæ capere poterant, nam quædam in aliud tempus reiecit. Multa, inquit, habeo uobis dicere, quæ non poteſtis portare modo. Quibus licet iuſſerit ut in uniuerſum orbem peragrarent, & euangelium omni creaturæ prædicarent, edixit tamen neue ſanctum canibus traderent, neue Margaritas ob porcorum pedes proijcerent conculcandas. Nam ſcrutamini ſcripturas non ad rudem & improbam plebem, quā canes et porcos appellauit, ſed ad ſacerdotes legis peritos dixit, ut ſuum aduentum, de quo ſcripturæ ipſæ teſtimonium dicunt, ſciſcitarentur. Paulus optimus præceptor, & diligens animarum nutritius infantibus in Chriſto lac moralis doctrinæ potum dat non eſcam, ne forte ſuffocentur. Sapientiam autem loquitur inter perfectos. Ideo non ab omnibus per omnia intelligi uoluit, ſed a doctis & Deum diligentibus hominibus. Siquidem in ſuis epiſtolis, ait Petrus, ſunt

quædam

quædam difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, in ſuam ipſorum perditionem. Qui & Timotheo iubet, ut quæ ab eo audiuerit committeret fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Quare & ipſe & Petrus, & alij Apoſtoli epiſtolas, quas ad populos ſcripſerunt, non ad rudem plebem, ſed ad ſacerdotes; qui ſunt eccleſiæ caput, mittunt, iubentque paratos eſſe ſemper ad ſatisfationem omni petēti eos de fide. Quos Paulus ipſe ad Cor. Scribens miniſtros Chriſti, & diſpenſatores myniſteriorum Dei uocat. Quos collocauit dominus ſuper familiam ſuam, ut dent illi cibum in tempore, qui ſciunt reprobare malum & eligere bonum. Dionyſius Areopagita Pauli diſcipulus paſſim docet arcana myſteria rudi & profanæ multitudini aperienda non eſſe. Atque Moyſis exemplo declarat non niſi animum purgatum, & a uulgaribus turbis ſegregatum aſcendere poſſe ad contemplanda diuina cum electis ſacerdotibus. Hanc docendi formam *omnes eccleſiæ doctores, qui doctrina & ſanctitate claruere, ſeruauerunt. Moyſes &* Aaron *non diſcedebant a tabernaculo domini, a quo diſcebant myſteria, & ea, quæ populum docerent. Propheta Dauid, cuius iugis meditatio erat teſtimonia Dei, Deum exorat, ut ſibi mentis oculos aperiat, quo mirabilia legis conſideret. Eius enim eſt, qui diuinæ ſcripturæ cognitione & uitæ probitate eſt præditus, ſcire quando, & quomodo, & apud quos debeat proferre*

ſer-

ſermonem. Dominus, inquit, dat linguam diſciplinæ, ut ſciam in tempore quando oporteat loqui ſermoné, & diſciplina domini aperuit os meum. Sed eiuſmodi perpauci ſunt pauci enim uirtutem amplectuntur, ſtultorum autem, ait Salomon, infinitus eſt numerus. Hieremias Domino *mittenti ipſum ad prædicandum humiliter & uerecunde reluctatus eſt, ſe puerum eſſe & loqui neſcire dicens. De difficultate autem diuinæ ſcripturæ Orig. in Ezec. Sic ait.* Habes *carbones ignis ſedebitis ſuper eos, ij erunt tibi adiutorio. Hæc oportebat abſcondere, & in medium non proferre. Sed hæretici nos impellunt, ut cœlanda efferamus in publicum, quia tecta ſunt utiliter apud eos, qui adhuc paruuli iuxta animæ ætatem ſunt, qui metu indigent magiſtrorum, minis & terroribus corripiendi ſunt, ut poſſint conſequi bonitatem, ut per amara remedia a uulneribus peccatorum aliquando deſiſtant. Semper enim* Sacramenta *Dei propter paruulos auditores uelaminibus quibuſdam operiuntur. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abſcondiſti timentibus te. Legis & prophetarum Deus abſcondit multitudinem bonitatis ſuæ non diligentibus ſed timentibus ſe. Paruuli quippe ſunt, nec poſſunt cum emolumento ſuo diſcere quòd amentur a patre, ne diſſoluantur, ac deſpiciant bonitatem Dei. Et in Gen. Scriptura diuina non, ut plurimis uidetur, inerudito & agreſti ſermone compoſita eſt, ſed ſecundũ diſciplinam diuinæ eruditionis aptata. Neque tantũ*

hiſto-

hiſtoricis narrationibus, quantum rebus & ſenſibus myſticis ſeruientem inuenies. Et in Num. Eccleſiaſticam doctrinam apud presbyteros ſeruari debere dicit. Id *ipſum dicit* Ireneus. *Item* Heſichius *in Leuit. ait. Moyſes in lege inuenit uiam, qua cælaret myſteria, & popularibus tamen ſatisfaceret. Et Chriſoſt. in Gen. Hom.* XVI. *Ingens malum eſſe ait abſque delectu atq; diſcrimine cuiuis diuina myſteria detegere, & Margaritas ante porcos, hoc eſt, prauos homines abijcere, cum perſonarum diuerſitas, & uitæ ratio ſint inquirendæ. Et in Ioannem. Sacræ ſcripturæ uerba nam uult Deus ut ſimpliciter, ſed cum prudentia intelligantur. Ideo beatus Dauid ſæpenumero in pſal. ad doctrinam noſtram, reuela, inquit, oculos meos, ut intelligam mirabilia ex lege tua. Item eius filius. Quod oportet tanquam argentum exquirere ſapientiam, & tanquam theſaurum perſcrutari. Præterea dominus* Iudæos *admonuit, ſcrutamini ſcripturas, quod non utique dixiſſet, ſi perfacile & prima tantū lectione poſſent intelligi. Quod enim in medio & in promptu poſitū eſt nemo ſane perſcrutatur, ſed quod obſcurum & latens, id multa indiget inquiſitione ut inueniatur. Iccirco theſaurum abſconditum ſcripturas appellauit, ut ad earum nos inquiſitionem excitaret. Et in Matth. Et multi quidem hunc librum ſatis apertum eſſe opinantur, ac planum, ſolos prophetas intellectu putantes eſſe difficiles. Sed hoc eorum eſt, qui altitudinem incompertarum ſibi rerum prorſus igno-*

ignorant. Quòd autem interim in Hom. Auditores ſuos ad ſtudium diuinæ ſcripturæ cohortetur, non quidem omnes promiſcue, ſed græca lingua eruditos. Nõ enim cuncti legere & ſcribere nouerant, neque omnes qui legere ſciebant, græce ex arte grammatica intelligebant. Quia uero græci poetarum modulis & humana philoſophia oblectabantur, & ſacras literas aduerſabantur, ut nec eorum quiſpiam pſalmum memoriter ſciret, hortatur eos ut pſalmos diſcant & recitent, præſertim quòd ſcripturam ſanctam non peregrino idiomate latina aut Hebræa lingua haberẽt, ſed patria Græca, multaque eſſe in euangelijs clara, ut moralia præcepta. Item Auguſtinus uulgo, qui libro xij. de ciuitate Dei ingenue & humiliter fatetur multa eſſe in ſacra ſcriptura quæ ipſe intelligere nõ ualet, monetque alios ne temere eam interpretẽtur. Et Hieronymus *in Naum. Et dicemus ideo ſcripturam ſanctam difficultatibus eſſe contextam & maxime prophetas, qui ænigmatibus pleni ſunt, ut difficultatem ſenſuum difficultas quoque ſermonis inuoluat, ut non facile pateat ſanctum canibus, & Margaritas porcis, & profanis ſancta ſanctorum. Et ad Paulinum eorum audaciam & temeritatem arguit, qui temere ac ſine magiſtro ſacras literas audent attrectare, cum omnes artes uel illiberales a magiſtris ediſcantur, ſolam ſcripturarum artem paſſim omnes ſibi uendicant. Nimirum Chriſtiano fides neceſſaria eſt, non curioſitas legendi. Sicut enim uenefici ſuis carminibus, quæ non intelli-*

telligunt,ſerpentes e foraminibus & uepretis prodire cogunt, ſopiunt etiam, & in manibus geſtant innocuos, ita immundi ſpiritus, qui animæ inſidiantur, depelluntur ab ea precibus ac fide, licet non intelligas,quæ dicas. Nam ait Auguſt. contra Manichæos, non intelligẽdi uiuacitas,ſed credẽdi ſimplicitas turbã tutiſſimã facit. Et in epiſt. ad Euodiũ. Non quantũ intelligas,ſed quantũ credas, & quantũ credendo ames quærit deus. Et Hilarius. Habet non tam ueniam,quã præmiũ ignorare quod credas, quia maximũ fidei ſtipendiũ eſt ſperare quod neſcias. Et Tertullianus in libro de præſcrip. hæret. Satis eſt,inquit,Chriſtianis fidei tenere regulã,quæ in ſymbolo cõtinetur,curioſitas pellenda eſt,ſiquid tibi uidetur ambiguum uel obſcurũ conſule doctorẽ aliquẽ. Chriſtus quoties aliquẽ a morbo liberabat,dicebat,fides tua te ſaluum fecit,nõ exercitatio ſcripturarũ. Noluit Deus omnes adſcẽdere ad montẽ,ſed ſolũ Moyſen,cui alij crederẽt. Nã quòd mulieres quædã Deo dicatæ,et uitæ integræ,et literis eruditæ ſacras literas legerint,nõ tamẽ eas interpretabãtur,neque alios docebãt,neque de eis cũ alijs diſceptabant. Vnde Paula cũ a quodã hæretico ſubdole de articulo reſurrectionis tẽtaretur ſciens Paulũ dixiſſe, mulieres in eccleſia taceant, & Petrũ non oĩbus promiſcue,ſed ſacerdotibus tantũ dixiſſe,parati eſtote ad ſatisfationẽ omni petẽti uos de fide,ei reſpõdere auſa nõ fuit,ſed loco ſui ſuffecit b. Hieronymũ, qui paucis illũ ſuperauit. Difficultas diuinæ ſcripturæ intelligẽdæ & igno-

ignoratione etiam linguarum artiſque grammaticæ eſt. Iccirco Deus glorioſus Moyſi lumina afflauit, ut artem ipſam grammaticam reperiret, qua tres linguæ Hebræa Græca & Latina inſtituerentur in titulo Chriſti ſociandæ, quibus diuina lex, diuinaque myſteria ſcriberentur, ne omnibus eſſent peruia, & ſordidiſſimi atque improbiſſimi quiqueſcā attrectare ac profanare auderent. Vnde uetus teſtamentū, ut ſæpe dictū eſt, Hebræa, nouum uero tribus linguis, ut oſtendi, ſcriptum fuit, & illud unà cum euangelio Matth. & epiſt. Pauli ad Heb. in duas reliquas translatum eſt. Tholomeus rex Aegypti uetus teſtamentum non in ſuam germanam patriamque Aegyptiacam linguam, ſed, ut dixi, in peregrinam, græcam inquam linguam transferri curauit. Apoſtoli epiſtolas ad diuerſos Aſiæ populos atque eccleſias non illorum, ad quos ſcribebant, lingua, ſed græca ſcripſerunt. Vtique illas ad Sacerdotes, qui ſunt Eccleſiæ caput, miſerunt, qui eas plebi interpretabantur. Quare adiurat Paulus Theſſ. Macedoniæ eccleſiam, ut epiſtola ſua, & erat ſcripta, utpote græce ex arte grammatica inconuentu omnium fidelium legeretur, quæ a ſacerdotibus multitudini interpretabatur, quod Paulus præcipiens uocat prophetare. Et eccleſia hunc ritum cuſtodiens iam inde ab initio in delubris in cœtu fidelium omnia ex arte grammatica, ut ſunt ædita alia harum trium linguarum legit, & patres declamauerunt. Et ad Cor. Paulus ipſe ſcribens uult in conſeſſu fidelium in eccle-

ſijs

ſijs publicus eccleſiæ miniſter, hoc eſt ſacerdos alta uoce oret, ac perorata præce unus aliquis intelligens idiotæ, ideſt rudis plebis, locum ſupplens dicat amen. Hunc ritum ab uſque principio ſeruat Eccleſia. Canonem tamen ſecrete proferri ſanxit. Nam ut Inocentius tertius libro tertio de altaris myſterio tradit, canon ipſe, hoc eſt conſecrationis uerba, primitus alta uoce recitabatur, & ab omnibus per uſum ſciebatur. Quem cum paſtores in agro ſuper panem & uinum dicerent repente carnem & ſanguinem inuenerunt, & diuinitus percuſſi perierunt. Vnde ſynodali decreto, ſub anathemate iuſſum eſt, ut nullus canonem dicat niſi ſecreto, & in ſacris ueſtibus, & ſuper altare, & ſacrificium. Sed oporteret templorum abdita quæ ſancta ſanctorum dicuntur, ad quæ ingredi non niſi ſacerdotibus fas eſt, cancellis muniri, ne laici proprius altaria conſiſtentes canonem a ſacerdotibus prolatum intelligant. Diuus *Amb. Theodoſium Imperatorem Mediolani per diaconum e cancellis eiecit. Translationes autem diuinæ ſcripturæ, & ſanctorum doctorum mutuo in tres linguas hebræam græcam & latinam æccleſiæ iudicio & auctoritate approbandæ ſunt, ſic etiam & omnia alia ſcripta. Eius enim eſt ea aut approbare, aut improbare. Quare Nicolaus papa ad Carolum regem Gallorum ſcribit, ut opus Dionyſij Areopagitæ a* Ioanne *quodam* Scoto *e græco in latinum ſermonem conuerſum ad ſe iuxta morem abſque ulla cunctatione mittat, ut ipſe decerneret*

neret catholice fuerit nec ne illa tranſlatio. Diuinam autem ſcripturam in Iudææ, Atticæ, *& Latij uernaculas uulgares linguas, aut in barbaras uertere ſumma dementia eſt & temeritas & hæreticorum inuentio. Nam quotquot huiuſmodi profanæ nouitatis auctores extitere, hæreſiarchæ fuerunt, aut certe non recte ſenſere de fide. Idque egerunt, quo rudis plebis animos mulcerent, & allicerent, ut ſe ſequantur. Vt Vado quidam Lugdunenſis Valdenſis ſectæ auctor. Et Bohemi, licet hi ſui hæretici ritus uelamẽtũ ex Cyrillo neſcio quo enarrato miraculo prætexant nullo graui aut certo auctore, ſed figmento ſuo. Et noſtris temporibus Martinus Lutherus, uerius luteus tam uaſtæ & pernicioſæ ſectæ auctor. Et Innocentij tertij ſeculo laici quidam Galli Metenſis ciuitatis diœceſis, qui diuinas literas in gallicam linguam uerterant, in ſuis cõuenticulis, ad quæ & mares & feminæ omnis ætatis & conditionis interdiu, ac noctu conueniebant, eas perperam interpretabantur, atque in ſuæ tranſlationis peritia confidentes uſque eo illi pertinaciter inhærebant, ut nec Romano pontifici, ſi eam tranſlationem abolendam decreuiſſet, dicerent ſe parituros. Et occulta conuenticula celebrabant, & occulte prædicabant ingenti uel mulierum multitudine confluente. Cui malo pontifex prouidit. Qui hæreſiarchæ omnes ſua uenena feminarum præſidio atque opere ſparſerunt in orbem. Nam mulieres quod dolis, & argutiarum ſtrophis bene ſunt appoſitæ, & luxus, iactan*

tiæ

tiæ,gloriæ, delitiarum, pecuniæ, aliarumque eiuſmodi rerum perauidæ facile patent ſeductioni, præſertim quæ parum pudicæ ſunt & continentes. Cautum eſt autem a patribus ne pſalmi aliæque publicæ preces uulgari, aut barbaro ſermone recitentur. Ita enim in ſynodo Laodicen. ſanxerunt patres. Non oportet idiolicos pſalmos in eccleſia recitari. Et Gregorius ſeptimus Romanus Pont. Duratislao Boemorum principi petenti, ut Dalmatis canonicas preces Dalmatica lingua recitare liceret in hunc modum reſcribit. Quia uero nobilitas tua poſtulauit, quo ſecundum Sclauonicam linguā apud nos diuinum celebrari annueremus officium, ſcias nos huic petitioni tuæ nequaquā poſſe fauere. Ex hoc nempe ſæpe uoluentibus liquet non immerito ſacram ſcripturam omnipotenti Deo placuiſſe quibuſdam locis eſſe occultam, ne ſi ad liquidum cunctis pateret forte uileſceret, & ſubiaceret deſpectui, aut praue intellecta a mediocribus in errorem induceret. Neque enim ad excuſationem iuuat, quod quidam religioſi uiri hoc quod ſimpliciter populus quærit patienter tulerunt, ſeu incorrectum dimiſerunt, cum primitiua eccleſia multa diſſimulauerit, quæ a ſanctis patribus poſtmodum firmata Chriſtianitate, & religione creſcente ſubtili examinatione correcta ſunt. Vnde ne id fiat quod a ueſtris imprudenter expoſcitur auctoritate beati Petri inhibemus. Teque ad honorem omnipotētis Dei huic uanæ temeritati uiribus totis reſiſtere præcipimus. Nā quòd

in Lateranenſi ſynodo Innocentio *tertio pontifice decretum ſit, ut in ea ciuitate ſiue diœceſi, in qua diuerſarum linguarum populi ſub una fide diuerſos ritus moreſque habentes inhabitāt, epiſcopi uiros conſtituāt, idoneos, qui ſecundum diuerſitatem linguarum & rituum diuina officia celebrent, & eccleſiaſtica miniſtrent ſacramenta eos uerbo & exemplo inſtruendo. Non cuiuſuis gentis uernaculas linguas intellexere patres, ſed tres principales hebræam, latinam, & græcam, ſub quibus omnium gentium linguas contineri oſtendimus. Quæ tres linguæ uarios habent ritus in ſacris peragendis. Fernandus Hiſpaniarum rex, ait Alphonſus e caſtro, e dixit nequis ſacras literas in* Hi*ſpanam, aut in aliam barbaram linguam transferret, aut ab alio translatas retineret.* Hunc *&* Gregoriū *&* Inocentium *Rom. Pont. imitari debent & Cæſar, & alij Principes. Quare uiderint modo plebeij doctores, homines fœdi, uaſti, hebetes, & ruſticani auara ac fœneratoria uanaque doctrina præditi, qui ut magnum quæſtum faciant liberales artes, ingenuaſquè diſciplinas, atque etiam diuinas ſcripturas ſacroſquè doctores diuinas literas tractantes, quæſtui habentes temeritate ſua cum uano & ſtupido uulgo communicant, qua pœna plectendi ſint. Refringatur igitur obſecro iſtorum arrogans & ſuperba iactatio, imponatur tantæ auaritiæ, & garrulitati modus.* Sancia*tur ut tot doctorum latinorum unà ethnicorum, unà Chriſtianorum duri ac ſudati labores ſuis auctoribus*

reſti-

reſtituantur inani ac uano uulgari labore ſublato, & in ignem cõiecto. Eia igitur amabo uos iuuenes & latinam linguam atque eloquentiam toto pectore amplectimini, atque a plebeiorum calumnijs uindicate. Quos nullo in numero eſſe exiſtimantes ipſorum libellos, in quibus ſcribendis operam omnem luxerunt, loco mouete & explodite. Nam cum non doctrinæ & prudentiæ & ſapientiæ, ſed ignorantiæ, & ſtultitiæ & uanitatis edant exempla, illorum lectores uani, ignorantes, inſipientes redduntur & ſtulti. Sit ueſtra uita operoſa, & animo excelſo & alto digna, non languida, non iners & ocioſa, non inanibus & futilibus rebus occupata, ut eſt uulgi uulgariumque ſcriptorũ uita. Qui non grauitate, non doctrina, ſed nugis & uanitate imperitos ſibi deuincunt. Sed bonas literas ingenuaſque artes ac diſciplinas, quæ labore utique honeſto & glorioſo diutinoque ſtudio acquiruntur, ſectamini. Latine ſcribite, ut ueſtra ingenia ac iudicia, ueſtraque doctrina non Italiæ tantum equiſonibus (ueri enim equites graueſque uiri grauia ſectantur & tractant) muliomibus, lanijs, cauponibus coquis, fartoribus, morionibus, & huiuſmodi infimæ ſortis hominibus, & deliris aniculis ac ſcortis; ſed ubique gentium grauibus & eruditis uiris pateant, omnibus utilitati ſint, & æternitate donentur. Futurum eſt enim, &, ut quantum auguror, e proximo, ut latina lingua rurſus unà cum Imperio, & fide Rom in uniuerſum orbem permeet. Vulgares autem næniæ breui cum ſuis

auctoribus interibunt. *Et præter hac latina lingua eruditi ubique terrarũ ab omnibus magnis afficiuntur honoribus, intelliguntur, & intelligunt eos, nam, ut dictum eſt, latina lingua omnium linguarum internuntia eſt. Eos æmulamini, qui nullius rei auidi erant, præter uirtutem & gloriam. Contemplabantur enim ita natura inſtitutum & inde more maiorum comparatum eſſe, ut non ad deſidiam & ſocordiam, non ad ludos & ganeas, non ad luxum & libidinem, ut belluæ, non ad ignorantiam, ut barbari nati eſſe uiderentur, ſed ad uirtutem & gloriam. Probeque nouerant, quòd numeroſus eſt uitæ fructus animum ad bonarum literarum ſapientiæque ſtudia adiungere. Illudque Heſiodi memoria crebro repetamus, quod ut diſceret lepta puer, haberetque ſemper in ore atque in animo Cicero monet.*

Virtutem poſuere dei ſudore parandam
Arduus eſt ad eam, longuſque per ardua callis
Aſper & eſt primum, ſed ubi alta cacumina tangas
Fit facilis, quæ dura prius inclita uirtus,

Præclaraq. illa Maronis noſtri uerba de litera Pith. Et illud Horatij *ad florum, quem monet, ut quæ nullius momenti ſunt, uitet, & ſapientiæ ſtudio operam impendat, quo alijs, tum maxime patriæ prodeſſe poſsit, ait enim. Quòd ſi*

Frigida curarum fomenta relinquere poſſis
Quo te cæleſtis ſapientia duceret, ires
Hoc opus, hoc ſtudium parui properemus, & amplis.
Si patriæ uolumus, ſi nobis uiuere chari. Et i Poetica.

Qui

Qui ſtudet optatam curſu contingere metam
Multa tulit, fecitque puer, ſudauit, & alſit.
Abſtinuit Venere & Bacco. Nam, ait Cato apud ammianum, magna cura cibi, magna eſt uirtutis incuria. Et apud Columellam. Nihil agendo homines male agere diſcunt. Licet enim uirtutes ac diſciplinas acquirere multi laboris ſit, magna tamen bonæ literæ afferunt oblectamenta. Equidem, ait Demoſthenes, ſiue, ut alij, Iſocrates, & M. Cato apud Diomedem, ſcientiæ radices amaræ ſunt, fructus uero iucundiores. Et, ut Poſsidonius, Seneca epiſt. lib. undecimo referente, ait, unus dies hominũ eruditorum plus patet, quàm imperiti longiſsima ætas. Et Plautus in Amph. Virtus eſt præmium optimum, uirtus omnibus rebus anteit profectò, libertas, uita, res, parentes & prognati tutantur uirtus omnia in ſe habet, omnia ad ſũt bona quẽ pen'ſt uirtus. Et Cicero in Tuſcul. Nihil inquit dulcius eſt ocio literario. Non equidem facile dixerim quam mirificos afferunt fructus bonæ literæ. Nec ſatis extimari poteſt quantam oblectationem exacta in ætate ex literarum ſtudis, capietis. Eſt enim, ait Cicero in Cat. maiore, bonarũ literarũ, ac doctrinæ ſtudiũ animi pabulũ quoddã, quo animus paſcitur, reficitur, & uegetatur, nihilque eſt iucundius ocioſa ſenectute ſtipata ſtudijs iuuẽtutis. Delectabantur maiorem in modum ſenes in Cat. literarum ſtudijs, quibus a pueris operam nauarunt. Mori, inquit, uidebamus in ſtudio dimetiendi pene cœli atque terræ Gallum. Quoties illũ lux noctu aliquid deſcribere ingreſsũ, quoties nox oppreſſit,

 cum

cum cœpiſſet mane? Quàm delectabatur Gallus cum defectiones ſolis & lunæ multo nobis ante prædiceret. Gaudebat bello ſuo punico Næuius. Gaudebat Plautus Truculento, & Pſeudulo: Gaudebat Liuius ſuis fabulis, quas docuerat. Gaudebat P. Licinius Craſſus iuris ciuilis ſtudio. Gaudebat M. Cathegus diſcendi ſtudio. Quæ ſunt igitur epularum, aut ludorũ, aut ſcortorum uoluptates cum his uoluptatibus comparandæ? Atque hæc quidem ſtudia ſunt doctrinæ, quæ quidem prudentibus, & bene inſtitutis pariter cum ætate creſcunt. Et pro Archia literarum ſtudia adoleſcentiam alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium, ac ſolatium præbẽt, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Et ad Att. lib. ſecundo. Reſpicio ad hanc familiam, quæ mihi non ut quieſcam permittit, ſed reprehendit quia non ſemper quierim. Quare incumbamus ò noſter Tite ad illa præclara ſtudia, & eò, unde diſcedere non oportuit, aliquando reuertamur. Et libro duodecimo ſe totos dies in literis conſumere dicit. Et ad Varronem ſcribens, libros, quos dudum familiam appellauit, ueteres amicos nuncupat, ſeque met arguit quia in res turbulentiſſimas infideliſſimis ſocijs demiſiſſet, præceptiſque illorum non ſatis paruiſſet. Et rurſus, neglecta inquit, barbarorum inſcitia te ſequar. Et ad Papirium Pætum ſcribens, nil aliud ſe agere dicit niſi in literis uiuere. Quinetiam ſe haud uiuere poſſe dicit, niſi in li-

teris

teris uiuat. Cato ille ſapiens, qui ſenex pene, ut dixi, latinas literas didicit, quia in exhauſta ſibi auiditas erat legendi, uel in curia, dum ſenatus cogeretur, ſemper aliquid lectitabat, & eas ob res heluo librorum appellatus eſt a Cicerone. Auguſtus, ait Suet. eloquentiam ſtudiaque liberalia ab ætate prima cupide & curioſiſſime exercuit. Mutinenſi bello in tanta mole rerum & legiſſe & declamaſſe quotidie traditur. Multa uarij generi proſa oratione compoſuit, ex quibus nonulla in cœtu familiarium uelut in auditorio recitauit, etiam libros totos & ſenatui recitauit. Plinius omne tempus perire arbitrabatur, quod ſtudijs non impartiretur. Cum nepotem ex ſorore ambulantem cerneret, poteras inquit, has oras non perdere. Antonius philoſophus Imperator *ait Dion, non erubuit, neque puduit unquam ad doctorem proficiſci, ſed adijt crebro ſextum Boetium philoſophum, & ad audiendos* H*ermogenis rhetoricorum libros libenter uenit. Theodoſius Iunior Auguſtus, ut libro primo Hiſt. tripartitæ ſcribitur, interdiu exercebatur armis, & publicarum priuatarumque rerum ſedulo ſatagebat, nec non ius reddebat, aut ſolus aut cum alijs, nocturno uero literarum ſtudijs incumbebat. Eius candelabrum humili arte factum erat, atque ipſemet oleum in lucernam fundebat. Nolebat enim quenquam e ſuis, cum ſtudebat, ſibi aſſiſtere. Doctos magna liberalitate proſequebatur, ſed hac de re plura alibi diximus, ac plurima alia ex hiſtorijs ſcire poteſtis. Ex do-*

ctrina quippe & eloquentia prudentia comparatur. Nam, ait Cicero in Bruto, dicere nemo poteſt, niſi qui prudenter intelligit. Quare qui eloquentiæ ueræ dat operam, dat prudētiæ, qua ne maximis quidem in bellis æquo animo carere quiſquam poteſt. Nihil enim, ait idem in parti, eſt aliud eloquentia, niſi copioſe eloquens ſapientia. Quæ eloquentia, ait idem libro ſecundo de Orat. non in cauſis modo, ac foro, ſed cum ad cæteras res, tum ad ſcribendam hiſtoriam maxime neceſſaria eſt. Hæc de uulgi uita atque ingenio, & de bonarum literarum utilitate dicere habui. Veniant igitur nunc irriſores huius orationis ac latinæ linguæ contemptores, quos non uanos, ut ſæpe, non ſtultos, ut ſemper, ſed dementes & inſanos appellarem, & iam uel ipſi iudicent utrum plebeiæ uanitatis; an latinæ & græcæ linguæ debeant eſſe ſectatores. Quibus unde miſeris tunc, unde prudentia? Vt exiſtimantes ad ignorantiam ſe genitos tot commentitias ac præſtigioſas fabellas, & anilia deliramenta ſcriberent, ad quæ alius alios incitat. Qui ſi poſſent, quod ſæpe queſti ſumus, tollere latinam linguam (qua attrocitate ſunt) tollerent. Neſciunt inſani, neſciunt quantas uires latinæ linguæ candor, ac uirtus habeat; quanta eius dignitas ſit & maieſtas, & nomen tantum huius ſcientiæ uſurpant, quid ipſa ualeat, ignorant. Quare iure quidē ipſimet latinam linguam ſibi peregrinam eſſe fatentur, quòd eam uix agnoſcant. Ignoti quidem nulla eſt cupido, nullus amor. Quandoquidem ſi eam agnoſcerent

cerent plebeijs uanitatibus reiectis & exploſis merito ſuo mirifice amarent & tuerentur, & iuuenes ad eius ſtudium excitarent. Nunc quia de uulgi natura ſatis dictum habeo, ſupereſt, ut præter ea, quæ aduerſus plebeios doctores dicta ſunt, aliquid adhuc dicamus. Qui obtentu philoſophiæ, & poeſis nominis inutile ocium, & linguæ & uitæ tenebras ſequuntur. Et præter barbariem & loquelæ, & adulationis teterrimæ, qua urbem. Italiamque reliquam temerantes oppleuerunt, magnas mendaciorum, & uanitatum merces per Italiam ipſam aſportantes, atque exponentes eam totam obſcœnitatibus & corruptelarum illecebris referſerunt. Bona enim pars horum uulgarium ſcriptorum non modo ineptas inutiles, ſcurriles, ludicras, hiſtrionaleſque res, quas falſo comœdias uocant, ſed etiam pernicioſas fabellas, & turpes amores ſcribunt. Atque ipſorum plerique diuinum, prò ſcelus, implorant auxilium, quaſi diuinum numen huiuſmodi impuris ac nefarijs præſidium ferat in huiuſmodi rebus. Vnde adoleſcentes ac mulieres ætate & natura improuidi hoſce uanos & futiles auctores legentes erratis multis, & corruptelarũ illecebris irretiuntur. Qui quam plurimum illis oblectantur, tam citiſſimum uani, laſciui, improbi redduntur & ſtulti, atque etiam eruditi adulatores. Quicquid enim in ipſis eſt ad perniciem & morum corruptelam barbariemque tantum ſpectat. Atque ita huiuſmodi illecebris & obſcœnitatibus deliniti erro-

amore, & timore auerſæ diaboli faucibus ingerantur. Nihil enim in eis eſt, quod ad ſcientiam, ſapientiam, uel prudentiam aliquam attineat, neque ullus unquã uiſus eſt talibus delectatus qui ſapiens euaſerit, & prudens, ſed quotidie deterior uanior, dementior, & laſciuior. Adde quòd plerique huiuſmodi uanorum uulgarium ſcriptorum ſunt quoque proteruiſſimi detractores. Qui non modo hanc uitam degentibus, ſed uel rebus humanis exemptis nominatim atrociter detrahunt, ipſos petulantiſſima lingua inſectantes, ac nefandiſſimis uitijs taxantes, cum ſcriptum ſit in ſacris literis ne detrahes mortuo. Et tamen nõ modo ſecundum illud prophetæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis, huiuſmodi uulgares uani ſcriptores excuſantur a uulgo ſuo, nam, inquit, aliquid boni dixerunt; ſed etiam, ut idem propheta ait, laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. eximie laudantur, quòd in huiuſmodi ludicris & ſcurrilibus, inanibuſque rebus, & libidinoſis amoribus, fabuliſque ſcribendis ingenioſi fuerint, magnaque arte uſi, quaſi eximia laus ſit ingenioſum eſſe ad malum, & nobilem eſſe factum in ſcelere, cum filij huius ſæculi, ait dominus, prudentiores filijs lucis in generatione ſuã ſint, & ſapientes ſunt, ait. Hieremias, *ut faciant mala, bona autem facere neſciunt. Quaſi etiã non & lenones, & meretriculæ, blaſphemi, mechi, fœneratores, homicidæ, & eiuſmodi Deum interim laudent, boni aliquid agant & dicant, cum uel dæ-*

mones,

mones, Dei & Chriſti diuinitatem fateantur. Sed ueh, ait Eſaias, qui dicitis malum bonum, & bonum malum. Ingerunt quidem huiuſmodi uani ſcriptores de induſtria bona malis, ut ex propinquitate bonorũ mala uti bona quoque habeantur. Et amarum dulci, uenenum ferculo propinant, quo facilius trucident. Et nata uirtuti reique pub. ornandæ ac tuendæ ingenia ad libidines, & petulantias, & ingentia flagitia uertunt. Et quaſi uenefici uenereis artibus ac præſtigijs ſenſus hominum auertunt, ac ueluti circæo poculo propinato ipſos ex hominibus in belluas uertunt. Nihil enim hominis habent huiuſmodi præter externam imaginem. Quare haud ſcio qui fieri potuit, ut huiuſmodi uani ſcriptores Dei gloriam ſint aſſecuti qui talentum, quod a domino acceperunt, in Sterquilinio, pro pudor, uulgaris uanitatis, uulgarium inquam, ſpurcarum cantilenarum, fabularumque, ludicræque rei, & detrationis fœtoribus abſtruderunt, & nec reſipiſcentes huiuſmodi libellos, tot malorum fomitem igni tradiderunt, memores ſe ante tribunal æterni iudicis ſuæ uillicationis rationem reddituros. Clamat Hieronymus ad lætam ſcribens, ne mundana cantica diſcamus. Sed enim ea quæ moribus obſunt, etiam ſi ingenijs proſint, tollenda ſunt. Paulus Apoſtolus, ait Lucas, Epheſi uanos & curioſos libellos, qui ſimplicium mentes corrumpere, & a Dei cultu ac religione auertere uidebantur, congeſtos undique cremari fecit, iubetque ad eos ſcribens ne immunditia,

tia, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas in Chriſti fidelibus nominetur. Senatus, ut oſtendi, Numæ libros quia ad ſoluendam religionem uidebantur, coram populo cremari iuſſit, ne animi hominum a deorum cultu auocarentur. Octauius Auguſtus, ait Suet. Pleraque peßimi exempli correxit, quæ in perniciem publicam aut ex conſuetudine licentiaque bellorum ciuilium, aut per pacem etiam extiterant. Creatus Pont. Max. quicquid fatidicorum librorum græci latinique nominis nullis aut parum idoneis auctoribus uulgo ferebatur, ſupra duo millia contracta undique cremauit, ac ſolos retinuit Sybillinos, & hos quoque delectu habito. Ouidium poetam, qui & Naſo, ait Sextus Aurelius, pro eo quòd tres libellos amatoriæ artis conſcripſit, exilio damnauit. Romuli lege, ut Plut. in Apoth. *tradit, qui coram feminis obſcœnum quippiam dixiſſet, non ſecus atque homicida puniebatur. Lacedemonij, ait Val. Max. libro ſexto,* Archilochi *poetæ libros è ciuitate ſua exportari iuſſerunt, quòd eorum parum uerecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur. Noluerunt enim ea liberorum ſuorum animos imbui, ne plus moribus noceret, quàm ingenijs prodeſſet. Obſcœnis enim conuitijs alios lacerabat.* Imo *uero, ait Plur. ipſum cum libris ſuis ciuitate eiecerunt. Quod igitur ethnici idolatræ tanto ſtudio fecere de his, quæ probitati, ac ſuæ religioni auerſari uidebantur, non faciet*

Chri-

Chriſtianæ legis antiſtes, in quem omnium Christi ouium cura incumbit de tot nefarijs, & ludicris, & obſcœnis, & laſciuis, & detractorijs libellis, qui inter uani, & imperiti, & cæci, & miſerabilis uulgi (quis enim grauis, ac ſapiens uir eos dupondio aut ſiliqua ſupputat?) manus uerſantur, maximoque omnium plauſu auide leguntur, magnique fiunt? non pontificem maximum ethnicum, non Apoſtolum Paulum æmulabitur? Non prohibendum erit eos lectu? non exponendum ad ignem? Qui lenonum ritu, heu nefas, heu inquam, communem hominum perniciem, miſerorum ac ſimpliciũ animos, quod ſæpe diximus, corrumpentes non ſolum eos ab honestarũ ingenuarumque diſciplinarum ſtudio, quibus prudentia comparatur, ſed etiam a pietate, ac ueri Dei cultu auertunt, & ad complura ingentia mala alliciunt. Atque una hora innumeras caſtas feminas, pudicoſque adoleſcentes inceſtant. Cum potius pſalmos cæteraſque laudes, feſtis præcipue diebus Deo recitare, ac demum religioni, ut nobis est imperatum, uacare deberent. Samnio ille Terentianus leno in Adel. cuius uices huiuſmodi petulantes ſcriptores funguntur, ingenue fatetur ſe lenonem eſſe, perniciem communem adoleſcentium, periurum, peſtem, cuius officium eſt ineſcare iuuenes, & inſidiari pudicitiæ. Et quod deteſtabilius eſt, & ad dicendum turpe, poeſis & fabularum obtentu Christianam religionem irrident. Quæ obſecro pernicioſior hæreſis eſt, quàm hæc do-

mestica

meſtica animarum lethifera tabes? Quos libellos(in dignum)non pſalmos parentes pueris puelliſque ſuis, qui,præter cæteras uirtutes,modeſtiam, uerecundiam & pudicitiam eſſent docendi, tradunt legendos, quo miſeri, præter & loquelæ & adulationis barbariem, quam ex eis addiſcunt, his illecebris deliniti facilius, ac citius ſe ſceleribus obſtringant. Atque etiam non ſolum ipſi, quos iam graues eſſe decet, cum ſcurriles,& obſcœnæ laſciuæque fabellæ hiſtrionicæque res, comœdias quas falsò uocant, recitantur adſunt præſentes, ſed puellas etiam ac pueros præſentes adeſſe ſinunt. Cum potius eorum animi a uoluptatibus, ſi forte incuria ipſis deniliti fuiſſent, ad modeſtiam & uerecundiam eſſent euocandi, & improbi mores ex animis ipſis excutiendi. Puellæ uero, præter morales uirtutes, muliebria officia, ut ſuere, nere, texere, lanas & linum pectere, & alia id genus eſſent docendæ, non ſaltare, non laſciuas cantilenas pſallere, & cantare. Dedecet enim ualde multum puellas citariſtrias & ſaltatrices eſſe, & nefariam illam Herodiadis filiá, quæ Ioannis Baptiſtæ necis cauſa fuit, imitari. Zenobia Syriæ regina ethnica & barbara mulier pueros puellaſque ſuas uel latinis, uel græcis literis erudiri uolebat, noſtræ mulieres non item. Sed quidam iuuenilem ætatem afferunt, quaſi per ætatem liceat turpiter, & inhoneſte uiuere, ocio & delicijs diffluere. Cum, ut egregie Cicero ait, omnium querelarum in moribus ſit culpa, non in ætate, & delitijs

tĳs indulgere ſeruile quidpiam eſt. Et, quod referre tædet, huius ætatis concionalium plerique; qui in templis diuinum ſermonem ad populum faciunt, imperiti & uani uulgi inanem auram & ipſi captantes, non contenti perpulchra illa latia Romanaque uoce, huiuſmodi uanos, libidinoſos & exitiales uulgares libellos curioſe legunt, quo barbariem, qua populo Dei uerbum prædicent, eruant & ediſcant, qua affectata uanitate ac barbarie oppido & ambitioſe gloriantur. Qui bis tanto peccant, quàm illi. Cum ipſi potius, ſi ueri concionales Chriſti legis ſunt, populo ipſi perſuadere deberent, ut huiuſmodi libellos igni tradant. Et ipſi ueteres illos patres, qui latinam linguam perbene ſciebant, eamque pie ac religioſe colebant & obſeruabant, imitantes latino ſermone ac claro, ut Auguſt. iubet, ſermones ad populum habere deberent. Atqui quod neſcierint graueque duxerint patres illos imitari laudabilẽ illum concionandi morem diſsilire ac diſsidere ſinerunt, & ſe ad plebeium ſermonem conuerterunt. Vnde plerique ignorantiſsimi ac ferè pueri hoc tam magnum & arduum munus obire præſumunt, qui non Dei uerbum doctrinamque ſalutarem, ſed fabulas ac nugas populis narrant, eos diu nequicquam remorantes ac diſtinentes. Qui latine concionandi mos non modo ad Inocentĳ quarti tempora perſtetit, qui latine ad popolum eſt concionatus, ſed longe etiam infra illius memoriam. Sed dicunt quidam ſe non ſubeſſe latinitati, grammaticæque

que arti, ſed tamen libenter & ambitioſe nimis ſubſunt uulgari ualitati. Aſſererē equidē ego hanc concionandi formam, qua noſtri æui concionatores quidam in phanis utuntur, potiorem eſſe ea, qua priſci illi patres utebantur, ſi hi illis doctiores eſſent & ſanctiores. Illi quidem, quia non ut formicæ, quæ è proximo ſublata furto grana ſuis in latibulis in proprios uſus abſcondunt, ſed ut apes in longiqua uberrimaque paſcua uolitantes dulciſſima mella ceraſque miro artificio in publicos uſus condunt, concinandi artem, quã pleriqne ſimul cum dicendi copia eloquentiaue atque ornatu reijciunt & repudiant, quamoptime callebãt, non templa clamoribus & ſtridoribus replebant, non ſuggeſtum palmis calcibuſque percutiebant, non manuum colliſione, non indignatione, indecentique loquendi feſtinatione populum docebant, nil inane, nil fabuloſum, nil ridiculum promebant. Non poetarum uerſus, non uulgares Cantilenas canebant, non inconcinnos atque indecoros & hiſtrionicos geſtus edebant. Non enim eos præteribat, præter alia, Ciceronis illud. Pronunciatio eſt uocis, uultus, & geſtus moderatio cum uenuſtate. Et rurſus, actio eſt quaſi corporis eloquentia. Item uultus ſecundum uocem ualet plurimum. Illi inquam & ætate & doctrina, & uitæ integritate ac probitate graues uiri quia oratoriam, non adulatoriam artem callebant, non honores ambiebant & dignitates, non opes inhiebant, non apud ſtolidum & ignauum uulgus, non

apud potentes & mulierculas inanes affectabant aucupari laudes, ſed ingenti atque incredibili Chriſto animas lucrandi, quæ ſua ipſorum erat pietas, tenebantur deſiderio. Chriſtus licet in puerili ætate ſapientia & doctrina plenus eſſet, nunquam tamen concionandi munus obire uoluit quouſque uir factus trigeſimum annum ageret. Ita & Ioannes, aliique prophetæ, ita & Apoſtoli, ac ſancti illi patres uerique paſtores. Qui Chriſti oues ſibi commiſſas ipſimet doctrina paſcebant & exemplo, non mercenarijs committebant. At ubi mos ille latine concionandi deſijt, & in Italia uulgari latiali, & in prouincijs materna lingua ſermonem ad populum haberi cœptum eſt, hoc tam magnum apoſtolicum & propheticum munus uel a rudibus & pueris imberbibus uſurpatum eſt. Exoriatur aliquis latini Romanique nominis, uirtutumque ſtudioſus, qui tum illum in templis concionandi, tum alios illos impendio uenerandos ac ſanctiſſimos mores excitet. Nam ſi pulchrum eſt & honeſtū nouum aliquem laudabilem morem inducere, quid nō pulcherrimum fuerit & honeſtiſſimum priſcos ignauia & inſcitia lapſos ac deſitos euocare? Cæterum, ut ad rem redeam, plebeiorum ſcriptorum operæ ac ſectatores leues, futiles & importuni locutores lucriones, ut illorum impietatem cauſentur, ferunt huiuſmodi uanos ſcriptores ac fabulatores, ac detractores fuiſſe poetas, poetarumque more ſcripſiſſe, & ob id eos excuſatione dignos eſſe, cenſent quaſi liceat Chri-

ſtiano

ſtiano homini uana, fœda, & obſcœna probitati, Chriſtianæque religioni aduerſantia docere, item aſſentari, mentiri, detrahere, & demum impune peccare. Non decet Chriſtianum hominem, quia poeta eſt, quia philoſophus, quia quacunque alia diſciplina ſit inſtructus ea ſentire, & docere, quæ probitati, ac Chriſtianæ pietati aduerſantur, non mentiri, non aſſentari, non alios nominatim taxare, non aliorum famæ & honori obtrectare & detrahere, non Chriſtianam legem, ac fidem ac uitam irridere, non res ſacras, & eccleſiæ dogmata profanis rebus miſcendo in fabulas uertere. Cum neque liceat Chriſtiano homini uel de profanis rebus fabulas aut confingere, aut ſectari, quas ſacræ literæ paſſim deteſtantur. Auguſtinus item uulgo poetarum fabulas & præſertim laſciuas inſectatur. Quas libro ſecundo de Doctrina Chriſtiana non modo allegorice interpretandas non eſſe, ſed ne eſſe quidem neceſſarias dicit. Tales magiſtros atque doctores abominatur Deus, huiuſmodi poetis, uerius nugatoribus & oblocutoribus, qui, ut ſæpe dixi, longe obſunt lectu, eius eccleſia non eget. Solon, ait Demoſthenes, legem tulit, ne quis mortuis obtrectaret. Romanorum leges duodecim tabularum, ait Cicero Tuſculano tertio, ſanxerunt, ne liceret poetis taxare ciuem, neque condere carmen ad alterius iniuriam. Quod igitur non licuit ethnicis, licebit Chriſtianis? Neuius ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis a triumuiris Romæ in carce-

rem coniectus eſt, nec inde eductus quouſque & petulantias ſuas, & maledicta diluiſſet. Quare ob quorundam poetarum inſolentiam, quam rabiem uocat Horatius, qui cum dente cruento peruncti fæcibus ora uel honeſtos & probos uiros maledictis lacerabant, iterum lex lata eſt a Senatu illo uenerando, ne liceret poetis homines nominatim taxare. Cuius legis Horatius ipſe Epiſt. libro ſecundo meminit, ubi ait. Quinetiam lex.

Pœnaque lata, malo quæ nollet carmine quenquam
Deſcribi.
Vertere modum formidine fuſtis
Ad benedicendum, delectandumque redacti.

Et in Poetica.

Lex eſt accepta choruſque
Turpiter obticuit ſublato iure nocendi.

Labieni libri, ait Seneca Declam. libro decimo, eo uiuente Senatus conſulto combuſti ſunt, quia maledictis homines laniabat. Auguſtus, ait Dion lib. quinquageſimo ſexto, inquiſiuit libellos editos ad aliorum iniuriam & in urbe per ædiles, & extra eam ubique terrarum per præfectos, & eos cremari iuſſit, & auctores puniuit. Sed quidam omnia ſibi ueluti poetis licere autumant, quòd pictoribus atque poetis æqualis ſit quidlibet fingẽdi poteſtas, illi pingendi, iſtis ſcribendi, quaſi quicquid libuit ethnicis, liceat Chriſtianis. Quo errore lapſi ſunt pictores quidã, qui utriuſque ſexus homines nudos prorſus pingunt & ſculpunt, unde ſpe-

de ſpectatores præcipue leues uerendis inſpectis ad turpia exciti turpi perfundantur uoluptate. Cum uel Horatius *ipſe in Poet. per obiectionem reſpondens ita pictoribus & poetis fingendi conceſſam eſſe poteſtatem dicat, ut non iniqua ac turpia fingant, ſed quæ a natura, & ab honeſto non abhorrent.* Sed *neque animæ aut maſculino aut feminino ſexu pingendæ ſculpendæque ſunt, cum omnino ſexu careant. Neque cum animæ ipſæ & angeli ſanctis uiris humana effigie apparuere nudi humana pudenda oſtendentes uiſi ſunt.* Iam *uero primi parentes poſt delinquium ut ſe nudos eſſe uiderunt, & ſi ſoli eſſent, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizometa, quo uerenda abderent. Et Sem & Iaphet Noe filij ne patris nudi iacentis ob ebrietatē genitalia contuerentur retrorſum faciebus auerſis illa pallio operuerunt. Sed neque illi ipſi utriuſque ſexus homines, quos uti deos colebat antiquitas, nudi incedebant. Porrò apud Lydos & cæteros barbaros, ait Herodotus libro primo, uirum nudum conſpici probro eſt. Qualis autem eſſe poeta, & quæ ſcribere, docereque debeat uel certe ex Horatio ipſo noſtri plebeij poetæ, uerius idiotæ diſcere potuiſſent, qui Epiſt. libro ſecundo poetæ officium deſcribens ait*

Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat.
T*orquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem*
Mox etiam pectus præceptis format amicis.
Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ

 Recte

Recte facta refert, orientia tempora notis
Inſtruit exemplis inopem ſolatur, & ægrum.
Caſtis cum pueris ignara puella mariti
Diſceret unde preces, uatem ni muſa dediſſet? Et Pla to libro decimo de Rep. Scito, inquit, hymnos in deos, & optimos uiros laudationes duntaxat ex poeſi in ciuitate admittere oportere. Sin autẽ uoluptuoſam muſam in canticis & carminibus acceptaueris uoluptas in ciuitate ac dolor pro lege, & illo, quod ſemper optimum eſt, ratione ſcilicet, dominabuntur. Hæc itaque *in eam ſententiam dicta ſint nobis, quod merito è ciuitate poeſim, quæ talis eſt, expulimus. Et de Leg. libro ſeptimo, Nemo poeta præter ciuitatis leges, & iuſta, uel honeſta, uel bona fingere quicquam audeat. Nec liceat quæ compoſuerit ulli priuatorum oſtendere antequam conſtituti hac de re iudices legumque cuſtodes & uiderint & approbauerint.* Harum autem *uulgarium uanitatum & laſciuiarum dux eſt & magiſter Franciſcus Petrarcha Florentinus, qui id tetrum & lethale uirus effudit, & euomit. De quo quaſi poſt hominum memoriam ingenioſiſſimo Tuſci facto quodam inani populariq́ue iactatione uſque ad tædium ac ſtomachum elati tantum ſe oſtentant, quantum nec Arpinates de ſuo Cicerone, nec Mantuani de ſuo Virgilio, neque tota Græcia de Homero & Demoſthene, neque illa ipſa Roma de ſua gloria atque* Im*perio. Aiunt inſuper nonnulli Petrarcham, quem ad cœlum ferentes præclari ingenij, ſummi iudicij,*

eximiæ

eximiæ doctrinæ uirum prædicant, latinam linguam ſuſcitaſſe, idque ſibi perſuaſum habent. O hominem bonæ frugi, ô hominem optimum maximum, ô columen latinarum literarum. Credo actum eſſet de latina lingua niſi Petrarcha eam ſuſcitaſſet. Tollendum nobis eſt oculos. Sed dicant obſecro qui ad exemplum fatui loquentes talia ludibrio digna dicunt, extincta ne erat latina lingua? Num non extabant doctiſſimi & eloquentiſſimi latinæ linguæ auctores? Num non grammatici latini ſermonis cuſtodes? Vt ipſe, qui nudius tertius, ut ita dicam, fuit, eam ſuſcitaret. An eloquens fuit? An ornate & eleganter latine ſcripſit? Vel latinam linguam elocutionibus, & lectis ac claris a ſe excogitatis uocabulis, & eloquentia auxit, exornauit? Sed nec quidem de M. Tullio, qui reuera ſua eloquentia, ac mirabili loquendi ſtylo, necnon multis & ijs lectiſſimis ac clariſſimis a ſe inuentis uocabulis, item elocutionibus & ſententijs ac diſciplinis latinam linguá ditauit & expoliuit, ac charior iucundiorque legendo fit, id dicitur, quod de Petrarcha nugantur. Si, ut iſti de eo prædicant, præclaro ingenio, acri iudicio, exquiſita doctrina præditus fuit Petrarcha, quid eſt quamobrem impolite, ineleganter, & parum latine ſcripſit? Sed culpam in tempus & ætatem conferunt, quaſi uero tempus & ætas fuerint in cauſa, ut non ornate polite, & eleganter latine ſcriberet. Præcluſus credo ſibi erat aditus, ne non doctiſſimos & eloquentiſſimos latinæ linguæ auctores

ſectaretur. Quod ſi tãto ingenio, iudicio & doctrina, ſi tamẽ doctrina dicẽda eſt polluit, ut in ſcribẽdis plebeio ſermone Cãtilenis futilibus & inanibus & obſcœnis rebus excellẽs euaderet, primaſq. teneret & inanẽ famã auſpicaretur, cur non eadem ingenij, iudicij, & doctrinæ felicitate ac dexteritate uſus eſt in latine ſcribendo, ut polite, ornate, & eleganter latine ſcriberet, ut uel inter mediocres latinæ linguæ auctores annumeraretur? Quod ſi ut bene & eleganter latine ſcriberet tẽpus ſibi fuit impedimento, ut quid eius ſectatores dicunt ipſum latinam linguam ſuſcitaſſe? Quare uideant uerum ne ſit illud Theophraſti, qui ſcribit Thuſcos natura ipſa in ſerijs rebus indociles eſſe, & ineptos, in futilibus uero ludicriſque rebus, atque in dicterijs, & cauillorum procacitatibus, & conuiuijs ingenioſos. Qualis autem quantaue fuerit Petrarchæ doctrina, atque iudicium, item in Deum pietas & religio ex hoc uel maxime intelligi poteſt, quòd inter tot ſua nugamenta, falſas, inquam, & adulatorias in Amaſiam ſuam Lauram corporis laudes, & libidinoſos amores, id quoque ſceleris crimen patrare auſus ſit, ut eam non modo beatæ Mariæ deiparæ illibatæ ſemperque Virgini exæquare non erubuerit, ſed ei etiam illam laude prætulit. Nihil eſt quidem quod eius aſſeclæ moleſte ferant, quòd hæc ipſe ſcribam. Non enim ſimultate aliqua in ipſum reliquoſque populares ſcriptores ſcribere ſum adorſus, ſed in Deum & ſimplicium animas pietate. Præſertim quod cer-

nam

nam Petrarcham multorum malorum fomitem ue-lut alterum cupidinem ab eius ſectatoribus longe mul tum amari atque defendi. Siquidē ait Laurā illā ſuā, ob quam diu tantum inſaniuit, ſpecie parem cuilibet mulierum fuiſſe, imo uero earum qualibet ſuperio-rem. Sed eius ingenij extitiſſe, ut nemo unus aliquan do in illius concupiſcentiam illiceretur. Id quod in ſo-la beata Maria fuiſſe traditur. Et tamen ipſemet iam ſacris initiatus fatetur ſe in illius turpem amorem at-que libidinem perdite exarſiſſe, & eo die, quo potiſ-ſime immenſa in Chriſtum charitate accendi ſibique compati, ac demum ab omni humana cogitatione, ne-dum a turpi animum abducere, & ad diuina illius di-ei myſteria contemplanda omnino transferre debuiſ-ſet, die, inquam, quo ipſe Chriſtus dei filius cruci ſuf fixus pro nobis patiens expirauit. Quare haud du-bie ſe ipſum omnium libidinoſiſſimum & intempera-tiſſimum fuiſſe oſtendit cum ſe eius amore captum, eamque diu arſiſſe fateatur, cuius turpi amore nul-lus alius, ut ipſe dicit, aliquando allectus fuerit, & eo die, quo, ut dixi, religioni ſolummodo intentiſſi-me uacare debuiſſet. Rurſum Lauram illam ſuam non modo interdum ſacram & ſanctam & deam, ſed etiam ſæpe ſolem appellat, beatā uero Mariā (ſcripſit enim quædā plebeio ſermone in eius laudē, ut miſceret ſacra profanis) ſole ueſtitam. Quid quæris? Cum uul go ſacris profanis comparet, quem imitati ſunt eius aſſeclæ. Fidem ſuam, ut ipſe uocat, uerius impie-tatem

talem, concupiſcentiam, & libidinem in Lauram, Petri & Magdalenæ in Chriſtum fidei confert. Deſiderium ſuum uidendi Lauram affectui ac religioni ſenis peregrini Chriſti effigiem Romæ uidere cupienti æqui parat. Amantium turpes & cupidineos affectus, ac geſtus, utputa pallorem, riſum, & huiuſmodi, quos ei ut ſcriberet cupidinem imperaſſe ait, mutuo beatorum in cæleſti gloria gaudio, cum inquit ſibi mutuo occurrunt, impudenter aſſimilat, quaſi etiam animæ in paradiſo ultro citroque commeent. Item ſicut, inquit *Chriſtus ſol humili in loco eſt ortus, ita Laura ipſa ſua alter ſol exiguo in pago nata eſt. Se cum Iacob Patriarcha ſanctiſſimo, Lauram amaſiam ſuam cum Rachele confert. Sed ic circo fortaſſe in hanc uanitatem eſt lapſus, quòd* Iacob *Patriarcha fuit, ipſe Petrarcha, litera una immutata, altera dempta. Ad hæc ipſius turpis in Lauram amoris cauſam non in malum animum ſuum, ſed in cupidinem, quem ethnicorum more deum amoris, iuuenem & pharetratum ſe ſpectare dicit, ſæpe reijcit, ut excuſationi daretur locus, & liberam hominis negaret uoluntatem. Dicit enim humanum conſilium aduerſus amorem ipſum unquam potuiſſe, ſeque fato obſtrictum ſæpe dicit, ut Lauram deperiret. Quod ipſum magnam hæreſim eſſe quis non dicit?* Aduerſus quam *inſanam & peruerſam opinionem ita Auguſtinus ait. De naturis hominum uani homines loquantur, quod inſipienter opinantur, ne gent uoluntatem, qua peccant, confingant neceſſitatem,*

tem, qua peccata defendant. Perditos mores, quos in terra ab hominibus deteſtantur, in cœlis etiam fingere conentur, & deſideribus manare mentiantur. Et Greg. Abſit hoc a fidelium cordibus ut eſſet aliquid ſatum dicant. Vitam quippe hominum ſolus hanc cõditor, qui creauit adminiſtrat. Neque enim propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter hominem ſactæ ſunt. Adhuc ſummum bonum in uoluptate epicureo more ponit, dicit enim cor ſuum in paradiſo habere cum Lauram commemorat, atque eo cibo animum ſuum paſcere, ideſt nectare & ambroſia, quo beati ueſcuntur cum Lauræ pulchritudinem contemplatur, aut conſpicatur. Atque ſicut beatis uita æterna eſt Dei eſſentia uti frui, ita ſibi uera ac ſumma felicitas, ac beatitudo eſt Lauram ipſam conſpicere, quam in terris, ut ipſe aperte dicit, adorauit, & in eam ſuam ſalutem poſuit. Rurſus ſemet idolatram eſſe oſtendere non erubuit Lauram idolum ſuum appellans. Quid? quòd eo arrogantiæ & impudentiæ ſit prolapſus, ut Romanam ſedem probris impetat innumeris, eam matrem, magiſtram, domicilium & fontem omnium malorum appellans, eique malum omen imprecatur. Atque, præter cætera, eam hæreſis templum appellat, cum nunquam tali labe fuerit infecta, ſed ſemper incorrupta permanſit, & permanebit uſque in finem. Et non ſolum in cantilenis ſed in ſuis triumphis hic perditus auctor uanus eſt, & præſe dementiam ferens puerilia & anilia, ac probitati & religioni aduerſantia

apud potentes & mulierculas inanes affectabant aucupari laudes, ſed ingenti atque incredibili Chriſto animas lucrandi, quæ ſua ipſorum erat pietas, tenebantur deſiderio. Chriſtus licet in puerili ætate ſapientia & doctrina plenus eſſet, nunquam tamen concionandi munus obire uoluit quouſque uir factus trigeſimum annum ageret. Ita & Ioannes, aliique prophetæ, ita & Apoſtoli, ac ſancti illi patres uerique paſtores. Qui Chriſti oues ſibi commiſſas ipſimet doctrina paſcebant & exemplo, non mercenarijs committebant. At ubi mos ille latine concionandi deſijt, & in Italia uulgari latiali, & in prouincijs materna lingua ſermonem ad populum haberi cœptum eſt, hoc tam magnum apoſtolicum & propheticum munus uel a rudibus & pueris imberbibus uſurpatum eſt. Exoriatur aliquis latini Romanique nominis, uirtutumque ſtudioſus, qui tum illum in templis concionandi, tum alios illos impendio uenerandos ac ſanctiſſimos mores excitet. Nam ſi pulchrum eſt & honeſtū nouum aliquem laudabilem morem inducere, quid nō pulcherrimum fuerit & honeſtiſſimum priſcos ignauia & inſcitia lapſos ac deſitos euocare? Cæterum, ut ad rem redeam, plebeiorum ſcriptorum operæ ac ſectatores leues, futiles & importuni locutores lucriones, ut illorum impietatem cauſentur, ferunt huiuſmodi uanos ſcriptores ac fabulatores, ac detractores fuiſſe poetas, poetarumque more ſcripſiſſe, & ob id eos excuſatione dignos eſſe, cenſent quaſi liceat Chri-

ſtiano homini uana, fœda, & obſcœna probitati, Chriſtianæque religioni aduerſantia docere, item aſſentari, mentiri, detrahere, & demum impune peccare. Non decet Chriſtianum hominem, quia poeta eſt, quia philoſophus, quia quacunque alia diſciplina ſit inſtructus ea ſentire, & docere, quæ probitati, ac Chriſtianæ pietati aduerſantur, non mentiri, non aſſentari, non alios nominatim taxare, non aliorum famæ & honori obtrectare & detrahere, non Chriſtianam legem, ac fidem ac uitam irridere, non res ſacras, & eccleſiæ dogmata profanis rebus miſcendo in fabulas uertere. Cum neque liceat Chriſtiano homini uel de profanis rebus fabulas aut confingere, aut ſectari, quas ſacræ literæ paſſim deteſtantur. Auguſtinus item uulgo poetarum fabulas & præſertim laſciuas inſectatur. Quas libro ſecundo de Doctrina Chriſtiana non modo allegorice interpretandas non eſſe, ſed ne eſſe quidem neceſſarias dicit. Tales magiſtros atque doctores abominatur Deus, huiuſmodi poetis, uerius nugatoribus & oblocutoribus, qui, ut ſæpedixi, longe obſunt lectu, eius eccleſia non eget. Solon, ait Demoſthenes, legem tulit, nequis mortuis obtrectaret. Romanorum leges duodecim tabularum, ait Cicero Tuſculano tertio, ſanxerunt, ne liceret poetis taxare ciuem, neque condere carmen ad alterius iniuriam. Quod igitur non licuit ethnicis, licebit Chriſtianis? Næuius ob aſſiduam maledicentiam, & probra in principes ciuitatis a triumuiris Romæ in carce-

de ſpectatores præcipue leues uerendis inſpectis ad turpia exciti turpi perfundantur uoluptate. Cum uel Horatius ipſe in Poet. per obiectionem reſpondens ita pictoribus & poetis fingendi conceſſam eſſe poteſtatem dicat, ut non iniqua ac turpia fingant, ſed quæ a natura, & ab honeſto non abhorrent. Sed neque animæ aut maſculino aut feminino ſexu pingendæ ſculpendæque ſunt, cum omnino ſexu careant. Neque cum animæ ipſæ & angeli ſanctis uiris humana effigie apparuere nudi humana pudenda oſtendentes uiſi ſunt. Iam uero primi parentes poſt deliquium ut ſe nudos eſſe uiderunt, & ſi ſoli eſſent, conſuerunt folia ficus, & fecerunt ſibi perizometa, quo uerenda abderent. Et Sem & Iaphet Noe filij ne patris nudi iacentis ob ebrietatē genitalia contuerentur retrorſum faciebus auerſis illa pallio operuerunt. Sed neque illi ipſi utriuſque ſexus homines, quos uti deos colebat antiquitas, nudi incedebant. Porrò apud Lydos & cæteros barbaros, ait Herodotus libro primo, uirum nudum conſpici probro eſt. Qualis autem eſſe poeta, & quæ ſcribere, docereque debeat uel certe ex Horatio ipſo noſtri plebeij poetæ, uerius idiotæ diſcere potuiſſent, qui Epiſt. libro ſecundo poetæ officium deſcribens ait

Os tenerum pueri, balbumque poeta figurat.
Torquet ab obſcœnis iam nunc ſermonibus aurem
Mox etiam pectus præceptis format amicis.
Aſperitatis, & inuidiæ corrector, & iræ

eximiæ doctrinæ uirum prædicant, latinam linguam ſuſcitaſſe, idque ſibi perſuaſum habent. O hominem bonæ frugi, ò hominem optimum maximum, ò columen latinarum literarum. Credo actum eſſet de latina lingua niſi Petrarcha eam ſuſcitaſſet. Tollendum nobis eſt oculos. Sed dicant obſecro qui ad exemplum fatui loquentes talia ludibrio digna dicunt, extincta ne erat latina lingua? Num non extabant doctiſſimi & eloquentiſſimi latinæ linguæ auctores? Num non grammatici latini ſermonis cuſtodes? Vt ipſe, qui nudius tertius, ut ita dicam, fuit, eam ſuſcitaret. An eloquens fuit? An ornate & eleganter latine ſcripſit? Vel latinam linguam elocutionibus, & lectis ac claris a ſe excogitatis uocabulis, & eloquentia auxit, exornauit? Sed nec quidem de M. Tullio, qui reuera ſua eloquentia, ac mirabili loquendi ſtylo, necnon multis & ijs lectiſſimis ac clariſsimis a ſe inuentis uocabulis, item elocutionibus & ſententijs ac diſciplinis latinam linguá ditauit & expoliuit, ac charior iucundiorque legendo ſit, id dicitur, quod de Petrarcha nugantur. Si, ut iſti de eo prædicant, præclaro ingenio, acri iudicio, exquiſita doctrina præditus fuit Petrarcha, quid eſt quamobrem impolite, ineleganter, & parum latine ſcripſit? Sed culpam in tempus & ætatem conferunt, quaſi uero tempus & ætas fuerint in cauſa, ut non ornate polite, & eleganter latine ſcriberet. Præcluſus credo ſibi erat aditus, ne non doctiſsimos & eloquentiſsimos latinæ linguæ auctores

ſectaretur. Quod ſi tãto ingenio, iudicio & doctrina, ſi tamẽ doctrina dicẽda eſt polluit, ut in ſcribẽdis plebeio ſermone Cãtilenis futilibus & inanibus & obſcœnis rebus excellẽs euaderet, primaſq. teneret & inanẽ famã auſpicaretur, cur non eadem ingenij, iudicij, & doctrinæ felicitate ac dexteritate uſus eſt in latine ſcribendo, ut polite, ornate, & eleganter latine ſcriberet, ut uel inter mediocres latinæ linguæ auctores annumeraretur? Quod ſi ut bene & eleganter latine ſcriberet tẽpus ſibi fuit impedimento; ut quid eius ſectatores dicunt ipſum latinam linguam ſuſcitaſſe? Quare uiderint uerum ne ſit illud Theophraſti, qui ſcribit Thuſcos natura ipſa in ſerijs rebus indociles eſſe, & ineptos, in futilibus uero ludicriſque rebus, atque in dicterijs, & cauillorum procacitatibus, & conuiuijs ingenioſos. Qualis autem quantaue fuerit Petrarchæ doctrina, atque iudicium, item in Deum pietas & religio ex hoc uel maxime intelligi poteſt, quòd inter tot ſua nugamenta, falſas, inquam, & adulatorias in Amaſiam ſuam Lauram corporis laudes, & libidinoſos amores, id quoque ſceleris crimen patrare auſus ſit, ut eam non modo beatæ Mariæ deiparæ illibatæ ſemperque Virgini exæquare non erubuerit, ſed et etiam illam laude prætulit. Nihil eſt quidem quod eius aſſeclæ moleſte ferant, quòd hæc ipſe ſcribam. Non enim ſimultate aliqua in ipſum reliquoſque populares ſcriptores ſcribere ſum adorſus, ſed in Deum & ſimplicium animas pietate. Præſertim quod cer-

nam

nam Petrarcham multorum malorum fomitem uelut alterum cup'dinem ab eius ſectatoribus longe mul tum amari atque defendi. Siquidē ait Laurā illā ſuā, ob quam diu tantum in ſaniuit, ſpecie parem cuilibet mulierum fuiſſe, imo uero earum qualibet ſuperiorem. Sed eius ingenij extitiſſe, ut nemo unus aliquando in illius concupiſcentiam illiceretur. Id quod in ſola beata Maria fuiſſe traditur. Et tamen ipſemet iam ſacris initiatus fatetur ſe in illius turpem amorem atque libidinem perdite exarſiſſe, & eo die, quo potiſſime immenſa in Chriſtum charitate accendi ſibique compati, ac demum ab omni humana cogitatione, nedum a turpi animum abducere, & ad diuina illius diei myſteria contemplanda omnino transferre debuiſſet, die, inquam, quo ipſe Chriſtus dei filius cruci ſuffixus pro nobis patiens expirauit. Quare haud dubie ſe ipſum omnium libidinoſiſſimum & intemperatiſſimum fuiſſe oſtendit cum ſe eius amore captum, eamque diu arſiſſe fateatur, cuius turpi amore nullus alius, ut ipſe dicit, aliquando allectus fuerit, & eo die, quo, ut dixi, religioni ſolummodo intentiſſime uacare debuiſſet. Rurſum Lauram illam ſuam non modo interdum ſacram & ſanctam & deam, ſed etiam ſæpe ſolem appellat, beatā uero Mariā (ſcripſit enim quædā plebeio ſermone in eius laudē, ut miſceret ſacra profanis) ſole ueſtitam. Quid quæris? Cum uulgo ſacris profanis comparet, quem imitati ſunt eius aſſeclæ. Fidem ſuam, ut ipſe uocat, uerius impietatem

talem, concupiſcentiam, & libidinem in Lauram, Petri & Magdalenæ in Chriſtum fidei confert. Deſiderium ſuum uidendi Lauram affectui ac religioni ſenis peregrini Chriſti effigiem Romæ *uidere cupienti æqui parat. Amantium turpes & cupidineos affectus, ac geſtus, utputa pallorem, riſum, & huiuſmodi, quos ei ut ſcriberet cupidinem imperaſſe ait, mutuo beatorum in cœleſti gloria gaudio, cum inquit ſibi mutuo occurrunt, impudenter aſſimilat, quaſi etiam animæ in paradiſo ultro citroque commeent.* Item *ſicut, inquit Chriſtus ſol humili in loco eſt ortus, ita Laura ipſa ſua alter ſol exiguo in pago nata eſt. Se cum* Iacob *Patriarcha ſanctiſſimo, Lauram amaſiam ſuam cum Rachele confert. Sed iccirco fortaſſe in hanc uanitatem eſt lapſus, quòd* Iacob *Patriarcha fuit, ipſe Petrarcha, litera una immutata, altera dempta. Ad hæc ipſius turpis in Lauram amoris cauſam non in malum animum ſuum, ſed in cupidinem, quem ethnicorum more deum amoris, iuuenem & pharetratum ſe ſpectare dicit, ſæpe reijcit, ut excuſationi daretur locus, & liberam hominis negaret uoluntatem. Dicit enim humanum conſilium aduerſus amorem ipſum unquam potuiſſe, ſeque fato obſtrictum ſæpe dicit, ut Lauram deperiret. Quod ipſum magnam hæreſim eſſe quis non dicit?* Aduerſus *quam inſanam & peruerſam opinionem ita Auguſtinus ait. De naturis hominum uani homines loquantur, quod inſipienter opinantur, negent uoluntatem, qua peccant, confingant neceſſitatem,*

tem, qua peccata defendant. Perditos mores, quos in terra ab hominibus deteſtantur, in cœlis etiam fingere conentur, & deſideribus manare mentiantur. Et Greg. Abſit hoc a fidelium cordibus ut eſſet aliquid ſatum dicant. Vitam quippe hominum ſolus hanc cõditor, qui creauit adminiſtrat. Neque enim propter ſtellas homo, ſed ſtellæ propter hominem ſactæ ſunt. Adhuc ſummum bonum in uoluptate epicureo more ponit, dicit enim cor ſuum in paradiſo habere cum Lauram commemorat, atque eo cibo animum ſuum paſcere, ideſt nectare & ambroſia, quo beati ueſcuntur cum Lauræ pulchritudinem contemplatur, aut conſpicatur. Atque ſicut beatis uita æterna eſt Dei eſſentia uti frui, ita ſibi uera ac ſumma felicitas, ac beatitudo eſt Lauram ipſam conſpicere, quam in terris, ut ipſe aperte dicit, adorauit, & in eam ſuam ſalutem poſuit. Rurſus ſemet idolatram eſſe oſtendere non erubuit Lauram idolum ſuum appellans. Quid? quòd eo arrogantiæ & impudentiæ ſit prolapſus, ut Romanam ſedem probris impetat innumeris, eam matrem, magiſtram, domicilium & fontem omnium malorum appellans, eique malum omen imprecatur. Atque, præter cætera, eam hæreſis templum appellat, cum nunquam tali labe fuerit infecta, ſed ſemper incorrupta permanſit, & permanebit uſque in finem. Et non ſolum in cantilenis ſed in ſuis triumphis hic perditus auctor uanus eſt, & præ ſe dementiam ferens puerilia & anilia, ac probitati & religioni aduerſantia

uerſantia ſcribit, ubique ſacra profanis miſcet, ubique laſciuus eſt. An non magna uanitas, quinetiam dementia & impietas eſt illa, cum in triumpho diuinitatis dicit, quod in cœleſti gloria, in qua & Lauram ſuam eſſe refert, & ſe eò peruenturum fore ſibi pollicetur, ipſe indice a beatis demoſtrabitur quaſi formoſiſſimus iuuenis, quòd Lauram deperierit, & ipſa a beatis commendabitur, quod ob corporis ſpeciem ab ipſo adamata fuerit? Cupidinem dominum ſuum (ſic enim ipſum ſæpenumerò appellat) in amatorio illo ſuo cupidineoque triumpho laudibus tollit innumeris, eum ſummum & tri‍ctorioſum ducem nuncupans, quòd tot miſeros Chriſtianos amantes uel adulteros, qui amaſias ſuas, uel maritas deperiere, uicerit, deque eis triumpharit. In quorum claſſe ſemet quoque, & dantem ciuem ſuum cum amaſia ſua beatrice enumerat. Et, ut more ſuo ſacra profanis confunderet, inter tot turpes amantes uel adulteros, uel ethnicos idolatras Iudith uiduam caſtiſſimam, & Abraam, & Iſaac & Iacob Patriarchas ſanctiſſimos ponit, quòd ſuas coniuges amauerint. Qui amor, præter id, quòd magnum in ſe myſterium continet, cõiugalis fuit, & utriuſque legis coniugium religio eſt & ſacramentum. Non cupido de his, ſed Deus uerus & æternus triumphauit, ſi ſic dicere licet. Non enim petulantiæ, ac turpi & libidinoſo amori inſeruiebant, ut Petrarcha ipſe, ut Dantes, ut Boccacius, ut alij eiuſmodi turpes amantes, ut de illis triumpharet cupido.

Quem

*Quem ipſe uti deum teſtatur, & pacis datorem uocat & auctorē. Pacem appellat amantiū conſenſum; Negat etiā in hoc ipſo triumpho prouidentiam, & liberam hominis uoluntatem, aſſerens cupidinem cunctos ui ad turpem amorem cogere mortales. In triumpho mortis, in quo ipſe infelix morti ſe addixit perenni, Lauræ animam, quam in paradiſo locat, percontatur, an in hac uita ipſum, mutuo adamauerit, eamque facit reſpondentem ipſum mutuo adamauiſſe, iam oſtendimus amorem illum libidinoſum fuiſſe. Denuum colloquitur cum ipſa anima de turpi amore, rebuſque laſciuis & Lauram ſolem appellat. In triumpho famæ prouidentiam negat & liberam homines uoluntatem, & omnia neceſſitate ac fato fieri aſſerit. Longum eſſet omnes eius ineptias proſequi, cum ſexcentæ ſint. Hæc, hæc eſt Petrarchæ doctrina, quam tantum uanum, rude, & infelix uulgus admiratur, ſectatur, & tuetur. Hoc eſt illud præclarum diuinumque ingenium ac iudicium tam ab imperito, ignauo & ſtolido uulgo laudatum. H*æc *ſunt uirtutum exempla, quæ iuuenibus & mulieribus tradidit.* Hic *eſt ille illecebrarum laſciuiarumque teterrimus fomes, magiſter uoluptatū, adoleſcentiū pernicies, Chriſtianorū epicurus, qui beatitudinē ſuā in uoluptate poſuit.* Hic *eſt ille doctor latinæ linguæ, ut dicunt, ſuſcitator, atque uti nam nō extinctor penè, qui iuuenes nō ad latinæ linguæ bonarumque artiū atq; uirtutū ſtudiū excitat, ſed ſuis nænijs ac ſpurcicijs eos impellit ad ruinam.* Hic *de-*

mum

mum eſt ille noſter ingenioſus poeta miniſter ac mancipium cupidinis, qui eandem ſemper canens cantilenam cupidini domino ſuo ſibi iubenti, ut ipſe fingit, ut uenereos amantium affectus ac geſtus aureis, ut ipſe ineptiat ac dementit, uerius luteis & deteſtabilibus literis ſcriberet; audiuit quam libentißime, ut miſeri Chriſtiani eo tanti ſceleris præceptore ac duce cupidini ipſi, imo diabolo ancillarentur. Atque per has ſuas fœdas cantilenas, Lauræque inanes & falſas corporeas laudes ſe uelut alterum cupidinem immortalem fore gloriatur. Et dum miſer laudi potius inani, quàm animæ ſaluti ſtudens immortalem ſe fore ſperat, morti ſe mancipauit æternæ, eas igni tradere negligens. Qua doctrina, & prudentia præditos, ac religione accenſos eius ſectatores putemus, cum ipſe eorum magiſter talis fuerit, talia ſcripſerit, & docuerit? Vnde iuuenes ut ſunt ad libidinem facti, uoluptate, quod ſæpe queſti ſumus, perfunduntur ocioſa, ac turpi, tantaque labe inficiuntur. Qui non ueras, admirandas, & immortales Scipionum, Deciorum, Fabiorum, Fabriciorum, aliorumque Romanorum uirtutes, ac triumphos, ſed unius barbaræ mulierculæ falſas & inanes corporeas laudes, & cupidinis triumphos curioſe legunt. Cæterum non deſunt ex eius ſectatoribus, qui ad excuſandas excuſationes in peccatis ingenioſi dicant Petrarcham non Venereo turpique amore in Lauram ſuam exarſiſſe, ſed eam ſpirituali ſiue honeſto amore dilexiſſe, quaſi ipſe unus aliquis ſanctorum uirorum,

uorum, & illa una aliqua ſanctarum mulierum fuiſſet. Sed fac ita eſſe: Si amor ille honeſtus & religioſus erat, quid eſt cur Laura non modo amorem Petrarchæ reſpuit, ſed ei etiam colloquium, atque ſui ipſius præſentiam denegat? Qua de re ipſe in ſuis amatorijs Cantilenis uehementer, & ut conijcio, ſimulate quæritur, & illam, quod eius amori reluctaretur, ſurdam, ſibi aduerſam, & inimicam appellat? Vnde mulieris conſtantiam, & ſui ipſius iam per tot annos intemperantiam oſtendit. Porrò mutua hominum honeſta & religioſa dilectio utriuſque ſanctimonia ac uirtutibus, non uanis & obſcœnis cantilenis, & corporis ſpecie ac liniamẽtis inuitatur & prouocatur. Nã, ait Cicero offi. libro primo, nihil eſt amabilius, nec copulatius, quàm morũ ſimilitudo bonorum. In quibus enim eadem ſtudia ſunt eædem uoluntates, in ijs fit ut æquè quiſque altero delectetur, ac ſeipſo. Et Salomon. Omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Ipſe uero petrarcha corporis pulchritudine ac liniamentis ac mẽbirs lauræ ad turpem eius amorem ſe alectum fuiſſe, non ſemel atque iterũ ac tertio ſed perſæpe fatetur. Quæ nõ modo ea ſingula ſuis in cantilenis proſequitur et contemplatur, eaque ſe contueri atque attrectare palpareque optat, ſed etiam ſuſpiria edit: & ſuauia, complexus, concubitum, nudas mulieres, obſcœnas res commemorat, ſeque talia turpia facere ardenter cupere dicit. Qui adeo eruditiſſimus & diligentiſsimus libidinum & ſpurciciarum magiſter eſt, ut

 ne

ne unus aliquis quidem ſuarum cantilenarum lector labe non inficiatur. Nam quòd Salomon in canticis membra quædam ſponſæ commemoret, non mulierem aliquam nominatim nominat, ſed ſpiritu ſancto afflatus futura præſentiens de beata Maria deipara, ſiue de eccleſia, & anima ſponſa Chriſti loquitur, quam inquit, recti, ideſt probi & ſpirituales uiri diligunt. Atque ibi per membra uirtutes, ſpiritualeſque operationes intelliguntur. Neque etiam honeſta pudica & religioſa mulier grauatur ſi alias ſui ſimiles mulieres ſicut ſe ipſam religioſus uir honeſto & caſto amore diligit, neque uir ipſe peccat quia ſic huiuſmodi mulieres dilexerit, nec ſe huiuſmodi amoris pudere, aut pœnitere debet, cũ uel Chriſtus quaſdam ſic dilexerit. Laura uero Zelotypia laborat, atq; ægrefert quòd Petrarcha aliam deperiret. Et ipſe quòd eam turpi & impudico amore proſecutus ſit, rationẽ appetitui ſuccubuiſſe dicit, ſeque peccaſſe, deum leſiſſe, cupidini, quem interim impium & crudelem tyranum appellat, ancillatum fuiſſe, tempus & animi dotes in huiuſmodi uano ac turpi amore abſumpſiſſe, deſiderium ſuum, cogitationeſque ſuas uanas & inanes fore, demum ſe huiuſce rei pudere & pœnitere fatetur. Quanquam, quia ſibi minime conſtat, alibi dicit, ſe iam ſenecta ætate huiuſce rei pœnitere non poſſe, ſed in eundem morem eam effſictim exarſiſſe, atque iam inde a principijs exarſit, ut ab hac ſententia deduci non poſſet, ut uere in eo completum ſit illud Salomonis. Adoleſcens

iuxta

iuxta uiam ſuam etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Nonnemo ipſum per Lauram uirtutem intellexiſſe fert, uultque quoſdam probos fuiſſe, qui probi eſſe noluerunt, atque ea ſenſiſſe, quæ nunquam excogitarunt, quaſi tempus, animique dotes inaniter conſumuntur, cum uirtus amatur. Demum dum ſe illum defendere quidam putant, grauius accuſant, nam conſequens eſſet, ut ſe puduerit ac pœnituerit amauiſſe uirtutem. Et certe ipſemet præter ea, quæ dicta ſunt, in ea cantilena, quæ in principio eius libri poſita eſt, ſe omnibus erroris materiam eſſe clare cognoſcere, ſeque ſuarum cantilenarum pudere aperte fatetur. Et in quadam epiſtola, quæ eſt ad Olimpum, præter cætera, ſic ait. Illa uulgaria iuuenilium laborũ meorum cantica, quorum hodie me pudet ac penitet, eodem morbo affectis ſunt acceptiſsima. Quod ſi auctorem eas cantilenas ſcripſiſſe puduit, cur non pudet alios eas legere? Sed ipſe dicit ſuas uanas & obſcœnas cantilenas gratas fore eodem morbo affectis, quo ipſe affectus fuit. Quòd ſi item ipſemet fatetur ſe erroris cauſam omnibus præſtitiſſe, ſeque ſuarum cantilenarum pœnituiſſe, quomodo eas eius ſectatores uaniſſimi homines ſpirituales fecerunt, ipſumque diuinum appellant? Faciant obſecro & meretrices & adulteros ſpirituales. Dantes quoque alagierius itidem Florentinus, út eſt huiuſmodi plebeijs ſcriptoribus mos, præter quod magnam barbariem redolet, ſpecie poeſis multas ineptias at-

que impietates effucijt. Nam contra catholicæ ſidei dogma in alia uita locum quendam ſcribit, quem ipſe limbum & eliſios campos nuncupat. In quo ueteres philoſophos, poetas, oratores, duces, aliosque ethnicos & idolatras homines modo aliqua diſciplina aut armis præſtiterint, qui ſine Chriſti fide deceſſerunt, ut Pythagoram, Platonem, Ciceronem, Homerum, Virgilium, & alios multos, uel mulieres nominatim locat. Vbi patres ueteris teſtamenti Chriſti aduentum preſtolantes commorabantur, & hos Chriſtum inde eduxiſſe, illos ibi reliquiſſe dicit, ſed eos inferorum pœnis addictos negat. Id quod magnam hæreſim eſſe nemo homo modo prudentia polleat, non dicit. Quinetiam ethnicorum idolatrarum quoſdam in purgatorio, ut ſuo utar uocabulo, ut Catonem, ut Oreſtem ut alios multos; Ripheum uero Troianum, cuius Virgilius Aeneid. libro ſecundo meminit, in paradiſo ponit. Quanquam ex eius operis ac ſectatoribus quidam per Catonem, Oreſtem, & huiuſmodi idolatras neſcio quas uirtutes Dantem intellexiſſe blaterant. Cum in purgatorio non uirtutes, ſed piacula expientur, atque animæ ut mox purgatæ fuerint (eſt enim tandem ibi expiationis finis) in cælum aduolant. Sed quam quæſo uirtutem per Riphum intelligit? Iuſtitiam fortaſſe, quia eum Virgilius iuſtiſsimum uocat. Ita ne in paradiſo cæleſtique gloria iuſtitiam per Ripheum & non per Chriſtum intelligemus? Iam uero cum dicimus Petrum in paradiſo eſſe non de fide, ſed

de ani-

de anima ipſius intelligendum eſt. Animas, quas ſuo arbitratu in purgatorio & in paradiſo locat, multas ethnicorum non hiſt orias modo, ſed fabulas ſibi, ſuoque duci Virgilio recitantes facit. Quod quam ſit nõ modo ridiculum, ſed impium & profanum uiderint omnes. Itemque in ſuo inferno, ad quem ipſe uerè fortaſſe deſcendit nunquam remeaturus, animas inferorum pœnis addictas ultro citroque commeare, ſibique mutuo occurrere dicit, ut Romani *pij & religioſi homines frequentes ac turmatim iubilei tempore ſuper ponte ælio diui Petri ædem religionis gratia ingenti pietate petentes, ab eaque remigrantes. Quod cur egerit non uideo, niſi quòd Romanorum pietatem ac religionem, & eccleſiæ tam ſanctum inſtitutum illudat. Nam ea comparatio animabus potius, quæ in alia uita criminibus expiantur, quodamodò (nõ enim animæ in alia uita ultro citroque commeant) congruebat, ò hominem adoleſcentem, ò hominem infantiſſimum, quem eundem inſulſiſſimum appellare decet. Nec quiſquam omnium profecto extra unum hunc & iudicio lapſum, & minime omnium prudentiſſimum hæc dicit Sed an ſperaſſemus aliquid pulchri dici hoc doctore uano, ne dicam demente? cuius uana doctrina, ſi tamen doctrina dici poteſt, nulli placet, præterquam rudibus, inanique uulgo. Item inferorum pœnis deſtinatos fortunæ obnoxios fuiſſe dicit, ut damnarentur, cui humanam rationem reſiſtere non poſſe nit. Quare & hunc & Petrarcham in Priſcillianam*

hæreſim lapſos fuiſſe liquido conſtat. Rurſum, quę de conſilij ſententia opus illud nulla alia ratione ſcripſit atque ut probris ſuos inimicos inceſſeret, maledictiſque ulciſceretur, pro libidine ſua, ut amor, aut odiũ eum impulit hos carpit & mordet, hos probat & laudat. Nam Chriſtianorũ alios in paradiſo, alios in purgatorio locat, pleroſque nominatim carpens, ac uitijs quibuſdã taxans inferorũ pœnis addictos ſcribit. Ne plura, in tantã temeritatẽ & dementiã eſt prolapſus, ut diuum Petrũ Cœleſtinũ ſummũ antiſtitẽ, quẽ eccleſia in numerũ ſanctorũ retulit, quod ſe pontificatui abdicauerit inſimulás, eique id uilitati animi aſcribés inter ſceleſtos & impios inferorũ pœnis deſtinatũ ſcribere auſus ſit. Quẽ licet nõ nominet, de eo tamẽ intellexit, id quod ẽt archiepiſcopus Florẽtinus ſuis in hiſtorijs aſſerit. Hæc & alia eiuſmodi multa hic noſter theologus & poeta furore illo ſuo rhymmico, uerſus diabolico ſcripſit. Quòd ſi infelix non Virgiliũ, ſed Chriſtũ, qui eſt uia, ueritas & uita, & deducit ad inferos & reducit, in ſuũ ducẽ, & præceptorẽ ſibi elegiſſet in tot errores atque inſanias lapſus non fuiſſet. Nam Virgilius ethnicus & idolatra ſi potuit ipſum ad inferos deducere, non potuit eum inde reducere. Hæc pauca de Dante & Petrarcha nominatim ſcribere libuit, queis tantos honores uulgus inanis cæcus & imperitus habent, ut illos in oculis ferant, & in cœlum uerbis efferant, quaſi nemo homo unquam poſt homines natos eis doctior & ingenioſior eſſet cum utique alter & al

ter,

ter, ut docui, longe plurimũ ca- endi ſint, nulloque numero habẽdi. Quid de nefandis & deteſtandis Buccatij ſcriptis dicã? Vere Buccatius qui tam uaſtã buccã oſcitans, ac Chriſtianã religionẽ irridens tot nefarias & libidinoſas fabulas edidit. Quid de Machiauelli ſomnijs ac nugis dicere habeo, qui tot maculas uiles ſuo nomini congruentes ſparſit? Quid de Leonardo Aretino homine ignorantiſſimo at nugaci ac rabula, qui dẽte cruẽto, ac perunctus fecibus os oẽs carpit & mordet? Hi & alij eiuſmodi ſunt Tuſcia tui Plebeij doctores, quibus ueluti ingenioſiores forent ingenioſiſſimis tantũ tibi blãdiris. Quos ſtultos dicã, an ne inſanos, an ne utrunque, quod melius eſt? Hanc tuſcã uanitatẽ & inſaniã & dẽmẽtiã, adde & ſermonis barbariẽ ſectati ſunt, ſectanturq. & alij Italorũ nõnulli uulgaribus uerſiculis allecti, quas probe quidẽ ipſimet rimas ideſt ſciſſuras uocant, quòd nil boni ac pulchri cõtineant. Ludouicus Arioſtus in ſuo Furioſo, in ſuaque furia Petrarchã ſuũ emulatus multa obſcœna ſcribit, & ſacra profanis miſcet. Sub hæremitæ nomine religioſos uiros ut laſciuos taxat, eiſque omnia uitia tribuit, apud quos uirtutẽ nullã eſſe dicit. Dei miſericordiam finitã intelligit, nam hominũ in hac uita exiſtentium peccata remiſſionis metam tranſgere dicit. Felicitatẽ in Venereo amore ponit. Ioannẽ Euangeliſtã in Paradiſo terreſtri cũ Enoc & Helia eſſe dicit, eumque Aſtolfo Paradiſi fructus edẽdos dediſſe negatur; qui tantæ, inquit, ſuauitatis erant, ut merito primipa-

rentes excuſatione digni ſint, quòd Dei præcepto nõ obtẽperauerint, quaſi Deus eos iniuſte punierit. Ibi ſiluas eſſe, & nymphas bellua uenãtes, & amantium uoa, ſuſpiria, & lachrimas eſſe m nitur, ibi epulas in aceruũ deiectas, quas elemoſinas pro animarũ ſalute oblatas eſſe ait, unde ſuffragia pro defunctis irridet. Idque tantum apoſtolum dixiſſe blaterat. Neſciens inſanus neſciens Deum primos parentes è paradiſo pepuliſse, ne ſumerent de ligno uitæ, & Cherubin cum gladio uerſatili in cuſtodia paradiſi poſuiſſe, nequis eò ingrederetur. Epicurus Caraciolus Neapolitanus uerè & Petranchæ & Epicuri ſectator in quodam ſuò dialogò tres cæços de uenereo amore facit colloquentes, eoſque, ut amaſiàs ſuas amarent, fato obſtrictos facit dicentes. Atque horum alium cœleſtem potentiam & ſtellas ingratas appellare facit, paradiſum in ore & oſculo amaſiæ ponit, amaſiæ ubera poma in cœlo collecta facit dicentem. Et ſacra profanis miſcens, amaſiæ pulchritudinem templo a Deo fabricato comparat, ſacrum chorum amaſiæ pectus eſſe blaterat, ibi cœleſtem harmoniam formari, templi organa amaſiæ geſtus, lampadem amaſiæ oculos, columnam, qua altare ſuſtentatur amaſiæ gulam, altaris luminaria amaſiæ gratias, ſanctas reliquias amaſiæ os, ſacrificium, quod in templo offertur, cor ſuum eſſe, ſeque uenereum amorem adorare ac colere ait. Iacobus Sannazarus itidem Neapolitanus in ſuis plebeij ſcriptis, ut eſt huiuſmodi hominum generi mos, paſtores induc

cit,

cit, qui ſæpe deorum pluralitatem, ut ſic dicam, teneant, eos precentur, ſummos, benignos, & potentes dicant, eis gratias agant, deas uenerandas & ſanctas appellent. Plura de priapo loquitur, & neſcio quam nympham priapum amplectentem, obſcœnam rem, facit. Superſtitioſa uerba perſæpe ſcribit. In libro de partu Virgini ſatis inepta & indecora utitur com paratione, nam beatam Mariam, cum ab angelo ſalutaretur, neſcio cui uirgini in ſtrophadibus inſulis conchas legenti & nauem aduentantem conſpicanti, & ob id pauenti, ac fugienti comparat. O inſanum hominem, non aufugit beata Maria cum ab Angelo ſalutaretur, nec aliquid colligebat, ſed orabat, & tur bata eſt, ideſt uehementer admirata. Item beatam ipſam Mariam, cum Chriſtum puerum perdidit lachrimatam, & ipſum inuentum amplexatam & exoſculatam fuiſſe nugatur. Atque etiam iuxta crucem ſtantem effuſam capillis, terras, & ſidera crudeles, ſeſeque crudelem miſeram & infelicem uocaſſe, cunctaque luctiſono ululatu repleuiſſe blaterat, quaſi beata Maria una aliarum mulierum fuiſſet, ut inſaniret, & quaſi Chriſti mortis cauſa eſſet, ut ſe crudelem uocitaret, quaſi etiam Chriſtus ſyderum poteſtati fuiſſet obnoxius, ut hæc eius mortis cauſa fuiſſent. Rurſum Dantem ſectatus locum, ubi ueteris teſtamenti patres commorabantur, quem limbum uocant, & inferorum locum, ubi animæ perenniter cruciantur, eundem eſſe aſſerit, ibi enim cerberum & acherontem

eſſe ſcribit. Ecquod iudicium, ecqua doctrina ac religio plebeÿs ſcriptoribus ineſt. Sed quid, quod quid dicant neſciunt? Sunt & alÿ plebeÿ ſcriptores eiuſmodi cõplures docti ſine literis, & ſine fide Chriſtiani. Et (heu tẽpora) ſacerdotes uel maxima dignitate præditi non modo in huiuſmodi uana & obſcœna & impia ſtudia tantopere incumbunt, ſed magnos etiã commentarios nugis & mendaciÿs plenos ædiderunt, & eorũ unus etiã, ut ipſemet fatetur, dum eſſet in ſynodo Tridentina, qui, præter cætera, nouem muſas, nouem choros angelorum eſſe dicit. De huiuſmodi nugatoribus, & uanis ac laſciuis ſcriptoribus anima iuſti Deum alloquens conqueritur, narrauerunt mihi, inquit, iniqui fabulationes, ſed non ut lex tua, omnia mandata tua ueritas. Hi ſunt magiſtri illi, quos, ut præſagiuit Paulus, uani auditores ac lectores prurientes auribus, & a ueritate ac pietate auditum auertentes, & ad fabulas conuerſi ſibi coaceruant. Hæc ſunt maniloquia, quæ multũ proficiunt ad impietatẽ. O bone Deus quando excitabis Principem, qui uenerandũ illum Romanum Senatum, & Auguſtum Cæſarem, & Apoſtolum tuum Paulum æmulatus omnes uulgares libros igni tradat, perpetuaque lege caueat ne amplius ſcribantur? Atque utinam iſtorũ uanorum & pernicioſorũ ſcriptorũ lectores Ambroſiũ Chaterinum uenerabilẽ antiſtitẽ compſanũ imitarentur. Qui cum aliquãdo, dum eſſet adoleſcẽs diaboli dolo circumuentus multũ tẽporis in huiuſmodi uanis, futilibus, & per-

perniciosis scriptoribus contriuiſſet, tandé Dei nutu reſipiſcés palinodiá cecinit, ſtylumque uertit. Atque *ſcriptores ipsos oēs a ſuo ſtudio prorſus ablegans quæcunque talia ediderat igni tradidit, monetque alios, ut ſui ipſius exemplo idipſum peragant. Cuius uerba hic adſcribere uolui, quæ hæc ſunt.* Nō *præteribo aliud magna quoque & graui animaduerſione dignū. Etenim, præter uenenatos hæreticorū libros, qui clam ueneunt & emuntur ab occultis eorū ſectatoribus, & ad illaqueandas curioſorū animas ſparguntur in uulgus, proſtrant etiá publice libri gentiliū & ueterū quorundá obſcœnorum poetarū laſciuijs & omni impuritate & impietate referti. Quæ certe talia ſunt, ut & ſi natura hominis non eſſet iam pluſnimio prona in improbas concupiſcétias ab adoleſcētia ſua, per hos tamé laſciuos & impios auctores bona ingenia facile corrumperentur. Quanto igitur ſtudio fugiendi ſunt in tanta naturæ corruptione & incendio, ne igni oleum addere magno cum noſtro malo procuremus? Nec deſuerunt ex noſtris, qui uates illos ethnicos imitari ſpurcis carminibus nō erubuerunt.* Hinc Petrarchæ *& Buccacij & eiuſmodi uariarum fabularum & libidinaſorum amorum enarratores, qui ſonoris & ſuauibus quibuſdam melodijs animas curioſorum ac ſtultorum rapiunt. Væh mihi miſero, qui olim puer imprudens ſuxi dulcia hæc uenena, ſed gratias ago Deo, cuius ego clementia tandem per angelum bonum expergefactus & admonitus agnoui mortem in olla, fleui amare,*

re, & miſericordiam imploraui, ne delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas recordari uellet dominus. Nam cum primum eiuſmodi ſtudij malignitatem & damna agnoui, quæcunque ſcripſerã & quantumuis a typographo illa in uulgus ſpargendi cupido peterentur, malui ipſe ea flammis comburere, quàm me ſimul cum illis aliquando æternis ignibus tradere comburendum. Et nunc expertus proteſtor, ſiquis prudens ab alterius exemplo diſcere uelit, hoc ſtudiũ multum conferre ad impietatem. Qui enim talibus uacant facile in ſuis concupiſcentijs naturæ leges fœdiſſimè peruertunt, & propterea merito in reprobũ ſenſum traduntur de me uno coniecturã faciens. Exiſtimo & alios eſſe in carne, qui pariter his illecebris queant ſuccumbere. Quamobrem optime prouideretur ſi eiuſmodi auctorum uolumina exponerentur ad ignem, cum nihil ibi ſit, quod ad ſcientiam ullam, uel artem bonam aut prudentiam ſpectet, quibus potius imbuendi eſſent teneræ ætatis adoleſcentuli, præſertim cum nulla uel longiſſima integra hominis ætas, & quantauis ingenij ubertas, atque felicitas ad ediſcendas plene bonas artes, & literas ſufficiat. Fertur *Octauius Auguſtus Ouidium ob librum, quem de arte amandi compoſuit, in ultimas & barbaras orbis oras relegaſſe. Hanc certe cauſam eius relegationis fuiſſe idoneam uoluit intelligi. Quod igitur ethnicus* Imperator *tanta pœna multauit, aut ſaltem dignam multa cenſuit, Chriſtianus ne princeps ſtare,*

& uulgo

& uulgo legi, ac etiam cum plauſu tractari patietur? Meminerimus obſecro non ab re illud a ſacra hiſtoria exemplum poſteris propoſitum, quod narratur factum Epheſi ad prædicationem, & perſuaſionem Apoſtoli Pauli. Multi, ait beatus Lucas, credentium, qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſerunt coram omnibus. Quid hic poteſt ab eo, qui Chriſtianus eſſ, & haberi uelit reſponderi? Multa quoque contra impia & execranda Machiauelli ſcripta, qui tot impietatis maculas ſparſit, probe ac docte diſſeruit. Quòd uos quirites obſecro & obteſtor, ut ueſtrorum progenitorum grauitatem, cæteraſque uirtutes æmulantes talium uanorum ſcriptorum ſcurriles, ludicros, hiſtrionaleſque, inutiles & laſciuos, atque importunos, atque execrandos uulgares libellos a ueſtris ædibus explodatis, eoſque igni exponatis hauriendos. Iamuero de eiuſmodi libellis quatuor præiudicia, ut oſtendi, a Senatu, ab Auguſto, a Lacedemoniis, ab Apoſtolo Paolo facta ſunt. Atque uobis ueſtram latinam linguam, quæ merito ſuo ab omnibus colenda eſt & uenerand a, necnon ueſtros natos, imo uero uoſmet de meliori nota commẽdo Nam ſi bonis artibus probiſque moribus imbuantur ex uſu ueſtro ueſtræque poſteritatis erit. Hactenus pro lingua latina, a cuius cauſa herculee acconſtanter ſtare curaui, mihi uideor Quirites quod ſentirem potiſſime dixiſſe. Quidni enim eam pro uirili parte mea defenderem? Quam quiſque bonus uindicare

tuerique

tuerique debet. Idque potiſſimum egi, quo adoleſcentes, qui antehac uulgarium ſcriptorum offucijs ac præſtigijs decepti, latinarum literarum ſtudijs omiſſis in plebeijs affanijs ac nænijs legendis operam luxerunt, ac longa agentes ocia corporis cura mentem obruerunt, ad ſtudia ipſa latinæ linguæ la ceſſem. Proinde ſolui ego Quirites, ut ualui, meum penſum, nunc ueſtræ partes ſunt ueſtram latinam literariam grammaticamque, & uernaculam uulgarem linguã tueri, & ab interitu, & ſceleratorum calumnijs uindicare, & loquelæ barbariem a ueſtra urbe arcere & ablegare.

GAB. BARRIVS FRANCICANVS DE AETERNITATE *Vrbis ad S. P. Q. R.*

PROOEMIVM

QVantú Quirites Romana uirtus Deo uiuo & uero grata fuerit, uel quidem profecto ex hoc uno maxime inſpici poteſt, quod ex omnibus orbis terrarum gentibus urbem Romam ab æterno ſibi delegit, quæ uel terreni, uel cæleſtis, id eſt ſpiritualis regni, totius orbis caput in æternum eſſet. Quantum item Romanum Imperium, Roma-

naque pax orbi profuerit ſiquis examuſsim circumſpexerit ex hoc facile intelliget, quòd ubi deſitum eſt obedientiam Romano ipſi Imperio a barbaris præſtari, uniuerſus orbis terra marique iam tot annos, heu calamitas, diſsidijs, rapinis, latrocinijs, direptionibus crebris, imo iugibus bellis, ſtragibus frequẽtibus ſeipſum uexauit & perdidit, uexatque etiamnum. Vnde hinc etiam animaduerti poteſt quanta ſit barbarorum cæcitas, &, ut hoc uocabulo utar, ingratitudo, nam cum populo Romano, qui uniuerſo orbi pacem peperit, pro tanto munere gratias maximas agere, etiam habere maiores, ipſumque amare ac colere ueneraríque deberent, longe ſecus atque debent, ſe gerunt. Nã, ut ſunt ingenio inhumani & ingrati, aliudque neſciant omnino ſtolidi ac ſtupidi, quàm alienæ inuidere uirtuti, Romanis, qui de uniuerſo orbe tot officijs quàm optime meriti ſunt, laudem ac gloriam inuident, ac detrahunt, quinetiam eos atroci atque hoſtili odio ſemper inſectantes ſplendorem & genus tanti nominis, quantum in ſe eſt, obnubilare, & è rerum natura tollere connituntur. Nam tantum munus, uniuerſam, inquam, pacem, ac ſecuritatem non aduertentes, ſed ſpecie recti maieſtatem Romani Imperij contumaciter auerſantes ac reſpuentes ſe illius obedientiæ ſub traxerunt, atque eorum quamplurimi Romanæ quoque fidei atque eccleſiæ obedientiam repudiantes ac reijcientes, in eam etiam cornua pertinaciter erexerunt. Animum & hi

mini-

nitate i. perpetuitate (hæc.n unà cũ latina Romanaq. lingua tandiu, quod oſtẽdemus ſtabunt, quandiu cœlũ mouebitur) aliquid loquamur, ut intelligant omnes, tum maxime Itali mei, licet ex alijs multis id intelligere poſſint, quantum Romanis debeatur, quantumque pro Romana incolumitate ac perpetuitate, Romanoque ipſo Imperio Deus ſit nobis orandus æternus. Atque etiam ut intelligant barbari, qui in hanc ſacram & æternam urbem ſacrilegi ac profani infeſta aliquando arma intulere, quantum ſceleris crimen patrauerunt. Qui utinam tandem aliquando a ſua mente amentiam aberuncarent, & ad Romani Imperij Romanæque fidei, atque eccleſiæ obedientiam redirent, idque erep. fore arbitrentur.

VRbs Roma a Romulo, qui & Imperij conditor eſt, poſt Ilij excidium annis quadringentis triginta tribus, ante uero Chriſti natalem annis ſeptingentis ſexaginta tribus undecimo Calendas Maias, ſiue, ut alij, xij. anno primo vij. olimp in mõte Palatino auſpicato, uerius diuinitus eſt condita. Nam cũ ab æterno Deus Opt. Max. filium ſuum in terras mittere deſtinaſſet, præſciretque Romuli progeniem humanitate, benignitate, probitate, clementia, iuſtitia, fide, religione, temperantia, modeſtia, prudentia, grauitate, animi fortitudine, cæteriſque uirtutibus omnes gentes ante ituram fore, atque uirtutum exemplis, non ſcriptis tantum, ut græci, barbaras

effe-

efferas, & inhumanas nationes ex ferino uiuendi ritu ad humanitatem traducturam, pacemque uniuerſo orbi parituram ſua diuina ſapientia hanc urbem condi uoluit, quæ ut dudum dixi, eſſet æterna, atque totius orbis caput, & moderatrix. Et quidem iure optimo, nam meliores deterioribus imperare & humana & diuina lex eſt, ut uniuerſo orbe unius Imperij ditioni ſubacto Chriſti fides ac doctrina per totum orbem terrarum diſſeminaretur, id quod ſub diuerſis imperijs nec ullo potis erat pacto fieri; in eaque Chriſti fidei atque eccleſiæ ſolium ac principatum ſtatueret, ut in ea & terreni Imperij, & regni cæleſtis, ideſt eccleſiæ primatus in æternum eſſet. Id quod Balaam cæleſti afflatus ſpiritu portendit, ut in numeris legitur, inde Daniel in interpretatione ſomnij Nabucdonoſor id ipſum explanauit. Felix urbs, cui tanta Deus præſtitere dignatus eſt. Felix Italia, in qua, præter alia innumerabilia dona, quæ Deus in ipſam contulit, tantam urbem condi uoluit. Itaque a paſtore Romulo, eoque regio ſanguine procreato uaria hominum commixtione confluente ſummis totius orbis terrarum paſtoribus (rex enim etiam populorum paſtor appellatur ab Homero) omnibuſque gentibus communis futura patria condita eſt. Id quidem nomen roma, nouiſſima litera ad primam hebræo more, amor eſt. Nec, ait apud Liuium libro quinto Camillus, ſine cauſa dij homineſque hunc urbi condendæ locum elegerunt, ſaluberrimos colles, flumen opportunum, quo ex mediterra-

terraneis locis fruges deuehantur, quo maritimi com meatus accipiantur. Mare uicinum ad commoditates, nec expoſitum nimia propinquitate ad pericula claſſium externarum regionum Italiæ medium ad incrementum urbis natum unice locum. Vbi præcipitat hyems, & gratum uer feſtinato ſuccedit. Eſt porrò Tyberis, quia de eo menſio facta eſt, cuiuſuis nauis capax, modo eius alueus purgatus ſit. De quo Plinius ſic ait. Tyberis tenuis primo. Sed intra Tiniam & Clanim duobus & xl. fluuijs auctus, præcipuis au tem Nare & Aniene, qui & ipſe nauigabilis. Latiũ includit a tergo. Nec minus tamen aquis, ac tot fontibus in urbem perductis. Et ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerum in toto orbe naſcentium mercator placidiſſimus. Pluribus probe ſolus quàm cæteri in omnibus terris amnes accolitur, aſpiciturque nullis. Nullique fluuiorum minus licet incluſis utrinque lateribus, nec tamen ipſe pugnat quanquam creber ac ſubitis incrementis, & nuſquã magis aquis, quàm in ipſa urbe ſtagnantibus. Quinimo uates intelligitur potius ac monitor auctu ſẽper religioſus uerius quàm ſæuus. Et lib. x. Laus caſeo Romæ, ubi omniũ gentiũ bona iudicatur. Et lib. 31. Clariſſima aquarũ omniũ toto orbe frigoris ſalubritatiſq. palma præconio urbis Marcia eſt inter reliqua deũm munera urbi tributa. Et ſubdit. Quantũ aqua uirgo tactu, tantũ præſtat martia hauſtu. Eius fõtes de lacu fucino manare Strabo tradit. Plin. uero eã in ultimis Pelignorum oriri ait, quæ Marſos & fucinũ tranſiens

Romam petit, mox ſpecu merſa in tiburtina ſe ap erit nouem millibus paſſuum fornicibus ſtructis perducta. Vrbem autem, ait idem, tres portas habentem Romulus reliquit, aut, ut plurimis tradentibus credamus, quatuor. Quæ uſque adeo creuit, ut eam athæneus alijque Græci ſcriptores compendium & epitome orbis uocent. Tradit in chronicis Euſebius poſt triumphum Actiacum Romæ *cenſu acto inuenta eſſe Romanorum ciuium quadragies ſemel centena, & ſexaginta millia. Chriſto uero nato & adoleſcente, ter & nonagies centena, & ſeptuaginta millia.* Romanus autem *populus ſtatim ab urbis edificationis exordio armis domi, hoc eſt in Italia, luctari cœpit, nec prius abſiſtit ab armis, quàm* I*taliam ipſam ſui iuris faceret. Luctatus eſt autem domi amplius quingentis totis integris annis, adeo difficile fuerat dare* I*taliæ caput, adeo bellicoſiſſimæ & fortiſſimæ ſunt Italiæ gentes, opulentiſsimæ urbes, & regiones uberrimæ. Quam, ait Strabo, Romani ad uniuerſi orbis Imperium perfugiumque ſtruxerunt ac propugnaculum. Quandoquidem Italia domita atque Imperio ſubacta (mirum & incredibile dictu) minus ducentis ſequentibus annis populus Romanus Africam, Europam,* A*ſiam, totum denique orbem terrarum bellis uictorijſque peragrauit, quoſcunque exercitus ſibi marique terraque obuios parua manú, paruoque negotio proſternens, eos quoquò aufugiſſent aſſequens, non multitudini, ut barbari, ſed uirtuti confidens. Vnde prouer*

bium

bium erat, ait Plut. Romani plures eunt legati, quàm pugnaturi. Quare didicerunt barbari quantum uirtus & ars multitudini antecellat. Licet enim Romani in multis prælijs ſuccubuerint, omnia tamen bella proſpere confecerunt. Q. Fabius Aemilianus, ait Strabo libro quarto, triginta uix militum millibus ducenta Gallorum millia ad internitionem dedit. Lucullus, ait Plutarchus, cum triginta militum millibus Tigranem centum quinquaginta millia peditum, & quinquaginta quinque millia equitum, ſagittariorum & fundatorum uigintimillia, operibus addictorum triginta quinque millia habentem profligauit. Mitridatem uerò centum uigintimillia peditum, & ſexdecim millia equitum, magnam cataphractorum manum, ac centum currus falcatos habentem cum decem millibus peditum, & duobus millibus & quingentis equitibus ſuperauit, occidit autem ſupra centum quinquaginta millia. L. Scipio Aſiaticus Antiochum Syriæ regem trecenta armatorum millia, & centum uiginti elephantos, & currus falcatos plurimos habentem debellauit, magnaque clade affecit, ac cum paucis ultra montem Taurum fugere coegit. L. Sylla Mitridatis copias prælio fudit cæſis hoſtium centum millibus. C. Marius uno prælio Theutonum & Ambronum ducenta millia cæcidit, nonaginta millia cepit. Cimbrorum uero centum quadraginta millia peremit. ſexaginta millia cepit. C. Iulius Cæſar, ait Sex. Ruffus, cum ſeptem legionibus, quæ quaterna milli-

[illegible] *DD* [illegible] *milia*

militum Italicorum habuerant, Gallias & Germaniæ partem ſubegit, atque ſupra ducenta Gallorum millia trucidauit. Magnus Pompeius, ait Plut. Cum quingentis nauibus ſupra octingentas pyratarum naues omnia Maria infeſtantium merſit, ducentas cepit. Strabo uero libro xiiij. Pompeium ſupra mille & tricenta pyratarum nauigia cremauiſſe ſcribit. Claudius Cæſar, ait Trebellius, trecenta uiginti Gothorũ millia deleuit, duo milla nauium merſit. Aurelianus, ait Vopiſcus, cum trecentis præſidiarijs Sarmatas erumpentes in Illirico ſolus attriuit. Probus quadringenta prope barbarorum millia per Gallias uagantes parua manu trucidauit. Stilico Honorij dux ducenta Gothorum millia cum eorum duce Redagaſio apud feſulas deleuit. Huiuſmodi exempla ſexcenta ſunt. Primo bello Punico, ait Plinius, Claſsis Duilij ab arbore exciſa ſexageſimo die nauigauit. Secundo bello Punico claſis Scipionis quadrageſima die a ſecuri nauigauit. Dion de mirabili Danubij ponte loquens a Traiano facto nihil eſſe ait quod hominũ manu & opibus Romanis effici nõ poſſet. In ſingulari autem & pedeſtri & equeſtri cõgreſſu nullis unquã ceſſere Romani, ſed ſemper fuere uictores. Romulus, *ut pauca hac de re dicam, Acronem Ceninenſium ducem interemit. Tres* Horatij *tres Curiatios cõfecerunt. Cornelius Coſſus Lartẽ tuſcum Veientum ducem confodit. Q. Aulius Sannitũ ducem transfodit, Val. Coruinus, & M. Torquatus Gallos ſuſtulere prouocantes. Claud. Marcellus*

cellus Gallorum regem, ex prouocatione cecidit. Claudius Aſellius Iubelium Tauream *campanum prouocantem ſuperauit, iugulaſſetque ni ille fugiſſet. Q. Criſpinus Badium Campanum prouocantem uicit, peremiſſetque ni ille ſe fugæ dediſſet. Minor Africanus gigantem Hiſpanum occidit. C. Marius hoſtem obtruncauit. Pompeius Magnus Coſim fratrem regis Albanorum trucidauit.* C. Iulius *Cæſar gigantem in belgis occidit. M. Seruilius uir conſularis, ait Plut. in P. Aemilio uigeſies ter in ſingulari certamine pugnauit; & ſemper hoſtem interfecit.* Haud *dubium & alij Romani per omnes ætates fuere, qui in ſingulari certamine hoſtes uicerunt prouocantes. Circiter annum Chriſti M. D. ſenis duo Hiſpani duos* Italos *quicunque hi forent, ad certamen prouocant,* Itali *duo, quorum alter Vmber Tiracoſſus dictus; alter Romanus* Iulianus *nomine pugnam oblatam ſuſceperunt.* Iulianus *ſocio in tibia uulnerato & in terra proſtrato contra duos Hiſpanos ſtrenue dimicans, & ſocium ne occideretur, tuitus eſt, & altero Hiſpano interempto, alterum ſaucium in deditionem recepit. Noſtra memoria M. Antonius Niger* Romanus *eques Caroli quinti Cæſaris miles a Gallo quodam, ut cum eo equeſtri pugna confligeret prouocatus certamen minime detrectans illico prodijt in medium, pugnam cum illo initurus. At Gallus ſuis in inſidijs locatis in medio curſu ſiſtit gradum, ſiſtit & Romanus illum certamen detrectare arbitratus, ſicque ab illis una cũ*

inhabitabiles ſunt, & a paſtoribus habitantur, ſubiecisse. Siquidē Imperatores Romani ac Senatus ſua & Imperij intereſſe non arbitrabantur feris & inopibus populis imperare, quòd eos Imperio parere multoplus in commodi, quàm commodi foret, reges tamē & principes a Romanis petebant & accipiebant. Et Ioſephus de bello Iudaico libro tertio ſcribit Romanos militiæ diſciplina Imperium, non fortunæ munere queſiuiſſe, Imperijque limites ab Oriente Euphrates, ab Occidente Oceanus, a Meridiano tractu Africæ fertiliſſima regio, a Septentrione Danubius. Et libro ſexto Deum Romanis fauiſſe dicit, nilque ipſos effugiſſe, niſi quod propter æſtus aut frigora eſſet inutile. Item Agrippa in oratione ad Iudæos apud Ioſephū libro ſecundo Romanos totum orbem terrarum ſubieciſſe ait, atque, præter alias gentes Romanis ſubiectas, Parthos commemorat, & Aethiopas, & Germanos, & Britanos quaſi alterum orbem incolentes, & Mæoticas gentes, apud quas olim nec domeſticus dominus noſcebatur, omneſque gentes, quæ in orbe habitabili degunt. Et Titus apud eundem Ioſephum libro ſeptimo Iudæos alloquens, præter alias gentes, Germanos & Britanos Oceano ſeptos ſeruire Romanis, eorumque arma adorare dicit. Et Strabo libro quarto ait. Romani Germaniam minori negotio, quam Hiſpaniam ſubegerunt, & libro ſeptimo. Germanos Imperio ſubactos Germanico clariſſimum præbuiſſe triumphum ſcribit. Licet quidem negent Germanos a

thæ, Garamantes, Aethiopes legatos cum donis miſerunt. Et Virgilius libro ſexto Octauium ſuper Garamantas & Indos Imperium protuliſſe, Romamque Imperium terris, animos Olympo æquaſse ſcribit. Item Ouidius faſtorum libro primo ait.

Iuppiter arce ſua cum ſpectat in orbem
Nil niſi Romanum quod tueatur habet.

Et Strabo libro decimoſeptimo, Aethiopia, inquit, a tribus Romanis cohortibus, nec ijs ſatis plenis cuſtoditur. Quam rebellem Petronius cum decem millibus peditum, & octingentis equitibus domuit. Et libro decimo ſexto. Nabateos & Sabeos felicem Arabiam incolentes Romanis paruiſſe, Aeliumque Gallum Arabiam domuiſſe tradit. Id ipſum ſcribit Plin. lib. ſexto. Et Machabeorum lib. primo Romanorum uirtus ac potentia deſcribitur, & laudatur, quòd conſilio ſuo & patientia uniuerſum orbem ſubegerint. Et Euangeliſta ait: Exit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis: Vniuerſum inquiunt, orbem, utique, ut oſtendi, totam terram habitabilē. Nam ait Latini eloquij parens Cicero in Acad. Qui loquitur de uniuerſis nihil excipit: Quid enim poteſt eſſe extra uniuerſa? Iamuero, ut dixi, Deus ab æterno Romanum Imperium uniuerſo orbi dominaturū fore ſtatuit, quo Chriſti filij ſui fides in uniuerſo orbe ab Apoſtolis promulgari poſſet. Et Chriſtus præcepit eis uniuerſum orbem peragrare, & euangelium non his tantum, aut illis populis, ſed omni creaturæ

præ-

prædicare, neque gens eius fidei expers eſſet. Qui, ait in epiſtola Ioannes, factus eſt propitiatio pro peccatis totius mundi & rurſus Chriſtus apud Lucam in actis Apoſt. uſque ad ultimum terræ apoſtolos teſtes ſibi fore dixit. Et Marcus, itemque Paulus ad Rom. *Apoſtolos ubique gentium Euangeliũ prædicaſſe ſcribunt. Cum igitur Deus Romani Imperij miniſterio ſit uſus, quo Chriſti Euangelium ac fides in uniuerſo orbe omni creaturæ ab Apoſtolis nunciaretur, uniuerſuſque orbis Octauij edicto ſit cenſus, quis neget uniuerſam terram habitabilem Romanis fuiſſe ſubiectã?* Inde *Scythas, Parthos, Arabas, Gothos, alioſque barbaros ſæpe rebellantes attriuere & ditioni Romanæ ſubdidere Romanæ Reip. principes, ut Veſp. Trai. Ant. Pius, Aurel.* Alex. *Claudius, Iuſtinianus, ac reliqui. Monarchiam autem conſtitui neceſſe fuit ob communem hominum utilitatem. Quando certe ex regnantium multitudine bella, lites, ſeditiones, alternæ inſidiæ, cædes exoriuntur. Monarchiam uero inexpugnabilem eſſe contingit. Cuius adminiſtratio utiliſſima eſt & neceſſaria.* Facilius *enim unus uir, unuſque populus probus inueniri poteſt, quàm multi. Non enim omnes, ſed pauci uirtutes amplectuntur. Quòd ſi Princeps, aut populus unus malus eſſe contingerit, ſatius tamen eſt unum eſſe malum, quàm multos. Quare Orpheus uir utique prudens & ſapiens ex Vlyſsis perſona græcorum multitudinẽ alloquens ait. Nõ plures numero, ſed princips unicus eſto. Et eum ſequutus Home-*

Homerus ex eiuſdem Vlyſſis perſona itidem græcorum conuentui loquens Iliad. libro ſecundo eundem uerſum repetit. Aſſeritque ex Hectoris perſona poteſtatem ex Deo eſſe, ut eſt certe. Et Hiero ymus ad Ruſticũ monachum ſcribens inſit. Nulla ars abſque magiſtro dicitur. Et muta animalia, & ferarum greges ductores ſequuntur ſuos. In apibus princeps unus, grues unam ſequuntur ordine literato, Imperator unus, iudex unus prouinciæ, epiſcopus unus. Roma ut condita eſt, duos fratres ſimul habere non potuit reges, in parricidio dedicatur. In naui unus gubernator, in domo unus dominus, in quouis grandi exercitu unius ſignum expectatur. Ex toto autem orbe terrarum Deus non Atticos, Atticæque regionis Athenas urbem mundanarum ſcientiarum, mundanæque ſapientiæ condam domicilium, non Aegyptios, aut Chaldæos multarum artium inuentores, non Hebræos populum olim ſuum peculiarem, Hebraicæque regionis Hieroſolimam urbem iam olim electam, cui populo ſoli ſe aperte manifeſtauit, ſuamque diuinam legẽ tradidit, ex cuius ſobole filius ſuus erat naſciturus, ſed Latinã gentem, Latijque urbem Romã ab æterno, ut retuli, ſibi delegit, in qua totius orbis terrarum terreni Imperij, atque eccleſiæ, fideique ſuæ æternam ſedem, æternamque ditionem locaret. Quod Romani prudentia, iuſtitia, temperantia, fortitudine, fide, probitate, benignitate, humanitate, clementia, gratitudine, conſtantia, animi magnitudine, modeſtia, grauitate, mu-

munificentia, religione, reliquiſque uirtutibus omnibus cunctis gentibus, abſit uerbo inuidia, præſtent. Quanquam hæc omnia uno prouerbiali uerſu exprimi poſſint. Iuſtitia in ſe uirtutem complectitur omnem, cum Romani fuerint iuſtiſsimi. Iuſtitiæ autem fundamentum, ait Cicero, eſt fides, quam Romani etiam hoſtibus ſeruabant. Vnde Cicero Off. primo ait. Tantopere apud maiores noſtros iuſtitia culta eſt, ut ij, qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, eorum patroni eſſent more maiorum. Voluptates autem prorſus auerſabantur. Quare Athenæus libro duodecimo ſic ſcribit. Optime fecerunt Romani in omnibus boni, qui Lucio Poſthumio Conſule Alcium & Philiſcum extra ciuitatem eiecerunt propter uoluptates, quas introducebant. Quas Romanorum uirtutes, ac maieſtatem, ingentemque liberalium artiũ, iuriſque ciuilis appetentiá quis pro dignitate ediſſerat? Qui licet olim ethnici eſſent & idolatræ, quia naturæ legem ſectantes uitia omnia profligare, & ſe optimis moribus, uirtutibuſq. cunctis, nec non religione, diuinoque cultui deuincire ſtudebant, ita chari, itaque grati Deo uero fuere, ut eius ope uniuerſo orbe terrarum potiti ſint. Quàm autem honeſta, quàm expedita Romanorũ conſilia, quàm euigilata, qua pacis, qua belli facile diſſeri non poteſt. Interim enim in urbe ſeditione, fame, & peſte eodẽ tempore laborabant, extra uero hoſtes non uno in loco habebant, aduerſus quos plures habere exercitus.

Senatus

Senatus enim qui,ut in Liuio uidere liquet, tricentorũ numero conſtabat, ſua prudẽtia & ſapientia his oĩbus feſtinato conſulebat ſingulis de rebus inhiens rationẽ. In ciues etiã ſuos,ut par erat, æqui ac benigni erant. Dum Porſenna obſideret urbem, ait Liuius lib. ij. in tanta neceſſitate Senatus plebem a tributo liberauit, decreuitque,ut diuites conferrent,qui oneri ferẽdo eſſent,pauperes ſatis ſtipendij pẽdere ſi liberos educant. Siniſtrã autẽ & ſecundã fortunã æquo animo ferebãt. Nam neque aduerſis rebus ſuccumbebant,neque proſperis ſuperbe & inſolẽter ſe efferebãt. Atque nõ modo nõ inſultabãt uictis,ut barbari facere aſſolent, ſed eorũ calamitatis cõmiſereſcebant.Regũ,qui in triumpho ducebantur, fortunã deplorabant, quòd ex tanto faſtigio decidiſſent. Illa crymatus eſt Marcellus Syracuſanæ ciuitatis caſum ac ruinam antequam illa caperetur. Fleuit Scipio Carthaginis excidium, dum cremaretur. Aſſurrexit Paulus Aemilius Conſul Perſeo Macedonum regi a ſe capto, eiuſque infelicitatis miſeratus lacrymauit. Plorauit P. R. ob miſericordiam ipſius Perſei miſeriam, dum cum filijs a Paulo Aemilio in triumpho duceretur. Vnde ſolus in orbe terrarũ populus Romanus dignus orbis Imperio fuit dignus omni & humano & diuino fauore, & admiratione hominum. Hinc ſcilicet profecta eſt uox illa C. Mutij ad Porſenam apud Liuium lib. ij. nunquam ſatis laudata, fortia facere, ac fortia pati Romanum eſt. Quare ex bellica laude & Reip. adminiſtratione nulla

nulla unquam gens ad Romanos aſpirare potuit, nec poterit quidem. Delphicum oraculum, ait Athenæus lib.iij. Romanorum Imperium admirabile dixit & incredibile. Melinus ſiue Erinna Lesbia ſic apud Stobæum ad Romam ait.

Salue mea Roma, filia Martis,
Aurea mitra decora, bellicoſa regina
Auguſtum utinam ſis ſuper terræ Olympum
Semper infracta tibi ſoli antiqua
Ea largita eſt parca, gloriam firmiſsimi
Regalem Imperij, ut præpotens
Habens Imperium moderaris, & ducem agis,
Tuo autem ſub iugo quæ habent fortia lora
Pectora terræ & cani maris
Conſtringuntur, tu autem tutò gubernas
Vrbes populorum, omnia autem quod labefactat
Tempus & immutat uitam uarijs uicibus rerum
Tibi ſoli ſecundum uentum Imperij non mutet.
Certe enim inter omnes
Tu ſola fortiſsimos uiros
Egregie paris, fœcundum Cereris
Vt comportes fructum a uiris.

Cæterum neque cuiquam genti niſi iniuria laceſsiti bellum intulere Romani. *Quæ aut aduerſus ipſos, aut aduerſus ipſorum amicos & ſocios arma ſumpſiſſet, aut qui ipſorum hoſtes fugientes iuuiſſent, aut ſuſcepiſſent, aut eorum legatos contra ius gentium uiolaſſent. Vnde ideo felicia bella eſſe, quia iuſta eſſent,* præſe-

præſeferebant. Nec tantum exitu eorum quòd uincebant, quantum principijs, quòd non ſine cauſa ſuſcepiſſent, gloriabantur. Pleraſque tamen ciuitates, genteſque a ſe iure belli captas uictaſque liberas & immunes eſſe, regeſque multos itidem a ſe iure belli uictos regnare ſinebant. Victis regibus populiſque ignoſcebant, atque, ut legati Antiochi in Senatu dixere, poſitis aduerſus omnes mortales certaminibus haud ſecus quàm dij generi humano & parcebant & conſulebant. Multos etiam prouincijs a ſe iure belli captis locupletarunt. Nam erepta Antiocho Aſia, ciuitates ac regiones inter ſocios diuiſere. Indicantes uictoriæ gloriam Romano nomini uendicádam, opum luxuriam ſocijs relinquendam. Eumeni enim partem regni ipſius Antiochi dedere, Rhodijs Lydiam & Cariam, Maſiniſſæ Symphacis regni partem quotam tradidere. Quare Maſiniſſa per filium in Senatu dixit, ſe regnum a populo Romano partum auctumque & multiplicatum habere, uſu regni contentum, ſcire dominium & ius eorum, qui dederint eſſe. Pompeius ait Eutropius Deiotaro regi Galatiæ Armeniam minorem tribuit. Vermina Symphacis filius, ait Liuius libro primo dec. quartæ, per legatos petijt a Senatu, ut rex ſociuſque & amicus appellaretur. Regibus quoque, qui aduerſus Ariſtonicum auxilia tulerant, ait Iuſtinus libro trigeſimo ſeptimo, præmia a Romanis perſoluta, Mitridati Pontico Syria minor, filijs Ariſtoarathis regis Capadociæ, qui eodem bello ceciderat,

perſoluta, Mitridati Pontico Syria minor, filijs Ariſtoarathis regis Capadociæ, qui eodem bello ceciderat, Lycaonia & Cilicia datæ, feliciorque populus Romanus in ſocij filios, quàm mater in liberos ſuos fuit. Dabant & de ſe merentibus ſocijs claſſes integras & inſtructas, ut Pruſiæ regi Bithiniæ. Multis prouincijs reges conſtituebant. Ariouiſtus rex & amicus a Senatu *conſule C. Iulio Cæſare appellatus eſt, ut Cæſar ipſe Bel. Gal. libro primo prodit. Tarcodementus, ait Strabo libro quartodecimo appellatus fuit a Romanis rex* Amanidum. *Herodes alienigena, ait idem libro decimoſeptimo, ab* Antonio & *inde ab* Aug. Hieroſolimorum *rex conſtitutus fuit. Capadocibus, ait idem libro duodecimo, libertatem a Romanis oblatam recuſantibus, & regem petentibus, ut quem uellent regem ſibi deligerent conceſſum eſt. Qui Ariobarzanem elegerunt. Multas item ciuitates ac gentes ciuitate Romana, aut latio, aut Italico iure donarunt. Veterum offenſarum, ait apud Suidam Polibius, memoriam nullam præſeferebant. Victores eaſdem pacis conditiones ferebant uictis, quas ante uictoriam tuliſſent, ut* Scipio *Africanus legatis Antiochi regis apud Liuium belli* Aſiatici *libro ſeptimo dixit.* Ioſephus *etiam belli Iudaici libro ſexto, Romani, inquit,* Imperio *manſueti ſunt. Licet etiam omnes in prælio hoſtes uicti iure belli occidi potuiſſent, innumeri tamen uiui capiebantur, qui a capiendo captiui, & a ſeruando ſerui dicti ſunt. Horum*

Ro-

Romani fere greges habebant, nam alij decem, alij uiginti millia poſſediſſe perhibentur. Socios item protegebant, reges iniuſte è regnis a populis ſummotos in ſuum quenque regnum reſtituebant, iurgia dirimebant, prouincias ab aliorum incurſionibus tutabantur. Principes ciuitatis & generatim in ciuitatem populumque amicos & ſocios populi Romani, & ſpeciatim in capita hominesque ſuam in fidem clientelamque recipiebant, tuebanturque, ut Cicero in libro de diuinatione ſcribit. Qui ſic ait. Clariſsimi uiri noſtræ ciuitatis temporibus optimis hoc ſibi ampliſſimum pulcherrimumq. ducebant ab hoſpitibus clientibusque ſuis ab exteris nationibus quæ in amicitia populi Romani ditioneque eſſent, iniurias propulſare, eorumque fortunas defendere. Marcum Catonem illum ſapientem clariſsimum uirum & prudentiſsimũ cum multis graues inimicitias geſſiſſe accepimus propter Hiſpanorum*, apud quos conſul fuerat, amicitias. Plinius libro ſecundo, Deus inquit, eſt mortali iuuare mortalem, & hæc ad æternam gloriam uia, hac proceres iere Romani. Maro quoque in buccolicis nullibi gentium principes, quos diuos appellat, tam clementes & fauorabiles, quàm Romæ ſe inuenire dicit. Quam uelut alterum mundum, aut quoddam cælum deorum eſſe ſedem ait. Regibus ſocijs & amicis, & eorum, nec non aliorum ſociorum & amicorum legatis hoſpitia publica ſumptuſque præbebant, eiſque Senatus quàm mox fieri poterat, dabatur, ne diutius in urbe detinerentur. Munera præterea*

magnifica regibus impendebant. Ipſi uero in prouincias proficiſcentes modeſtiæ ac temperantiæ cauſa paucos admodũ domeſticos comites ducebant. Enimuero Scipio Africanus a Senatu miſſus, ut res imperiaque totius orbis componeret, ut darentur, ad quos pertinebant, quinque domeſticos tantum ſecum adduxit, ueluti teſtatur Polibius, ac Poſſidonius apud Athenæum libro ſexto, atque uno in itinere mortuo domum ſcripſit, ut alius ſibi in illius locum mitteretur. Iulius autem Cæſar, qui primus omnium hominũ inſulam Britaniam cum mille ſcaphis penetrauit, tres domeſticos omnino ſecum adduxit, ueluti Cota eſt auctor, qui tunc ſecundum locum in caſtris obtinebat, in commentario. Ob quam in omnes gentes modeſtiã, humanitatem, iuſtitiam, fidem, munificentiam, & charitatem, cæteraſque uirtutes multi reges populum Romanum ſuorum regnorum inſtituerunt hæredem, ut Attalus, ut Ptolomeus, ut Nicomedes. Hinc populo Romano a multis regibus uenit hæreditas. Alij quidam reges filijs ſuis impuberibus populum Romanũ tutorem inſtituerunt, ut Micipſa. Demum quotquot ciuitates, populi ac nationes ab alijs infeſtabantur, ad populum Romanum tanquam ad tutiſſimam arcẽ, ac certiſſimum fideliſſimumque perfugium, omnium iniuriarum uindicem confugiebant. Ipſe uero, quia, ut dixi, ad adiuuandum modis omnibus mortales, & ad protegendum oppreſſos natus eſt, ut pius pater ſingulos quoſque ad ſe confugientes, eiuſque opem poſcentes

ſcentes tuebatur. Adhæc Romanorum beneficio cunctis totius orbis, quo ultro citroque commearent, longiſsimaque ſubirent itinera, conficerentque, liber expedituſque in toto orbe patuit aditus. Quod ipſum nunquam quidem obuenit antea. Vtque opportunius id fieret, terreſtria itinera ſtratis munitiſque uijs Romani facillima reddiderunt. Atque ad uitandas cliuorum difficultates, uiarumque diuerticula colles quamplurimos effodi ac complanari, ualles repleri, ac ſingulis amnibus firmiſsimos tutiſsimoſque ac pulcherrimos pontes fieri curauerunt. Habebant autem *uiæ ipſæ, ut Plutarchus teſtatur in Gracchis, lapides ad utrunque marginem per modica interualla erectos, in quibus & feſſi uiatores ſederent, & equitantes equos conſcenderent. Affixæ etiam erant per ſingula paſſuum millia columnæ modice altæ, quæ inciſis literis milliarium numerum indicarent. Vtque etiã maritima itinera facilius tutiuſque nauigantes conficerent aſperrimis duriſſimiſque exciſis ſcopulis uniuerſa littera portubus ornarunt. Harum rerum monumẽta uel hac noſtra memoria & in Italia paſſim, & in prouincijs aut integra, aut ſemiruta uiſuntur. Maria uero ac terras ſceleratorum hominum pernicie ac peſte quadam purgauerunt. Nam Maria omnia ſublatis extinctiſque a Pompeio pyratis tutiſsima reddiderunt, atque eos ne de cætero pyraticam artem exercerent repreſſerunt. Rapina latrocinioque uiuentes, ut ab his malis artibus deſiſterent, cohibuerunt, Spar-*

taco à Craſſo, aliiſque latronibus ab aliis Romanis ducibus deletis. Cato, ait Liuius lib. ij. quartæ dec fœneratores ex Sardinia fugauit. O ſi uigeret modo Romana illa grauitas & maieſtas, quæ huiuſmodi harpyas, mercatores inquã, & fœneratores ab Italia fugaret. Lucullus quoque, ait Plut. mercatores uniuerſam Aſiam incredibili peſte ueluti harpyas labores mortalium depaſcentes eiecit. Pecudum ritu laſciuientes, ut humano ciuilique more uiuerent, Romani & docuerunt & compeſcuerunt. Portenta omnia ſuſtulerunt, atque ne ea de cætero forent, coercuerunt. Nam, ait Plinius libro trigeſimo, Senatus conſultum factum eſt, ne homo imolaretur, palamque in tempus ſoluit ſacri prodigioſi celebratio. Gallias utique poſſidet, & quidẽ ad noſtram memoriam. Nam Tiberij principatus ſubſtulit Druidas eorum, & hoc genus hominum uatum medicorum. Non ſatis æſtimari poteſt quantum Romanis debetur, qui ſubſtulere monſtra, in quibus hominem occidere religioſiſſimũ eſt, mandi uero ſaluberrimum. Galli enim, ait Cæſar, pro uictimis homines imolabant, & omnia, quæ uiuis corãi fuiſſe putabantur, uel ſerui & clientes funeribus confectis unà cremabantur. Hanc diræ immanitatis religionem, Aug. ait, Suet. ciuibus interdixit, Claudius penitus aboleuit. Carthagínienſes, ait Plato in Minoe, filios Saturno litabant. Scoti humanis ueſcebantur carnibus. Campaniæ plerique populi, ut Baiani, Cumani, Puteolani, & Neapolitani,

quia

quia frequentiſſimus fuit eis uſus libidinum ſpurcarum, a linguarũ colluuie dicti ſunt opici & obſci, ideſt obſcœni. Vnde uerba impudentia obſcœna dicuntur. Inde prouerbium, opica translatio ideſt turpis, ait Iſidorus. Tuſci, ait Val. Max. lib. ix. ne parum quidem feroces in pœna excogitanda fuerunt, qui uiuorum corpora cadaueribus aduerſa aduerſis alligata atque conſtricta ita, ut ſingulæ membrorum partes ſingulis eſſent accomodatæ tabeſcere ſimul paterentur, amari uitæ pariter ac mortis tortores. Quod ipſum Virgilius lib. viij. memoriæ prodidit. Licet more poetico id Mezẽtio tyranno tribuat. Qui de Hetruſca *gente Mezentioque ipſo illius rege loquens ait.*

Hanc multos florentem annos rex deinde ſuperbo
Imperio, & ſæuis tenuit Mezentius armis
Quid memorem infandas cædes, quid facta tyranni
Efferam? Dij capiti ipſius generique reſeruent.
Mortua quinetiam iungebat corpora uiuis
Componens manibuſque manus, atque oribus ora,
Tormenti genus, & ſanie taboque fluentes
Complexu in miſero, longa ſic morte necabat.

H*uius crudelitatis horrendæ ſæpe meminit Auguſtinus. Et iam conſtans opinio eſt, tyrannum a tyrrhenæ gentis præcipua crudelitate dictũ fuiſſe. Captiuos autẽ grauibus admodum, & moleſtijs uinculis uinciebant. Vnde ortũ eſt adagiũ, uincula tyrrhæna.* Hi *mollẽ & uoluptariã uitam agebãt, ſibi id ntidẽ uiciſſim cõdicebãt, & pudorẽ exuti pecudũ ritu laſciuiebãt, atq; in-*

ter cætera, genio ſexus ſui peſſime abutebantur. Quibus, ut Timeus, Atheneo libro duodecimo referente, prodit, nudæ ancillæ in menſis miniſtrabant. Lege etiam, ut Atheneus libro eodem refert ex Theopompo, ſancitum erat apud eos, ut mulieres eſſent communes, quæ in curandis expoliendiſque corporibus plurimum uacabant. In gymnaſijs nudæ & inter ſe ipſas, & cum maribus nudis exercebantur. Nec turpe eis erat, ſi nudæ ſpectarentur. Cœnabant autem nõ cũ uiris ſuis, ſed quibus cũ contingiſſent, & quibus cũ uoluiſſent permanere, quæ bibaciſſime erant. Pueros autem ſuos communibus feminis ortos communi ac patrio ritu educabant, qui eſſent omnino ignorantes. Peculiare ipſis erat nihil pudere, nihilque turpe apud eos erat in propatulo nec facere ne pati. In ſympoſijs ad profundam uſque noctem commorabantur plurimis lucernis accenſis, ad quos, cum eſſent epoti, miniſtri mulieres pulcherrimas, & formoſiſſimos pueros introducebant, quibus cum laſciuiebant, atque ita ut plerunque nullo habito pudore, ſe inuicem ſpectarent. Maxime autem pueris oblectabantur, qui pulcherrimi ſunt, cum delicatiſſime uiuant, & corpora ſua expoliant. Ad heſperum habitantes barbari picæ ad uellendos totius corporis pilos utebantur. Erant apud eos quamplurimæ officinæ, huiuſque rei artifices, ſicut apud nos tonſores, in quas ingredientes illis omnes corporis partes nudas præbebant palam ornandas nullo pudore habito. In delitijs autem,

ut Alcinus ait, ad tibiam edebant, & ſe mutuo flagellis cædebant, & pugnis decertabant. Eoque modo uiuentes beate ſe uiuere exiſtimabant. Herodotus etiam & Dionyſius Halicar. libro nono ſcribunt. Tuſcos uoluptarios fuiſſe domi, belliquecumque, ut Theopompus ait, mulieres ipſis eſſent communes, filijque ac filiæ communibus femmis orti, præpoſteraque Venere uterentur, pecudum ferarumque ritu promiſcue in concubitus ruebant. Nam ignota ſibi ſanguinis propinquitate patres cum filijs ac filiabus, fratres cum fratibus ac ſororibus, filij cum matribus coibāt. In ſerijs autem rebus Tuſci ipſi, ait apud Nicolaum Leonicum Theophraſtus, natura indociles ſunt & inepti. In conuiuijs uero ludicriſque rebus, ac circa dicteria, cauillorumque procacitates ingenioſi. Ad quæ innumerato ingenia natura habent. Quæ antiqua animorum & inuſta penitus uitia inſanabilia eſſe comprobante pythia, quem iam conſulerant, & experientia didicerunt. Quibus Romani ſamnionibus & hiſtrionibus utebantur. Cum enim Romani peſtilentia grauiter affligerentur, Senatus, ut populum bellicoſum ludis leuaret, ludos decreuit, & hiſtriones ex Tuſcia acciuit, quòd huic rei natura ſint aptiſſimi. Qui Ludiones, ait Liuius libro ſeptimo, ex Etruria acciti ſine carmine ullo, ſine imitandorum carminum actu ad tibicinis modos ſaltantes haud indecoros motus more tuſco dabant. Cuius rei meminit etiam Cornelius Tacitus libro quartodecimo. Hiſtriones

autem, ait Cicero libro primo de Orat. quòd eorum ars leuis ſit, a ſtipendijs militaribus repudiebantur. Qua hiſtrionica & ludicra ac geſticulatoria, ac ridicularia uanaque arte, quam falſo comœdiam uocant, etiam nunc impleuere Italiam. Vacabant quoque Tuſci plurimum malefici arti, cuius rei meminit Theophraſtus libro nono de plantis. Vbi ait Eſchylus in Eliacis, copiam medicaminum uenenorumque Hetruriæ tribuit. Gens Tyrrhena ſuis clara maleficijs. De qua etiam Arnobius aduerſus gentes libro ſeptimo ait. Hetruria genitrix & mater ſuperſtitionis eſt. Dabant etiam tuſci, ut clemens Alex. in oratione ad gentes prodit, operam neocromantiæ inſano uanorum hominum commento. Et rurſus: Tuſcorum uanam religionem irridens ait. Tuſci barbari genitalia Dionyſij in ciſta quadã poſita, quæ Titanes ex Parnaſſo ipſis attulerant, uenerabilem pietatis doctrinam magna ueneratione colebant. Et Liuius Bel. Mac. lib. nono, prima mali tabes bacchanalium ex tuſcia Romam uenit. Auguralem quoque & auſpicalem & haruſpicinam uaniſſimam artem impendio ſatis colebant. Quam Tages ſuus diaboli figmentum ipſis tradidit, ut Cicero libro ſecundo de Diuin. ſcribit. Qui & libro primo hanc uanam diſciplinam irridens ait. Reor in extis aut totam Hetruriam delirare, aut eandem gentem in fulgoribus errare, aut fallaciter interpretari. Et paulo poſt. Irrideamus hauruſpices uanos; futiles

eſſe

eſſe dicamus. Ob falſam fallacemque hauſpiciorum interpretationem Tiberius Gracchus tuſcis indignatus, ipſos barbaros, uti erant, appellauit, exireque iuſſit. Irridet Seneca Tuſcos philoſophos uti ineptos, quòd fulgur á Ioue in terras mitti dicerent. Pyraticam quoque artem exercentes, ut Diodorus Siculus libro ſexto tradit, mare diu latrocinijs infeſtarunt. Id etiam Cicero docet in Hortenſio, ut ſeruius in octauum Maronis librum ſcribit. Et Strabo libro ſextò tuſcorum erumptiones & latrocinia commeminit. De his, ut mea fert opinio, intellexit Plato libro ſextò de Rep. ubi ait. Pyratarum furta & latrocinia maxime circa Italiam abundabant. Hæc & alia eiuſmodi mundi monſtra, ac turpiſſmum, ac fœdum in pecudum morem uiuendi ritum, atque immanitatem Roma optimorum morum magiſtra, uirtutum omnium ſpecimen, rerum domina, lumen orbis, omniũ gentium patrocinium & refugium, Italiæ decus & ſplendor uelut frugi parens, & prudens & diues ſuſtulit, humanitatem cæteraſque uirtutes barbaras nationes docuit. Quia uero de tuſcis incidit ſermo, operæpretium eſt, præter ea, quæ de ipſis in libris pro lingua latina dicta ſunt, hic quoque alia quædam ſcribere, & ſi uagari uideatur oratio. Nam cum undique thraſonicas iactationes & glorias ſpirent & ambiant, peculiareque ſit eis, ait Timeus itemque Maro, nihil pudere, nilque boni habeant, aliena temere & audacter ſibi uendicant Bathyllum

quen-

quendam poetam mediocrem fortaſſe tuſcum imitantes. Qui cum Virgilij uerſus quoſdam in Auguſti laudem æditos, Virgilio ipſo, alijſque auctoris nomen tacentibus ſe illos compoſuiſſe mentitus eſſet, magnam apud Auguſtum ſibi gloriam & fauorem conciliauit, ab eoque non modica munera accepit. At patefacta ueritate, ac furto detecto, omnibus, ut par erat, riſui ac ludibrio fuit, quod ipſum ijs, qui aliena ſibi aſciſcunt, uſu uenire ſolet. Item Tuſci *ipſi. Romanum latinumque nomen ac glòriam agreſti odio ab illis ipſis Imperij primordijs proſequuti illud funditus tollere atque abolere ſummopere laborauerunt. Nam ne* Imperij *fundamenta iacerentur, toto pectore impedire niſi conati ſunt. Quandoquidem aduerſus Aeneam arma ſumpſere, quo ipſum a Latio deturbarent. Sed ab eo fuſi fugati & cæſi, atque ultra Tyberim ſe continere iuſſi coactique ſunt. Siquidē, ut Liuius libro primo auctor eſt, tantum opes Lauinij & Albæ creuerant maxime fuſis etruſcis, ut nec morte Aeneæ, nec inter muliebrem tutelam, rudimētumque primum puerilis regni mouere arma aut Mezentius etruſcique, aut ulli alij accolæ auſi ſint.* Inde Romulum *urbem Romam edificantem Veientes cæterique Tuſci exturbaſſent, ni, ait Velleius, Romulus adiutus fuiſſet legionibus Latini aui ſui. Nam firmare urbem nouam tam uicinis Veientibus alijſque Tuſcis cū imbelli & paſtorali manu uix potuerit. Quos ueientes Romulus aduerſus ſe arma ſumentes fudit, fu*

gat

gat & cædit, eiſque agrum, qui ſeptempagi dicebatur, ademit, Romanumque agrum transtiberim pro tulit. Inde Porſenna Tuſcorum rex urbem obſedit, quorum impetum unus Horatius tandiu ſuſtinuit, quandiu pons ſcinderetur Tarchon Tuſcorum rex apud Virgiliū libro undecimo Tuſcos ſuos quòd terga Camillæ Volſcorum reginæ uerterint, obiurgans, ipſos timidos & impudentes, tum animis ſegnes & ignauos eſſe, ocio inſuper & luxuriæ, & gulæ tantum deditos dicit, ait enim.

Quis metus, ò nunquàm dolituri, ò ſemper inertes
Tyrrheni, quæ tanta animis ignauia uenit?
Femina pallantes agit? atque hæc agmina uertit?
Quo ferrum, quidue hæc geritis tela irrita dextris?
At non in uenerem ſegnes, nocturnaque bella
Aut ubi curua choros indixit tibia Bacchi
Expectare dapes, & plenæ pocula menſæ.
Hic amor, hoc ſtudium, dum ſacra ſecundus aruſpex
Nuntiet, ac lucos uocet hoſtia. pinguis in altos.

Cumque Romani Tuſcis aduerſus gallos ſuppetiàs iuiſſent, bellum illud aduerſus ſe uerterunt, nam galli hac re indignati Romam perrexerunt & ceperunt. Tuſci uero ingrati tunc agrum Romanum uaſtabant, ſed tanti ſceleris ſoluerunt pœnas nam a Camillo deleti ſunt. Inde ſæpe arma aduerſus Imperium mouentes fuſi fugati & cæſi ſunt a Romanis, ac ueluti pecora ſubhaſta uenditi. Rurſus gallos ex hoſtibus pecunia ipſis data ſocios aduerſus Romanos facere conacti ſunt

ſunt. Dicunt quoque Tuſci ipſi Florentiam hæredem eſſe Imperij populi Romani, quas inſanias Leonardus Aretinus ineptians ſcribit, quaſi Roma extincta ſit. Cum, ait Valla aduerſus Leonardum ipſum ad Petrum Candidum ſcribens, ſciamus ipſos Feſulanos a peſſimo mortalium Sylla, qui primus tyrannus fuit, pro colonia eſſe deductos, atque ab ipſo ſtatim tempore facinoroſos ſceleratoſque fuiſſe, ut omnes perditos ſcelere & parricidio ſuperarent. Siquidem duce Manlio ſocios ſe Catilinæ uſque ad bellum illud teterrimum præſtiterunt. Et quod manifeſtum eſt eorum genus argumentum apud Feſulas ideſt apud Florentiam bellum eſt geſtum, ut aut omnes illi Syllani latrones extincti ſint, aut ſiqui remanſerunt, tanquam parricidæ ſumma ignominia ſint notati, de quibus meminit Salluſtius, atque item Cicero in ſecundo libro contra Catilinam. Itaque Feſulæ non colonia Senatus decreto P. Q. R. ſcitu deducta, ſed a Sylla tyranno ueluti colonia non Romanorum ciuium, aut latini nominis, ſed latronibus & facinoroſis referta eſt, è cuius reliquijs Florentia eſt excitata. Quare Florentia non Imperij Romani, ſed ſyllæ ſyllanorumque teterrimi ſceleris eſt hæres. Seruij locum in Virgilium de Corito latij urbe loquentis deprauarunt, & ad ſuum commodum coaptarunt, ut Dardanum latinum hominem, & primam Imperij originem in Tuſciam repetant, de qua re mox. Ecce nunc tibi Tuſcia tuus uetuſtius uiuendi mos a

priſcis

priſcis auctoribus ſcriptus, & a Romanis, quo ad fieri potuit, ſublatus, quæ tantum tibi places, tantum tibi arogas, quaſi tu una in tota Italia reliquos Italos omnes, uel illos ipſos Romanos Latinoſque homines gloria præſtes. Hæc autem aliaque de te, tuiſque uulgaribus ſcriptoribus non quidem ſimultate aliqua a me ſcripta ſunt, cum omnes Italos æque diligam, ſed quo tuorum audaciam, qui pluſnimio glorian tes aliena ſibi uendicare, uanaque ſectari ſoliti ſint, deprimam, & de cætero deſinant alienæ laudi ac gloriæ detrahere, & aliena ſibi aſciſcere, ſeque inaniter efferre, & ut uulgari uanitate, ac loquendi barbarie omiſſa, grauia, & latinæ linguæ maieſtatem, ut Italos decet, in uulgari uero ſermone & ipſi & reliqui Itali latialem uocem, quòd Italæ linguæ fons latium ſit, ſectentur, latine inqualn res graues ſcribant, non uulgares nænias. Nunc autem qi ia tranſuerſum digitum a propoſito diſceſſiſſe uidemur, ad illud redeundum eſt. Militarem autem Romanorum diſciplinam & exercitationem tum alij, tum Ioſephus belli Iudaici libro tertio ſcribit. Quas Romanorum præclaras uirtutes, præter cæteros ſcriptores, Dionyſius Halicar. longe multumque admiratus, hæc inter alia libro primo ſcribit. Liceat diſcentibus ueritatem ſentire de urbe Roma quòd conuenit, niſi omnino ruſtice erga eam, & infeſte ſe habeant, neque ægre ſeruitutem ferant, quæ merito fa-

cta eſt. Naturæ enim lex eſt omnibus communis, quam nullum diſſoluit tempus, deterioribus ſemper imperare meliores. Neque fortunam incuſent tanquã ciuitati minus idoneæ tantum Imperium, ac iam diu gratis largientem, cum ex hiſtoria edicerint, quod innumeras ſtatim ab initio, poſtquam condita eſt, protulerit uirtutes uirorum, quibus nec magis religioſos, aut iuſtiores, neque maiori temperantia in omni uita uiros, neque in bellicis fortiores ulla alia urbs tulit, neque Græca neque Barbara, abſit iam uerbo inuidia, quiddam tale inopinatorum admirabiliumque profeſſio. Et Auguſtinus ad uitalem. Romani præclare & glorioſiſſime uixerunt. Et ad Marcellinum. Deus enim ſic oſtendit in opulentiſſimo & præclaro Imperio Romanorum quantum ualerent ciuiles ſine uera religione uirtutes, ut intelligatur hac addita fieri homines alterius ciuitatis, cuius rex ueritas, cuius lex charitas, cuius modus æternitas. Paulus Romanas leges implorare minime dubitauit, ciuem Romanum ſe eſſe proclamans, quos tunc affligi uerberibus non licebat. Itemque ne iudæis eum interimere cupientibus traderetur, Cæſaris popoſcit auxilium, Romani quidem principis, ſed non Chriſtiani. Hebræi, qui tum ſolus dicebatur populus Dei, Machabeorum tempore cum Romanis iam tum ethnicis & idolatris amicitiam iunxerunt, & ſocietatem inierunt, eorumque auxilium petierunt, quo a Græcorum tyrannide liberarentur, eiſque clipeum aureum libra-

librarum quinque ſupra mille obtulerunt. Quos Romani ut libro primo Machabeorum legitur, amicos, ſocios & fratres appellarunt, & regibus ac nationibus ſcripſerunt, ne illis arma, aut quid mali inferrent. Quo tempore, & deinceps ſemper Hebræi pro ſalute populi Romani uota noncupabant, preces ad Deum ſuum uerum & æternum uel publice fundebát & hoſtias imolabant, quo res Romana recte uerteret, incolumiſque eſſet. Quos imitati ſunt Chriſtiani, qui pro Romanis rebus uel pro Cæſaribus nondũ Chriſtianis Deum, ut mox oſtendemus, orabant æternum. Ioſephus *enim libro ſecundo contra Appionem ita ſcribit. Legislator interdixit imagines fabricare. Alijs autem honoribus poſt Deum colendos nõ prohibuit uiros bonos, quibus nos &* Imperatorem *& populum Romanum dignitatibus ampliamus.* Fa*cimus autem pro eis continua ſacrificia. Et non ſolum quotidianis diebus ex impenſa communi omniũ* Iud*æorum talia celebramus, uerum etiam nullas alias hoſtias ex communi, neque pro filijs peragimus, ſolis Imperatoribus hunc honorem præcipuum pariter exhibemus, quem hominum nulli perſoluimus. Equidem Romani, qui ad adiuuandos mortales, uitamque inſtituendam humanam, magiſque ad aliorum, quàm ad ſuum ipſorum compendium nati ſunt, omnium gentium commodis & utilitatibus & publice & priuatim ſinguli ſingularum conſulebant. Quibus, quia ſuapte natura agreſtiores, ac duriores erát, & in-*

nationes ſub unius eſſent Romani principis ditione, ne ſub prætextu multiplicis & uarij principatus, & ob alienos inter ſe gentiū mores, ſi nihil ad inuicem cō uenirent, grauius eſſet apoſtolis exequi quæ per Ieſum iniungerentur dicentem, ite & docete omnes gentes. Et liquet ſane Auguſto Cæſare regnante Ieſum eſſe natum. Cum Imperator idem, ut ita dixerim, per orbem terrarum uniuerſam tum hominum multitudinem exequaſſet. Alias enim impedimento fuiſſent tam multa & diuerſa Imperia, quo minus Ieſu doctrina in mundū uniuerſum diſpertiretur. Nec ſolū ob eam, quā diximus, cauſam, ſed quia cogerentur homines militare, & bella pro tuenda patria gerere. Quod utique ante Auguſti tempora contingit, cum omnes ſe inuicem oppugnarent. Quocirca quì fieri poterat ut tranquillior hæc Chriſti doctrina, quæ nec inimicos quidē uindicare iniurias ſinat, diutius permaneret, niſi paßim uniuerſa fuiſſent ob Ieſu aduentū ex turbulentiſſima illa diſſenſione ad concordiā reuocata? Et Ambroſius in Pſalmū quadrageſimū quintum. Auferens bella uſque ad fines terræ, arcum conteret, & confringet arma, & ſcuta comburet igni. Et uere antequam Romanum diffunderetur Imperium non ſolum ſingularium urbium reges aduerſus ſe præliabantur, ſed ipſi Romani bellis frequenter ciuilibus atterebantur. Pugnauit Marius aduerſus Cinnam, in utraque parte Romanus fuſus eſt ſanguis. Sylla ſurrexit & Mario Victori rurſus ciuilia bella commouit. Lepidus

Sertoriuſq. rebelles ſe Romano *Imperio præbuerunt. Cæſar Pompeium eſt proſequutus, & Galliarum furorem excitauit aduerſus Romana arma. Deuicto ſeniore Pompeio iuniorem in Hiſpaniarum partibus debellauit. Quid triumuiros loquar, ex hoſtibus amicos, & amicos rurſus in hoſtiles tumultus eſſe progreſſos? Maria quoque Actiaco bello infecta ſanguine Romanorum? Vnde factum eſt, ut tædio bellorum ciuilium Iulio Auguſto deferetur* Imperium. *Et ita prælia inteſtina ſedata ſunt. Hoc autem eò profecit, ut recte per totum orbem apoſtoli mitterentur, dicente Domino* Ieſu. *Euntes docete omnes gentes.* Illis *quidem etiam intercluſa barbaricis moribus regna patuerunt, ut Thomæ* India, *Matthæo Perſia, ſed tamen quo plura obirent ſpatia terrarum, in exortu eccleſiæ poteſtatem* Romani *Imperij toto orbe diffudit, & diſſidentium mentes, terrarumque diuortia donata pace compoſuit. Didicerunt omnes homines ſub uno terrarum* Imperio *uiuentes unius Dei omnipotentis* Imperium *fideli eloquio confiteri. Abſtulit ergo bella uſque ad fines terræ, quod factum eſſe non dubium eſt.* Et Hieronymus in *Eſaiam.* Ante *aduentum Chriſti unaqueque gens ſuum habebat regnum, & de alia in aliam nullus ire poterat nationem. In Romano autem* Imperio *unum facta ſunt omnia. Dei itaque nutu & ope, cuius eſt terra & orbis, tantum Imperium comparatum eſt. Quare præclare quidem Heraclius Cæſar apud Paulum diaconum libro decimo*

mo octauo, ad milites. Reuereamur, inquit Romanorum Imperium, quod ſui ipſius eſt Domini, & non alterius, & ſtemus aduerſus hoſtes impijs telis armatos. Proinde falſò nempe quidam Romanos *immortali memoria dignos calumniantur, quaſi iniuſte aliena occupauerint, populos multos confecerint, urbes rebelles euerterint. Nam cum omnis poteſtas a Deo ſit, id eius nutu factum eſſe ambigendum non eſt. Siquidem* Hæbraicus *populus duce* Moyſe, *& inde Ioſue aliena inuadentes populos multos, eorumque reges trucidauit, urbes multas ſolo æquauit. Sed reuera neue hos, neue illos alliena occupaſſe dicendum eſt. Cum Deus orbis conditor, rector & dominus his aperte id facere iuſſerit, illorum menti intrinſecus & occulte lumina prætulerit. Vrbis autem mœnia, ait Plinius, collegere ambitu Imperatoribus cenſoribuſque Veſpaſianis anno condite D CCC XXVII. paſ. xiij. m. cc. complexa montes ſeptem. Ipſa diuiditur in regiones xiiij. Compita uiarum cclxv. eiuſdem ſpatij menſura currente a miliario in capite Romani fori ſtatuto ad ſingulas portas, quæ ſunt hodie numero xxxvij. ita ut xij. portæ ſemel numerentur, prætereanturq; ex ueteribus vij. quæ eſſe deſierunt. Efficit paſſuum per directum triginta millia D CC LXV. Ad extrema verò tectorum cum caſtris prætorijs ab eodem milliario per uicos omnium uiarum menſura colligit paulo amplius ſeptuaginta millia paſſuum. Quo ſiquis altitudinem tectorum addat, dignam profecto*

 exti-

extimationẽ concipiet, fateaturque nullius urbis magnitudinem in toto orbe potuiſſe ei comparari. Strabo libro quinto inter cætera, quæ de ornatu urbis ſcribit. Adiecit, inquit, populus Romanus quicquid ex prouidentia conſultandum erat. Nam cum in condendis ædificijs Græci acuti ac ſolertes fuiſſe uideantur. Romani ea maxime animaduerterunt, quæ illi paruifecerunt, ſtrata uiarum, aquæductus, cloacas, quibus ciuitatis ſordes in Tiberim eluerentur. Cernere licet ſtratas in agro uias exciſis ad hæc collibus, exageratis uallibus, unde nauigiorum onera plauſtris exciperentur. Cloacæ duro cameratæ lapide peruias carris ſtramentorum ſemitas reliquerunt. Tanta autem per aquæductus aquarum ubertas influit, ut per urbem, atque cloacas amnes inundare uideantur. Et uniuerſæ propemodum ædes ſubterraneos meatus, ſiphones ac fiſtulas undoſas habeant. Auri in ærario populi Romani, ait Plin. libro trigeſimotertio, ut in antiquiſſimo exemplari ſcriptum legitur, fuere ſex. Iulio L. Aurelio conſſ. ſeptem annis ante punicum bellum tertium pondo ſeptingenta millia uigintiſex. Argenti nonaginta duo millia, & in numerato trecenties & ſeptuagies quinquies. Item ſex. Iulio L. Martio Conſſ. hoc eſt belli ſocialis initio auri pondo octingenta millia xlvi. Cæſar primo introitu urbis ciuili bello ſuo ex ærario protulit laterum aureorum quindecim, argenteorum xxxv. mil. & in numerato HS quadringenties. Laquearia capitolij, ait idem libro eodem inaurata

aurata fuere cenſura L. Mummij, tegulæ erat areæ, quas inaurauit Catulus. Virg. libro ſexto Capitolium aureum uocat. Ioui templum in monte capitolino, ait Plut. in Plubicula Tarquinius extruxit, eius impenſa fuit quadringentarum librarum argenti. Quod bis combuſtum fuit & reſtauratum, quarto cum Capitolio fulmine ictum conflagrauit, & a Domitiano reſtauratum & conſecratum eſt. Cuius magnificentia ex hoc intelligi poteſt, quod ad deaurationem eius duodecim millia talentorum impenſam exceßit, ideſt ſepties centena millia numorum aureorum, & ducentorum millium. Columnæ eius ex pentelesio lapide exciſæ erant. Talentum autem atticum, quia de eo incidit ſermo, duplex erat, magnum, quod octoaginta libras Romanas continebat, ut in Terentio in Phorm. & in Plaut. in Moſt. & in Liuio libro octauo quartæ dec. conſtat. libra autem Romana, ut Galenus, & Africanus, & Plinius libro trigeſimotertio ſcribunt, nonaginta ſex drachmas ſiue denarios (eſt enim drachma & denarius idem) continet. Idipſum ſcribit Fannius, qui ſic ait.

Accipe præterea, paruo quam nomine Graij
Mnam uocitant, noſtrique minam dixere priores
Centum hæ ſunt drachmæ, quòd ſi decerpſeris illis
Quatuor, efficies hanc noſtram denique libram.

Talentum uero minus, quod magis celebratum eſt in hiſtorijs, ſexagintaduas libras cum dimidia continet, hoc eſt, ut Iulius Pollux libro nono tradit, ſex

millia drachmas. Id ipſum ſcribit Suidas, qui ſic ait Talentum minarum eſt ſexaginta, mina auté drachmarum centum. Item Fannius ait.

Cæcropium ſupereſt poſt hæc docuiſſe talentum
Sexaginta minæ, ſeu uis ſex millia drachmas,
Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis.

Et Sex. Pomp. Talentum, inquit, eſt ſex millia denarium: Valet autem uigintiquatuor ſeſtertijs neutro genere, ut in Gellio libro tertio & quinto liquet, hoc eſt uigintiquatuor millia ſeſtertium maſculini generis: Nam ſeſtertium neutro genere mille ſeſtertium maſculini generis continet. Gellius ipſe libro tertio tria talenta HS. duo & ſeptuaginta millia ualere dicit, de ſeſtertio maſculini generis, ideſt de numo loquens, hoc eſt ſeptuaginta duo ſeſtertia neutro genere. In *quinto uero de ſeſtertio neutro genere, ubi de equo Alex. loquens tredecim talenta HS trecenta & duodecim ualere ſcribit. Seneca et Epiſt. lib. x. ad Nouatũ, talentũ, inquit, atticum paruum uigintiquatuor ſeſtertia ſunt. Seſtertius autem numus eſt argenteus, & quarta pars denarij eſt, nam denarius quatuor ſeſtertios ſiue numos continet. Eſt enim ſeſtertius & numus idem ut Cicero in Verrem actione quinta de Scãdilio & Apronio loquens indicat. Seſtertium neutro genero ducentos quinquaginta denarios complectitur.* Denarius *autem decem aßibus, ideſt æris, quos nunc bijocos quaſi biſquinos, uidelicet aſſes ualet, unde & nomen accepit. Licet quidam in Plinio libro octauo, ubi de*

equo

equo Alex. loquitur, pro tredecim talentis mendoſe ſexdecim legant. Denariũ autem argenteũ & drachmam eiuſdem ponderis & ualoris eſſe oſtendunt Plinius, Scribonius Largus, Fannius, Iulius pollux, Suidas, Sex. Pomp. Liuius, & Gellius. Plinius nempe libro uigeſimo primo ſic ſcribit. Drachma attica denarij argentei pondus habet. Et Scribonius in proœmio. Erit autem nota denarij unius pro græca drachma, æque enim in libra ſunt denarij nonagintaſex apud nos, quot drachmæ apud Græcos. Quibus uerbis denarium & drachmam idem eſſe, quia ſimiliter in libra tot denarios contineri, quot drachmas perſpicuũ quidem eſt. Non certe uacat, enim dictio. In libra autem ſex & nonaginta drachmas eſſe diffitetur nemo, ergo tot denarij ſunt. Tametſi *quidam in Scribonio pro nonaginta ſex, octoaginta quatuor mendoſe legant. Fanius, Iulius Pollux, & ſuidas talentum athicum ſex millia drachmarum atticarum ualere dicunt. Sex. Pomp. ut oſtendi, illud ſex millia denariũm ualere ait. Item Liuius libro tertio Bel. Mac. de* T. *Quintio loquens talentum ſex millia denariũm fuiſſe aſſerit. Vbi ſcribit quòd cum Achæi pro mille ducentis captiuis quingentos denarios in capita ſtatutos ſoluere cogerentur, centum talenta ſoluerunt. Vtique quingenti denarij millies & ducenties ſumpti centies ſex millia denariorum ſunt. Ergo quolibet talento, quæ centeſima pars ſummæ eſt, ſex millia denariorum tribuuntur. Et Gellius libro primo de Laide*

loquens decem drachmarum millia, facit, inquit, numi noſtratis decem millia. Item Plut. in Sylla de eo & de quodam, qui cum illo in eadem domo habitauerat, loquens, mille numos ſiue ſeſtertios, ducentas quinquaginta drachmas atticas ualere oſtendit. Et in Bruto Cæſarem quinque & ſeptuaginta drachmas populo uiritim legaſſe ſcribit, Suetonius tricenos ſextertios hoc eſt, quinque & ſeptuaginta denarios a Cæſare populo uiritim legatos tradit: Et Appianus de Cæſaris liberalitate loquens ipſum ſingulis ex populo minam atticam, quæ, ut ex Fannio & Priſciano *conſtat, ſeptuagintaquinque drachmarum eſt, dediſſe ait. Suetonius ipſum tricenos numos, quos pollicitus olim fuerat, hoc eſt ſeptuagintaquinque denarios uiritim diuiſiſſe ſcribit. Quòd autem Appiani interpres Bel. Ciuil. libro ſecundo, Cæſarem octoagintaquinque drachmas atticas populo uiritim legaſſe uerterit, aut errauit in calculo, aut in mutilum textum incidit. Quanquam etiam in Plinio libro trigeſimo tertio pro nonaginta ſex denarijs libram Romanam conficientibus alij nonaginta quatuor, alij octuagintaquatuor mendoſe legant.* Hi *duo codices deprauati manu ſcripti in bibliotheca Vaticana ſunt. Voluntque quidam octodrachmas id eſt unciam ſeptem denarios duntaxat conficere Plinij & Scribonij deprauatis locis decepti, in quibus octoaginta quatuor denarios legunt, cum, ut*

dixi,

dixi, ſex & nonaginta legendum ſit. Ad quam ſuam opinionem tuendam Liuij etiam locum adducunt. Qui libro quadrageſimo quarto in triumpho Quintij de numo quodam attico loquens ſic ait. Signati argenti octoaginta quatuor millia fuere atticorum, tetradrachmam uocant, trium fere denariorum in ſingulis argenti eſt pondus. Quibus uerbis Liuius numum ipſum non quatuor drachmarum pondere fuiſſe dicit, ſed appellatum tetadrachmam, licet hæc uox quatuor drachmas ſignificet. In quo non trium integrorum denariorum argenti pondus erat, ſed ferè, inquit, trium denariorum, utpotè ſeſtertio ſaltem uno minus, ita quod duo eiuſmodi numi quinis tantum denarijs cum dimidio ualebant. Ita quòd nonaginta ſex drachmæ, ideſt libra Romana non amplius ſexaginta ſex denarios continerent. Sed eſto fuerit numus ille quatuor drahmarum ac trium integrorum denariorum argenti pondus habuerit, certe nonaginta ſex drachmæ duo & ſeptuaginta denarij eſſent, non octoaginta quatuor. Rurſum cum talentum ſex millia drachmarum ualeat, ſi octenæ drachmæ ſeptenos duntaxat denarios conficerent, nequaquam Sex. Pomp. talentum ſex millia denariûm ualere dixiſſet, neque Liuius ſingulo talento ſex millia denariûm tribuiſſet, ſed quinque millia ducentos quinquaginta. Neque Gellius decem millia drachmarû decem millia denariûm interpretatus eſſet, ſed octo millia ſeptingentos

quin-

quinquaginta. Non quidem modica differentia eſt inter ſex millia, & quinque millia ducentos quinquaginta, & inter decem millia, & octomillia ſeptingentos quinquaginta, Niſi fortaßis dixerint Sex. Pompeium, & Liuium, & Gellium drachmas atticas ignoraſſe, aut ſupputare neſciſſe, quod dicere ridiculum eſt. Quare talentum atticum paruum ſexcentis, ſeſtertium uero uigintiquinque aureis numis ualet, eo tamen ualore, quo aureus numus percuſſus eſt, hoc eſt pro decem argenteis numis iuleis, unde & decati nomen accepit, ut olim aureum numum decem denarijs argenteis ualuiſſe inſinuat Liuius lib. octauo quartæ dec. Numus autem argenteus iuleus a Iulio ſecundo Rom. Pont. drachmæ atticæ ueteriſque Romani denarij põdere & ualore percuſſus eſt. Quare ſex & nonaginta iulei librã Romanã conficiebãt. Cunque ſeſtertium neutro genere paſſim apud oratores & hiſtoricos & grãmaticos inueniatur, miror quoſdã illud non niſi apud poetas inueniri aſſerere. Quare & pauca hac dere eloqui iuuat. Seneca talentum atticum uigintiquatuor ſeſtertijs ualere dixit, non quidem ſex denarijs, ut de ſeſtertio maſculini generis intelligas. Item Plinius libro XXXV. *talentum atticum* XXIIIJ. *HS Varronis auctoritate taxari ſcribit. Licet* XVI. *mendoſe legatur, niſi fortaſſe non atticum, ſed euboicum legendum ſit. Gellius lib. quinto, ut oſtendi, Alexan. equum tredecim talentis, ideſt, inquit, HS* CCCXIJ. *emptum fuiſſe dicit, non quidem octo & ſeptuaginta denarijs,*

narijs, ſed mille octoangint a aureis numis. Et Plin. libro trigeſimo ſexto. Cæſar ſolum foro extruendo ſeſtertijs mille ducentis emit. Non profectò triginta aureis numis, ſed triginta millia numum aureorũ, de ſeſtertio neutro genere. Demũ apud Pliniũ de ſeſtertio neutro genere intelligẽs, quod pecuniæ ſummã põdusque ſignificat, paßim legitur. Item Suet. in Aug. Produxit quædam ad uicena ſeſtertia. Et in Tib. Aſellio Sabino HS ducenta donauit. Et rurſus. Vnam modò liberalitatem ex indulgentia uictrici proſecutus: cum tribus claſſibus factis pro dignitate cuiuſque, primæ ſexcenta ſeſtertia. ſecundæ quadringenta, ducenta tertiæ. Et in Claud. Promiſit ſingulis quindena HS. Et in Veſp. Conſulares inopes uicenis ſeſtertijs annuis ſuſtentauit. Non equidem quinis annuis denarijs, ſed quingentis aureis numis conſulares inopes ſuſtentatos intelligas. Quis etiam uicena, & quindena, & ſexcenta, & ducenta & huiuſmodi neutro genere eſſe hæſitat. Cum enim de ſeſtertio maſculino genere milliarioque numero ideſt, de numo auctores loquuntur, non ſeſtertia & ſeſtertijs dicunt, ſed ſeſtertium, nam mille genitiuum pluralem exigere nemo eſt qui ignoret, adduntque millia aut integra dictione, aut nota, ut etiam in ſaxis conſpicimus. Infra uero milliarium numerum cum de ſeſtertio maſculini generis auctores loquuntur, illum exprimunt, ut Suet. in C. Iulio Cæſare legauit populo uiritim trecenos HS. & in Calig. Congiarium populo bis dedit trecenos HS. Et

Cicero

Cicero in Verrem actione quinta. Precium conſtitutum decumano in modios ſingulos HS ternos. Item uideo tibi Haleſios HS quindenos dediſſe. Item quaternos HS habeo. Huiuſmodi *locutiones uulgo apud auctores reperiuntur. Liquet ſane quod nota hæc* HS *ſeſtertium ſignificat, ideſt monetæ nomen cum de ſeſtertio maſculini generis, ideſt de numo intelligitur, aut argenti pecuniæue ſummam pondusue, hoc eſt libras duas & uncias decem, cum de ſeſtertio neutro genere intelligitur, non autem quid numerale, utpotè quinque, aut decem, & huiuſmodi. Quotus enim quiſque eſt, qui ſic loquatur, ut pro decem millia ſeſtertium dicat dena aut decem ſeſtertia, aut cum nota HS. x, & pro ducenta millia ſeſtertium dicat ducenta ſeſtertia, aut cũ nota HS CC? De ſeſtertio igitur neutri generis intelligendum eſt. Quæ locutio paſſim eſt apud Ciceronem & omnes optimos auctores.* Interim *auctores per aduerbium loquuntur, ut HS bis, ter, centies, aut tricies, quadragies, decies, centies, millies hoc eſt ſeſtertium tricies centena millia, & ita de reliquis, dicitur & tricies, decies ſeſtertij & ſeſtertio.* Hæc *non ex profeſſo, ſed obiter dicta ſunt. Sed redeat unde aberrauit oratio. Liuius ab urbe condita lib. ix. ait. In omni defectione ſociorũ latini nominis Vrbano prope delectu decem ſcribebantur legiones. Et nobilis Græcorum auctor Romam orbis epitome eſſe dixit. Et Hieronymus in præfatione i Ezec. Romã clariſſimũ terrarũ oĩum lumen, Imperij caput, & orbẽ in urbe uocat.*

cat. Et cōtra Iouinianū. Roma fortitudinis nomē eſt apud Græcos, aut ſublimitatis iuxta Hebræos, *urbs potens, orbs urbis domina, urbs apoſtoli uoce laudata Et in lib. de monogamia. Annibal de* Hiſpaniæ *finibus orta tēpeſtas cū uaſtaſſet* Italiā *uidit urbē, nec auſus eſt obſidere. Pyrrhū tenuit Romani nominis reuerētia, ut deletis oībus, è propinquo recederet loco, nec audebat uictor aſpicere, quā regū didicerat ciuitatē. Cyneas pyrrhi legatus, ut florus & Plutarchus aiunt, retulit ipſi pyrrho urbē templū, ſenatū Romanū multorū regū ſibi cōſeſſum uideri. De multitudine autē populi formidare ſe, inquit, ne aduerſus quandā lerneam hydrā pugnare uideatur.* Ipſe *uero Pyrrhus, ait idē florus, in Tarentina uictoria, quia oīum Romanorū uulnera in pectore uidebat, quoſdā hoſtibus ſuis immortuos, oīum in manibus enſes, & relictas in uultibus minas, & in ipſa morte irā uidebat, Romanorū uirtutē longe plurimum admiratus ait. O quā facile erat orbis* Imperium *occupare aut mihi* Romanis *militibus, aut me rege Romanis. Carthaginenſiū legati, ait Plin. lib. xxiij. dixere nullos hominum benignius inter ſe ſe uiuere, quam Romanos. Et Ouid lib.* I. *de Ponto. Quid melius Roma? Et Propertius lib. iij.* Omnia *Romanæ cedāt* [illegible] *cula terræ, Natura hic poſuit quicquid ubique fuit.* [illegible]*t Cicero lib. iij. de Nat. Deo ſub cota perſona. Nihil eſt mundo melius in rerū natura, nec in terris quidē urbe noſtra.* Et *in oratione pro P. Sylla urbs* Roma *arx eſt regū, ac nationum exterarum, lumen gentium, domicilium*

Impe-

Imperij. Et pro domo ſua. Populus Romanus dominus regum, uictor atque Imperator omnium gentiũ. Et Officiorum libro ſecundo. Roma regum, populorum, nationum portus erat, & refugium, patrociniumque orbis terræ. Magiſtratus, Imperatoreſque Romani ex hac una re maximam laudem capere ſtudebant, ſi prouincias, ſi ſocios æquitate & fide defendiſſent. Et ad Q. fratrem ſcribens monet ipſum ut humanitate ſua aliorum utilitati ſtudeat. Ait quidé. Incumbe toto animo & ſtudio in eam rationem, qua adhuc uſus es, ut eos, quos tuæ fidei, poteſtatique Senatus populuſque Romanus commiſit & credidit, diligas, & omni ratione tueare, & eſſe quam beatiſſimos uelis. Quod ſi te ſors Afris, Hiſpanis, aut Gallis præfeciſſet immanibus ac barbaris nationibus, tamen eſſet humanitati tuæ conſulere eorum commodis & utilitati, ſalutique ſeruire. Iuſtinianus Cæſar Romanorum uirtutes admiratus, Romanoſque ipſos ueneratus, Romanumque Imperium æternum fore precatus ita libro primo Cod. ait. Summa reipublicæ, tuitio de ſtirpe duarum rerum, armorum ſcilicet & legum ueniens, uimque ſuam exinde muniens. Felix Romanorum genus omnibus gentibus dominari, tam præſentibus effecit temporibus, quàm Deo propitio in æternum efficiet. Iſtorum etenim alterum alterius auxilio ſemper eguit. Et tam militaris res legibus in tuto collocata eſt, quàm ipſæ leges armorum præſidio conſeruatæ ſunt. Quas nimirum leges idem libro eodem

dem

dem Romanæ iuſtitiæ templum appellat, ſumma uti-que ſapientia & prudentia conditum. Quas Ambroſius in epiſtolam Pauli ad Galatas magnæ auctoritatis eſſe ait. Quas Paulus implorare non eſt ueritus. Romani nempe utilitate propria poſtpoſita reipublicæ, aliorumque, ut dixi, commodis conſulebant, unà in rebus alijs omnibus, unà in legibus ferendis. Quare Cicero libro primo de inuentione fert. Ea enim uirtute & ſapientia maiores noſtri fuerunt, ut in legibus ſcribendis nihil ſibi aliud, niſi ſalutem atque utilitatē reipublicæ proponeret. Neque enim ipſi quod obeſſet ſcribere uolebant, & ſi ſcripſiſſent, cum eſſet intellectum, repudiatum iri legem intelligebant. Et libro primo de Orat. ſub Craſſi perſona de præſtantia legum Romanarum ait. Quantum præſtiterint noſtri maiores prudentia cæteris gentibus, tum facillime intelligetis, ſi cum illorum Lycurgo & Dracone & Solone noſtras leges conferre uolueritis. Incredibile eſt quàm ſit omne ius ciuile, præter hoc noſtrum, inconditum, ac pene ridiculum. De quo multa ſoleo in ſermonibus quotidianis dicere cum hominum noſtrorum prudentiam cæteris omnibus, & maxime græcis antepono. Et libro primo de Diuin. Et lib. primo Tuſc. Meum iudicium ſemper fuit omnia noſtros aut inueniſſe per ſe ſapientius, quàm Græcos, aut accepta ab illis feciſſe meliora, quæ quidem digna ſtatuiſſent, in quibus elaborarent. Nam mores & inſtituta uitæ, reſque domeſticas ac familiares nos profectò & me-

lius

marent. Lege etiam Scantina exceptũ eſt in mulieoria patientes Cuius meminit Cicero Philip. tertia, & Iuuenalis Satira ſecunda. Et, ut in Val. Max. lib. ſexto ſcriptũ legimus, multi, qui præpoſtera uenere uſi ſunt, ex lege ultimo ſupplicio ſunt affecti. Licet maledicus quidã dente cruento perunctus fæcibus os neſcio quid de Romanis garriat. Hic eſt Nicolaus Leonicus qui Romanos primos hoc ſcælere uſos impudenter ac temere ſcribit. Cum conſtet pentapolim Iudeæ ob præpoſteram uenerem igne ab cælo miſſo fuiſſe deletam longe ante captiuitatẽ Troiæ. Sed neque hic legit illud Maronis. Et rapti Ganimedis honores, longe ante Ilij excidiũ. Et Orpheum Thraicium ob pædicatum a mulieribus fuiſſe interemptũ. Legerat tamen in Athenæo hũc Tuſcorũ nefandũ abuſum Græci quidẽ, ut ad rem redeã, philoſophiæ præcepta literis tradiderunt, Romani uero uirtutũ exẽpla præſtiterunt, ut probe Quintil. lib. xij ſcribit, ait enim. Neq; ea ſolũ, quæ liberalibus diſciplinis continẽtur, ſed magis etiã quæ tradita antiquitus, dicta ac facta præclare, & noſſe, & animo ſemper agitare cõueniet. Quæ profectò nuſquã plura maioraque, quàm in noſtræ ciuitatis monimẽtis reperientur. An fortitudinẽ, fidẽ, iuſtitiã, continentiã frugalitatem, contemptũ doloris, ac mortis melius alij docebũt, qu m Fabricij, Curij, Reguli, Mutij, aliiq́ue innumerabiles? Quantũ enim Græci præceptis ual antũ Romani (quod eſt maius) exẽplis. Idipſum ſ t Seneca. Qui epiſtolarum lib. octauo de ſextio lo ens ait Ecce cũ maxime lego uirum acrem græci uerbis, Roma-

nis moribus Philoſophátem. Pietate uero, præter cæteras uirtutes, cunctis gentibus Romanos excelluiſſe tum alij, tum Maro libro duodecimo pandit. Vbi Iouem Iunoni Romanos ſupra homines deoſque pietate ac religione ituros facit pollicentem, ubi ſic ait.

Hinc genus, Auſonio miſtum cum ſanguine ſurget.
Supra homines, ſupra ire deos pietate uidebis,
Nec gens ulla tuos æque celebrabit honores.

Nõ ſatis dici poteſt, ut retuli, quantũ uniuerſus orbis Romæ debeat. Et præſertim tu, ſi recte animũ attenderis ò Italia. Nã Roma te rei militaris & agriculturæ peritiam docuit. Cauſas item orandi, & carmina cõficiendi artem, latinique ſermonis elegantiam & nitorem. Leges præterea, & inſtituta cum ciuiles, tum pontificias, quibus quiete ac ſecure, & ſancte uiueres, tibi tradidit. Cunctaſque demum liberales artes, ingenuaſque diſciplinas tibi ſua uirtute ac labore comparauit. Roma tibi clara & utilia morum præcepta ſuppeditauit, monſtruoſis uitijs ſublatis, ſeque uirtutum omnium exemplar imitandam dedit. Roma te innumeris decorauit ornamentis, te enim, præter cætera, tot colonijs Romani Latinique nominis, totque nouis clariſque urbibus, quas uulgo condidit, portubus item, ſtratiſque uiarum, alijſque edificijs compluribus hone[illegible]auit. Gloriantur oppido quàm prouincialium quan[illegible]res ſe a clariſſimo, ac diuino prope dixerim, il[illegible]omano genere ac ſanguine originem ducere, ſuas, i[illegible]am, patrias aut a Romanis conditas,

aut

aut Romani Latinique ſanguinis eſſe colonias, quam multi ſe ciuitate Romana donatos. Gloriatur uel Paulus Apoſtolus ciuem ſe eſſe Romanum, non donatum ciuitate, ſed natum. Roma te Romana ciuitate, ac iure municipali donauit, & in Senatum illum uenerandum orbis terræ concilium aduocauit. Ex omni enim Italia, ait Claudius Cæſar apud Cornelium Tacitum libro undecimo, uiri in Senatum acciſi ſunt. Et Appianus, tanta, inquit, fuit Senatus in Italos charitas, ut omnem Italiam ciuitate donaret. Roma tali ac tanto te iuris & priuilegiorum prærogatiuo exornauit atque muniuit, ut efferentur lætitia immodica barbarorũ nõnulli quòd a Senatu ius tuũ ius inquam Italicum impetraſſent, & in partem Italici iuris, atque Itali erant, recepti ſint. Roma te barbaris hominibus, & moribus, & uocabulis expurgauit. Enimuero tota ferè tranſpadana regio a Tranſalpinis barbaris olim erat occupata, atque tot linguæ in Italia & interſe, & a latiali omnino diuerſæ erant, quot nationes, & Romanorum benefici & benignitate & moribus & lingua latina facta es. Namque ſuam latialem natiuam uulgarem linguam, literaſque, quibus uteris, tibi exhibuere. Roma hoc tibi nomen, ut Italia dicereris, præbuit. Quandoquidem ea tantum regio, quæ nunc Calabria nuncupatur, primum Italia dicta eſt, ut in Dionyſio Halicar. & Strabone latiſſime patet. Sed cum Romani ad Rubiconem uſque amnem rebus omnibus potiti eſſent, Senatuſconſulto decretum eſt,

ut tota regio, quæ cis Rubiconē *eſſet,* Italia *diceretur. Exinde cū barbaros omnes, qui ultra* Rubiconē *erāt, eieciſſent, iterum Senatuſconſultum factum eſt, ut uſque ad Varū & Arſiam amnes, atque Alpes* Italia *appellaretur. Roma talem ac tantam tibi gloriam pe perit, qualem & quantam ulla gens habuit unquam, nec ſit habitura. Nam ad tantum te gloriæ culmen ſuo ſanguine, ſuiſque uulneribus, ac laboribus euexit, ut prouinciarū domina, atque regina, mundique rectrix, toto orbe terrarum pedibus tuis ſubiecto, te inuita ac diu reluctante, fores.* Roma, *ut tua uirtus, ac robur, atque præſtantia cunctis gentibus pateret, effecit. Atque ut ad te totius orbis terrarum gentes accederent, uiderent, & admirarentur, cunctarumq. gentium tu una in toto orbe patria fieres, elaborauit. Demum pru dentem & piam in te matrem egit* Roma. *Sicut enim prudens ac pia mater ſuperbam, & male moratam fi liam & uerbis & uerberibus caſtigat, quo morigerá & obtemperantem reddat, inde eam iam nubilem donarijs & ornamentis honeſtat, ingenuo, opulenti, pru denti & probo uiro locat, amplá dote ditat. Sic erga te egit Roma, nam te prius* Imperio *ſuo reluctantē armis domuit, obedientē reddidit, barbarie ac ruſticitate purgauit, & ciuilē ac latinā effecit, ingenuas diſciplinas docuit, optimis moribus decorauit, ac plurimis or namētis exornauit, orbis reginā fecit, & opib. ditauit. Vidi denariū argēteū, in quo* Roma *&* Italia *ſculptæ ſunt, & illa manu ſceptrū, ſub pedibus mundū habet,*

hæc

hæc manu amalthbeæ cornu', quod omnium rerum copiam ſignificat, habet, & iuxta ſe caduceũ eſt, quod opulentiã, pacẽ ſignificat & ſapientiã atque eloquentiam, ex poſtica facie uirtutis & honoris imagines ſculptæ ſunt. Hác *amare, colere, uenerari, imitari & ſe qui, atq; ſi oporteat, nõ fortunas tantũ pro ea, ſed ſan guinẽ ac uitã ipſam ſummi animi inductione profunde re debes, in qua opes, honores, dignitates ac magiſtratus aſſequeris. Maro in Buccolicis nullibi terrarũ niſi Romæ ſe libertatẽ & opes nactũ fuiſſe fatetur. Et nõ Romanos tantũ ueterũ illorũ clarorũ uirorũ ſobolẽ, ſed ſolũ etiã illud per ſe felix & uenerandũ, quod tot egregios, ac diuinos propè dixerim, uiros genuit & enutriuit, peramare debes. Hæc eſt illa inuictiſſima urbs nunquam ſatis laudata, plurimis ornata trophæis, triumphis ditata certiſſimis, clariſſimis locupletatá uictorijs. Quã non diſciplinis ac ſapiẽtia erudita Græcia, nõ dolis malitioſa Africa, non uiribus cætera barbaries labefactare potuit. Quanquã enim, ut dixi, Romani in multis prælijs uicti fuiſſent, in oĩbus tamẽ bellis fuere uictores. Annibal quidẽ magis inſidijs, &* Italorũ *ope atq; auxilijs, quam ſua uirtute, & Carthaginienſiũ opibus fretus bellum in* Italia *cũ Romanis geſſit, aliquotque prælijs ſuperior fuit, ſed ſuccumbuit tandem. Perrexit autẽ Romã nõ quòd eã capere, aut obſidere poſſe fideret, ſed arbitratus ob ſuũ in ipſã aduentũ Capuanã Obſidionẽ à Romanis diſſolui, ſed a ſpe fruſtratus eſt, lõgeque ſecus res obuenit, ac putabat. Nã a cõ ſule repulſus eſt. Senatus enim ex duobus* Imp. *qui in*

obſidione capuæ cum exercitibus erant, unum duntaxat ad urbem deuocauit, altero in obſidione relicto. Vt enim Annibal tantam urbem iam ſatis munitam capere poterat, qui Capuæ a Romanis obſeſſæ ſuo intus præſidio manente opitulari non potuit, ſed a Cn. Fuluio, & Appio Claudio fugatus fuit? Qui in obſidenda Petilia parua Calabriæ urbe undecim menſes contriuit? Quam omni externo auxilio deſtitutá multo ſuorum ſanguine cepit. Qui Nolam paruam & ipſam urbem ſibi intus plebe fauente expugnare non potuit, ſed a Marcello repulſus fuit? Qui nec tanti fuit, ut Spoletum Coloniam expugnaret, ſed ab ea cum ſuorum cæde reiectus fuit? Et quidem certe cum Annibal Romam perrexit Romani plures exercitus in Italia habebant, in campania tres, item in Tuſcia, in Gallia Ciſalpina, item in Sardinia, duos in Sicilia, item claſſes duas paratas atque inſtructas. Qui omnes iuſſu Senatus breui in urbe præſto eſſe potuiſſent. Imo uero dum Annibal Caſtra ſecundum urbem haberet, Senatus milites ſub ſignis ex urbe in Hiſpaniam miſit in ſupplimentum exercitus. Atque tum bis inſtructas utrinque acies tempeſtas diremit. Nouerat iampridem Annibal Romanorum uirtutem, ſenſit & tunc Deum illis fauere. Itaque omni fruſtratus ſpe mæſtus ac triſtis retulit pedem, ac fugiens ſe in Bretios recepit. Nam quod Roma a Gothis, quos Spartianus Getas eſſe dicit, aliquando capta ſit, non eorú uirtute, non barbarico aſtu. Quippe cum ſæpe Romani

mani princi pes ipſos rebelles ſubegerint, ut Gordianus iunior, Galienus, Claudius, Aurelianus illorum rege Can naba interfecto, Probus, Conſtantinus, alijque. Sed noſtrorum culpa, ac dolo capta eſt. Nã Romani duce Stilicone Gothos in montibus Feſulanis oppreſſere cæſis Gothorum ducẽtis millibus cum Rhadagaſio ipſorum rege, cui ſucceßit Alaricus. Stilico autem, ait Paulus Diaconus, patritius occidentis Imperij tutor, immemor collatorum beneficiorum, immemor affinitatis, nam ſocer extabat Honorij regnum & ipſe Eucherio filio affectans ingentia reipublicæ intulit mala. Nam cum ſæpe delere poſſet barbaros, fouit, & regem Scytarum cum Gothis ſuis uicit, & ſæpe concluſit, ſemperque dimiſit, ac paſſus eſt uaſtari Italiam, ut Imperatoris uires minueret. De quo Stilicone Hieronymus ad Gerentiam ſcribens, & urbis ruinam deplorans ait. Quod non uitio principũ, qui uel religioſiſſimi ſunt, ſed ſcelere ac dolo ſemibarbari accidit proditoris, qui noſtris contra nos, opibus armauit inimicos. Inde barbari urbem biennio obſeſſam capere cum deſperaſſent, ad patrios ſe dolos uerterunt, ut Procopius ſcribit. Licet eius interpres id aut dißimulauit, aut in codicem mutilum incidit, quod obſeruauit Egnatius. Ait igitur Procopius ipſe. Alaricus Romam obſederat biennium, nec Honorius, qui Rauennæ deſidebat, aut ferre ſuppetias poterat, aut audebat. Nam cum nihil, quàm de urbis ſalute ſolicitus eſſet, Stilicone interfecto (ipſum enim

& Eucherium filium Honorius ipſe ſuis manibus peremit) ducem exercitui minime præfecit, qui rem aduerſus Gothos adminiſtraret Vnde Gothis obſidendæ urbis cogitatio, Romano milite aut dilapſo, aut ſegniter rem agente. Verum eam fruſtra obſeſſam cum expugnare ui non poſſet, ad dolum hoſtis barbarus uertit ſe. Profectionem in patriam ſimulat, trecentoſque iuuenes corporis & animi ui præſtantes delegit, quos Romanis principibus dono det, inſtructos prius arte barbarica, ut omni obſequio dominos ſuos promereri ſtudeant, & ad certam diem circa meridiem, cum Romani principes ſomno uel ocio uacarent, ad Aſiniariam portam aduolent, interfectiſque improuiſo inſultu cuſtodibus portam ſibi præſto futuro aperiant. Gothi interea cum reditum alia atque alia deeſſe ſibi ſimulantes, differrent, trecenti illi iuuenes occaſione egregie uſi, portam ſtato die ſuis aperiunt. Intromiſſus *barbarus hoſtis urbem omnem populatur. Cum igitur Gothi biennio urbem obſeſſam uirtute capere non ualuerunt, ſed dolo, iam antea ſtiliconis fraude feſſis propemodum Romanis rebus, Honorioque ſegniter ſe agente, potuiſſet Annibal tanta tum Senatus prudentia, diligentia & uigilantia uigente, Florente Romana militia, tot Clariſſimis Romanis* Imperatoribus *ducibuſque fortiſſimos exercitus & in urbe & in reliqua* Ita*lia, eiuſque inſolis habentibus? A Totila quoque, ait idem Procopius,* I*ſaurorũ millitũ fraude, qui Aſiniariam portam, quam cuſtodiebant, hoſtibus patefecerunt,*

cerunt, & eos in urbem intromiſerunt, iterum Roma orbis terrarum caput & domina, & lumen, gentium omniũ patrocinium, uniuerſæ pacis parens & uindex capta eſt. O barbarorum ingratitudinem, ò efferam & inhumanam ſæuitiam, quæ caput orbi amputare, lumenque illud effodere, & pacis parentem perdere ten tauit. Hanc *uaſtitatem* Hieronymus, *deplorat, qui in libro de Monogamia ait. Potentiam Romanæ urbis ar dens poeta deſcribens ait. Quid ſatis eſt, ſi Roma parum eſt? Quod nos alio mutemus eulogio. Quid ſaluũ eſt, ſi Roma periſt Verumtamen Gothi ipſi non longe poſt* Iuſtiniano *Cæſare rem* Romanam *agente graues ac meritas tanti ſceleris luere pœnas, &* Imperio *parere adacti ſunt. Enimuero quotquot hanc ſacram & æternam urbem aliquando temere & hoſtiliter inuaſerunt ueluti ſacrilegi & profani a principio ſuæ edificationis uitam miſerabiliter ac turpiter finierunt. Et ne ſingula proſequar, quæ in hiſtorijs latiſſime patent, prima tantum tangam, non omittens extrema. Galli Senones, qui è Tranſalpinis primi infeſta in urbem arma intulere, a Furio Camillo ad unum ſimul cũ duce ſuo deleti ſunt, ut Romani incendij ueſtigia Gallici ſanguinis inundatio deleret. Germani, qui iam, ut condam Gothi, hæretici facti a Romanæ fidei atque eccleſiæ obedientia deſciuerant cum Hiſpanis anno humanæ ſalutis uigeſimo ſeptimo ſupra M. D. urbem noſtrorũ culpa prædonũ more inuaſerunt, nõ mul topoſt miſeriter ac turpiter perire unà cũ duce ſuo Carolo Barbonio Gallo et ipſo homine, qui ĩ ipſa urbis op pugna-*

pugnatione præ mœnibus oppetijt, ne tanti ſceleris au ctor urbē ipſam ingredi mereretur. Quod Romanum Imperium Chriſtus Dei filius ortu ſuo illuſtrauit, & inde auctoritate ſua confirmauit. Siquidem ſub Impe rij ditione natus, & cum reliquis hominibus cenſus eſt. Atque pro ſe & pro Apoſtolo ſuo Petro, quem ſibi interris erat ſuffecturus, cenſum Imperio ſoluit, iuſsitque ſoluendum. Sciebat enim poteſtatem a Deo patre ſuo hominibus traditam, atque inter regnum ſuum, & Romanum Imperium longe plurimum inte-reſſe. Regnum ſuum, ut ipſe dixit, terrenum non eſt, ſed cæleſte, fidelium animæ ſuo ſanguine, ſuaque & Apoſtolorum prædicatione comparatum. Romanum autem Imperium terrenum & armis partum, licet omnia ſua ſint. Chriſto debetur ſpirituale tributum, Romano Imperio corporale. Hanc differentiam ipſe *oſtendit, qui iuſsit, quæ Cæſaris ſunt, Cæteri reddi, & quæ Dei Deo. De qua re Origenes in Mathæum ita ſcribit. Imaginem Cæſaris habet omnis res corporalis, & imaginem Dei habet omnis uirtus. Si ergo ſic reddimus principi carnis, quæ carnalia ſunt, ut non fraudemus Deum a ſpiritualibus eius uirtutibus. Tunc reddimus principi corporum, quæ corporis ſunt, id-eſt ea ſola, quæ neceſſaria habet carnis natura, & nihil amplius quod pertineat ad rationem uirtutum. Auguſtinus etiam in* Homilijs *rerum copiam ex ſolutione debita eccleſiæ, &* Imperio *prouenire dicit, contra earum penuriam ex fraude, ait enim. Maiores*

res noſtri ideo copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæſari cenſum reddebant. Modo autem quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit inditio fiſci. Enimuero qui Romano Imperio ſubeſſe nolunt contumaces ſunt, & Romanarum legum beneficio uti non debent, nec poſſunt. Quare probe certè interpres quidam in librum Decr. ait. Qui ſub Romano Imperio eſſe nolit, hæreditatem habere non poteſt, nec alia, quæ hic de iure enumerantur. Et rurſus. Si dicunt ſe non ſubeſſe Romano Imperio, dicant etiam ſe non habere aliquid proprij. Gratianus quoque ait. Porrò alij ſunt, qui non contenti decimis & primitijs prædia & uillas, & caſtella, & ciuitates poßident, ex quibus Cæſari debent tributum, niſi Imperiali benignitate immunitatem ab huiuſmodi promeruerint, quibus a domino dicitur. Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo. Quibus Apoſtolus, Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum, cui uectigal, uectigal. Et Ambroſius in Epiſt. Reſpondi ſi a me peteret Imperator quod meum eſſet, ideſt fundum meum, argentum meum, ius huiuſmodi meum non refragaturum, quanquam omnia, quæ mea ſunt, eſſent pauperum. Verum ea, quæ diuina ſunt, Imperatoriæ poteſtati non eſſe ſubiecta. Si patrimonium petitur inuadite. Et rurſus. Magnum quidem & ſpeciale documentum, quo Chriſtiani uiri ſublimioribus poteſtatibus docentur debere eſſe ſubiecti, ne quis conſtitutionem terreni regis putet eſſe ſoluendam. Si enim

cen-

det dicere, mea eſt illa uilla, aut meus eſt ille ſeruus, aut domus hæc mea eſt? Si autem ut teneantur iſta ab hominibus iura acceperunt regum, uultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia uel unum horum habeatis, & non imputetis niſi manſuetudini columbæ, quia uel ibi uobis permittitur permanere? Leguntur enim leges manifeſtæ, ubi præceperunt Imperatores eos, qui præter eccleſiæ catholicæ communionem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec uolunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine eccleſiæ audeant poßidere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur. Et tamen Apoſtolus uoluit ſeruiri regibus, uoluit honorari reges, & dixit, reges reuerimini, & nolite dicere, quid mihi & regi? Quid tibi ergo & poſſeſſioni? Per iura regum poßidentur poſſeſſiones. Dixiſti, quid tibi & regi? noli dicere poſſeſſiones tuas, quia ipſa iura humana renunciaſti, quibus poßidentur poſſeßiones. Et in Epiſt. ad Rom. Omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit, & uos ſubditi eſſe debetis. Ideo enim tributa præſtatis, quia hæc eſt probatio ſubiectionis. Quare uniuerſus quippe orbis iure ipſo diuino Romano Imperio ſubeſt. Cui obedientiam præſtare, & cenſum aut tributum ſoluere uel quidem de prædijs eccleſiæ quiſque debet. Sileant igitur & obmuteſcant inuidi ac peruerſi, qui dicunt Romanos non ueros orbis terræ dominos eſſe, ſed tyrannos, Imperiumque

non ueram monarchiam eſſe, ſed tyrannidem. Equidem, ut cætera miſſa faciam, neque Dei populus ad Romanos *omnium gentium portum & patrocinium, ut a Græcorum tyrannide liberarentur, confugiſſet, neque ipſe, neque inde eccleſia pro eis adhuc ethnicis Deum exorauiſſent; neque Paulus ſe Romanum ciuẽ eſſẽ gloriatus eſſet, eorumque leges imploraſſet, neque Chriſtus pro ſe & pro Vicario ſuo Petro cenſum ſolu iſſet, iuſſiſſetque ſoluendum, ſi tyranni fuiſſent Romani, Imperiumque tyrannis eſſet. Qui, ut ea, quæ Cæſaris, ideſt Imperij tanquam iuri & legitimi orbis terrarum domini eſſent, hoc eſt temporalia, Cæſari, & quæ Dei, ideſt ſpiritualia, Deo redderentur, præcepit. Cæterũ licet* Imperiũ *prius ſit quàm eccleſia, & populus Romanus orbis ſit dominus, attamẽ & ipſe, &* Imperator *Imperij adminiſtrator, ut cæteræ Chriſtiãnes Romano Põtifici Chriſti uicario obedientiã ſpiritualibus in rebus exhibẽt & reuerentiã præſtãt tanquam patri. Quare Phocas* Imperator *Bonifacio iiij. Romano Põtifici petẽti ab eo Pantheon tẽplũ Romæ, ut illud beatæ* Mariæ *dicaret, quam libentiſſime dedit. Et non ſolum* Imperator *Romano Pontifici obedientiam huiuſmodi præſtare debet, ſed etiam Epiſcopo, ac Sacerdoti eius diœceſis, in qua moratur. Quare Ignatius ad Philadelphienſes ſcribens ait: Principes ſubditi eſtote Cæſari, milites principibus, diaconi præſbiteris, ut ſacrorum adminiſtratoribus, præsbiteri & diaconi, atque omnis clerus ſimul cũ omni populo, &*

mili-

militibus atque principibus, ſed & Cæſares obediant Epiſcopo, Epiſcopus uero Chriſto, ſicut patri Chriſtus, & ita unitas per omnia ſeruatur. Quia uero Imperator, Rom. princeps eſt, a Romano *Epiſcopo religionis gratia inungitur, ac precibus exorato Deo, ut ipſum fortunet & ſoſpitet coronatur, reges ab epiſcopis ſuis inunguntur, ſicut olim hebræorũ reges a prophetis inungebantur, & apud Romanos creatis a populo regibus, antequam regni ius iniſſent augur ſolennia uerba dicens, lituumque tenens cærimonijs quibuſdam utebatur, ut apud Liuium de numa uidere licet. Siquidem, ut ad rem redeam, ſublata Romano Imperio obedientia innumera, ut dixi, inter ſe omnium gentium bella. uerius utique latrocinia, cum nunquam fuerint ueri hoſtes, geſta ſunt, totque rapinæ, & hominum clades obuenerunt.* Id quod *Petilius Rerialis Romani exercitus dux, Veſpaſiano* Imperi*tante, præſagio quodam uerius quàm prudentia præſenſit. Qui, ut Cornelius Tac. libro uigeſimo memoriæ tradidit, Treueris ac Ligonis, inter cætera, dixit. Pulſis (quod Dij prohibeant) Romanis, quid aliud, quàm bella omnium inter ſe gentium exiſtent? Septingentorum annorum fortuna diſciplinaque compages hæc coaluit, quæ conuelli ſine exitio conuellentium non poteſt. Nimirum quotquot a Romani* Imper*ij obedientia deſciuerunt magnum in* Deum *delicti crimẽ patrauerunt. Nam, ait Paulus, omnis poteſtas a Deo eſt, & qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit.*

ſiſtit. Et in libro regum legitur. Qui non obedierit principi morte moriatur. Qui ut rebelles & inobedientes & pertinaces graui a Senatu uel a Cæſare ſunt pœnà multandi, tenentur enim maieſtatis, ut libro quadrageſimo octauo Dig. ad legem Iuliam liquet, ubi ſic ſcriptum eſt: Proximum ſacrilegio crimen eſt, quod maieſtatis dicitur. Maieſtatis autem crimen eſt illud, quod aduerſus populum Romanum, uel aduerſus ſecuritatem eius committitur. Qui autem hoc crimine tenentur, ibi recenſentur. Et lege ſequente. Lege Iulia tenetur, qui iniuſſu principis bellum geſſerit, delectumque habuerit, exercitum comparauerit, & cætera, quæ ibi enumerantur. Et paulo poſt inter cætera. Maieſtatis crimine tenetur rex externæ nationis ſi populo Romano minus obtemperet. Et libro quadrageſimonono: Hoſtes *ſunt, quibus bellum publice populus Romanus decreuit, uel ipſi populo Romano, cæteri uero latrunculi uel prædones appellantur. Et ideo qui a latronibus captus eſt, ſeruus latronum non eſt. Et libro quinquageſimo.* Hoſtes *ij ſunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decreuimus, cæteri latrones aut prædones ſunt. Super quibus uerbis. Hoſtienſis ait. Lex autem aſſerit, quòd ij, quibus populus Romanus bellum indicit, uel ipſi populo Romano hoſtes proprie dicuntur, cæteri latrunculi. Vnde uidetur quòd bellum, quod tota die exercent principes noſtri ſæculi eſt iniuſtum. Cicero & in Phil. & in Epiſt. Et Plancus Marcum Antonium, quia Remp.*

oppreſ-

oppreſsit, latronem appellant. Sed ueniet tempus, & ,ut quantum augoror, è proximo eſt, quo huiuſmo di rebelles Romana *arma infeſta ſentientes ſuæ perti naciæ luant tandem pœnas. Quanquam non deſunt, qui dicant ſe in libertatem aſſeruiſſe, nec ſub* Imperij *ditione eſſe, ſed eſſe ſui iuris. Quòd in Dig. & in Inſt. lex extet huiuſmodi, Inſula, quæ in mari nata eſt, quod raro accidit, occupantis eſt. Quæ quidem ratio inſana eſt, non modo uana, & hominum ignorãtium. Nam cum uniuerſus orbis populi* Romani *ſit, ubi ubi fueris ſub eius poteſtate eris. Itemque ſi auctorita te Romanæ legis inſula recenter in mari nata, eſt occu pantis eam, uelint nolint, fatentur, quod iam negari non poteſt, quòd conditor legis, ideſt populus* Roma*nus eſt dominus maris, cum reuera ſit, ut oſtendi, domi nus orbis totius. Concedit enim lex primo huiuſmodi inſulam occupanti, ut is ſecure eam inhabitet, cum aliter eam occupare habitareque ſibi non liceret. Et prohibet nequis iniuſſu populi* Romani *ſiue Cæſaris eum infeſtet, a locoue deturbet. Concedit, in quam, lex illi eius loci uſum habitationemque, non quod ipſe ſui iuris ſit, & legi ac legis conditori non pareat, militum delectum habeat, exercitum comparet, bellum gerat, alia loca ui occupet, alios armis infeſtet, ſibique ſubdat, in eos ditionem habeat, ius illis dicat reddatque, Imperij magiſtratibus, prouinciæ præſidibus non ob temperet. Quæ ut oſtendi tyrannorum & latronum ſunt, non iuſti domini. Vt enim etiã Ro-*

 mana-

manarum legum beneficio uti poſſunt, qui leges ipſas renunciant, qui legibus ipſis abutuntur, & Imperio obedire renuunt? Iure quidem Alex. ſeuerus Imperator militibus dixit. Haud equidem digni eſtis qui uel plebs Romana ſitis, ſi ius Romanum non agnoſcitis. Licet enim aeris & maris aquarumque uſus com munis ſit, dominatio tamen & protectio P. R. eſt. Iam uero Dig. libro quadrageſimo tertio L. littora, edicit nequis aere & mare abutetur. Aug. Cæſ. ait Strabo libro quinto, nimias edificiorum altitudines depoſuit, & nequis ſupra pedes lxx. ſublimius edificaret inhibuit. Traianus, ait Sex. Aurelius, ſtatuit ne domorum altitudo lx. ſuperaret pedes, ob ruinas faciles, & ſumptus exitioſos. Et leges pyratas, quòd mari abutantur, grauiter puniunt. Item lex ſiue edictum populi Romani, ſiue tribuni pleb. noxijs quibuſdam aqua & igne interdicit. Quare uiderint ne ingrati ſint legi, & legis conditori, Imperioque rebelles. Quandoquidem nemo quiſquam auctoritate ſua ſe in libertatem uindicare poteſt, ut leguleij quidam imprudentes legum, imo uero iudicij & rationis prorſus ex pertes ferunt. Qui, ut quibuſdam ciuitatibus adulentur, dicunt eas ſe in libertatem aſciuiſſe & eam neſcio quo præſcripto roboraſſe, & ob id Imperio non ſubeſſe, quaſi uero populo Romano Imperij ius præſcripto abrogari poßit. Cum potius tanta illorum uerboſitas ac barbaries (uerboſe enim ac barbare non latine ſcribunt) ſit præſcribenda, ac penitus tollenda.

Cum

Cum enim, ut egregie Auguſtinus ait, diuino naturalique iure communia ſint omnia, & humano ciuilique iure, quod Romani *reges ac magiſtratus, Senatuſque condiderunt, quiſque dicit, hæc domus mea eſt, & omnis poteſtas a Deo ſit, & Imperium populi Romani Chriſti uoce & obedientia, ut relatum eſt, confirmatum ſit, quomodo quis Dei ordinationi abſque crimine reſiſtere poteſt, ut* Imperio *a* Deo *conſtituto non pareat? Chriſtus ut homo ſub* Imperij *ditione natus, & cum cæteris Imperio ſubiectis annumeratus trigeſimum annum agens* Imperio *cenſum ſoluit, nec ſe in libertaté aſſeruiſſe, & præſcripto eam firmaſſe, ſeque quòd nunquam antea cenſum ſoluiſſet, immunem eſſe dixit.* I*ſti hiſtoriarum neſcij, & in iure ciuili imprudentes iure ipſi publico, iuriſque conditori, populo inquam Romano præſcribi poſſe nugantur. Non diſpicientes uſucapio, præſcriptio, cæteraque leges omnes eſſe populi Romani. Et certè ita libro octauo Cod. lex ipſa Romana ſanxit. Præſcriptio longi temporis iuri publico non debet obſiſtere, ſed nec reſcripta quidem atiqua. Proinde nulli hominum integrum eſt* Imperij Iura *uſurpare, neque ab* Imperio *deſiſcens auctoritate ſua libertatem capeſcere. Non enim liberi eſſe aut dici poſſunt, qui a uero & legitimo domino, ideſt a populo Romano libertatem non ſunt aſſecuti. Cum ſola Roma ſit uere libera, ſolaque reſpublica.* Id *quod probe in Buccolicis ſcribit Maro. Qui ſub Tityri perſona ſe nuſquam libertatem ade-*

 ptum

p tum fuiſſe dicit,niſi ubi ſe Romam contulit. Et Irſtit. *libro primo ita ſcriptum eſt. Multis modis additis,per quos poſſit libertas ſeruis cum ciuitate Romana, quæ ſola eſt,in præſentia præſtari, ſola ſcilicet libertas uera, plena & perfecta. Et rurſus libro eodem. Publicum ius eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, cæteræ uero ciuitates omnes,præter Romã, priuatæ ſunt, ut Dig. libro quinquageſimo habetur,ubi ſic ſcriptum eſt. Bona ciuitatis abuſiue publica dicta ſunt, ſola enim ea publica dicenda ſunt, quæ populi Romani ſunt.* Et *lege ſequente. Eum, qui uectigal populi Romani conductum habet, publicanũ appellamus, nam publica appellatio in compluribus cauſis ad populum Romanum reſpicit. Ciuitates enim loco priuatarum habentur. Improprie uero & abuſiue quælibet ciuitas, quodlibet caſtrum reſpublica dicitur, ſed eo modo, quo dicitur commune, ut Cod. libro octauo, & Dig. libro trigeſimo ſecundo liquet, ubi Reſp. Heliopolitanorum, & Reſp.* Tuſculanorum *ſcribitur. Ergo ſola urbs Roma uera* Reſp *ueraque libera eſt,quæ nunquam alicui ſeruiuit. Nam reges, ut oſtendam, a populo creabantur, & nec iure hæreditario regnabant, nec quicquam magnum & arduum non conſulto Senatu, ac non ſcitante populo eis agere licebat. Neminẽ unquam aut regem, aut populum quantumuis potentiſſimum formidauit, ſed contra cunctis regibus ac gẽtibus uel citimas orbis oras habitantibus formidabilis fuit. Qui etiam antequam* Imperio *ſubderentur unius*

Romanorum legati iuſſo pauore perculſi ac perterriti animiſque conſternati ei parere cogebantur. Imperio uero ſubiecti etiam in ſuis regnis cuilibet magiſtratui Romano & cedebant, & obtemperabant. In caſtris uero Romanis, ut tribuni, aut legati ſub Romanis Imperatoribus militabant, ut Attalus, ut Eumenes, ut Maſiniſſa, ut alij. Nunquam Romani a quoquam pacis accepere leges, nulli unquam pendere tributum, ſed ipſi omnibus & regibus & gentibus dedere leges, & ab eis ex lege quotannis tributa exigebant. Bella iuſte, ut dixi, ac data cauſa ſuſcipientes nunquam pacem emerunt, aut petierunt, ſupplicatam uero, citra tamen Romani nominis maieſtatem, benigne concedebant. Reges, quos uolebant, creabant, &, ut Machab. libro primo legitur, quibus auxilio eſſe uolebant, ut regnarent, regnabant, quos autem uellent regno deturbabant. Quanquam non deſint, neoterici quidam ſcriptores conductitij, qui precio ineſcati non hiſtorias ſcribunt, ſed pueriles fabellas. Hi uoluntati eorum, quorum res ſcripſere, obſequentes, eoſque falſo cælo tollentes, illorum ciuitates culicem elephanto, muſcam aquilæ, & ranam delphino comparantes Romanæ urbi Romanæque Reip temere & impudenter nimis non conferre modo, ſed præferre etiam audent, aut certe, quod credibilius eſt, illi ipſimet ciues uani ac iactabundi manem gloriam captantes hæc illorum ſcriptis inſeruere, ſubtrahentes, mutantes, addentes quicquid ſibi libuerit, quo ab alijs dicta uideantur, & habeantur pro ueris. Sed fruſtra

quidem, nam nulla gens in toto orbe ulla in re, neque probitate neque modeſtia, neque temperantia, neque humanitate, neque benignitate, neque clementia, neque grauitate, neque munificentia, neque gratitudine, neque animi magnitudine, ac fortitudine, neque conſtantia, neque fide, neque iuſtitia, neque militia, neque religione, neque ſcientia, neque prudentia, neque ſapientia, neque legibus ferendis, neque adminiſtratione Reip. neque rebus foris geſtis cum Romanis eſt conferenda. Qui non mercenarijs conductitijſque ducibus, ut multi facere aſſolent, utebantur, ſed ipſimet res magnas ac præclaras gerẽtes uniuerſum ſibi ſubigere orbem. Atque *plura ac maiora clarioraque unus Romanus* Imperator, *ut Africanus, ut Paulus Aemilius, ut Sylla, ut Pompeius, ut Cæſar, ut alios innumerabiles propè prætercam, breui geßit, quàm quilibet potentißimus rex, ac quælibet &* Italiæ *& alterius cuiuſuis gentis ciuitas omnibus ſæculis. Quin etiã plura dedere* Romani *uni ſociorum ſuorum quàm quælibet Italiæ ciuitas unquàm poſſedit. Quæ non modo cum Carthagine, quæ plures annos cum P. R. bellum geſſit, non eſt conferenda, ſed haud ſcio an Athenienſium Reip. ſit comparanda. Apponant igitur digitum ori, ac ſileant, nec de cætero tantum ſemet efferant, tantum ſibi blandiantur, ut ſe Romanis conferre audeant, ſed ſuæ uacent mercaturæ. Sunt præterea, ut aliquid nominatim dicamus, qui, ut uenetis aſſententur, dicant uenetos ipſos, qui non inſu-*

lam

lam recenter in mari natam, ſed paludes incolunt, eorumque ciuitas noua eſt poſt Gothorum in Italiam impreſſionem condita, nunquam Imperio *obtemperaſſe, ſed ſui iuris eſſe. Cum ipſimet ueneti, ait Bartholus in quadrageſimum nonum librum* Dig. *dicant ſe libertatem aſſecutos ab* Imperio Romano *priuilegio precario, quod tamen, inquit, Imperator reuocare poteſt, cum liceat ei mutare uoluntatem ſuam. Et hæreticum appellat eum, qui negat uniuerſum orbem Imperio Romano ſubeſſe, cum ſcriptum ſit, inquit, in ſacra hiſtoria. Exit edictum a Cæſare Auguſto, ut deſcriberetur uniuerſus orbis. Precarium autem, ut* Dig. *libro quadrageſimo tertio ſcribitur, ſimile eſt accomodato, quod dominus repetere poteſt. Sed qui præterea quæſo fieri potuit, ut cum non Italia modo, ſed omnes inſulæ, omnia Maria, uniuerſus denique orbis, ut oſtendi, ſub ditione Romani Imperij fuerit, &* Iuſtinianus *Cæſar, Gothis* Italia *pulſis, &* Imperio *ſubactis, totum orbem, ut libro primo Cod. legitur,* Imperio *reſtituerit, ſoli ueneti* Imperio *non paruerint? Et quidem certe Carolo Magno Imperitante* Imperio *rebellantes & græcorū rebus ſtudentes per Pipinum filium debellati ſunt, & eorum ciuitas, ut Paulus diaconus apud Blondum ſcribit, capta eſt. Et quanquam, ut ad inſtitutum redeam, unus ſit Romanæ Reip. Princeps, qui eam populi Romani auctoritate adminiſtret,* Imperium *tamen* Romanorum *eſt, omneſque Romani, ait Auguſtinus in homilijs, & res*

ipſa loquitur, Romanum Imperium poſſident, quamuis, inquit, in eo non omnes regnent, ſed cæteris regnantibus parent. Cæſar enim, ait idem ad Marcellinum, & ea ipſa ueritas clamat, eſt Romani Imperij *adminiſtrator. Gregorius etiam Papa in Epiſtolis ait. Romanus princeps differt a cæteris, quòd ſolus eſt princeps liberi populi. Siquidem populus Romanus orbis terrarum dominus iam bellorum ciuilium tædio ius auctoritatemque adminiſtrandi* Imperij *in Cæſarem tranſtulit, eique Reip. ſummam detulit, non dedit. Ait enim Cicero in Philip. C. Cæſari dictatori perpetuo M. Antonius conſul populi iuſſu regnum detulit. Et Liuius libro cxvi. Cæſar, inquit, ex Hiſpania quintum triumphum egit, & cum multi quam maximique honores ei a Senatu decreti eſſent, inter quos & pater patriæ appellaretur, & ſacroſanctus ac dictator in perpetuum eſſet. Et Suetonius. Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, præfecturamque morũ, inſuper prænomen* Imperatoris, *cognomen patris patriæ, & dictator in omnem uitam, conſulque ad decennium. Atqui ita Cæſari* Imperij *adminiſtrationem populus conceſſit, ut ius ipſum ſuum atque* Imperium, *auctoritatemque ſuam, tum maxime* Imperatorem *diligendi poteſtatem penes ſe retineret, non enim hæreditario iure imperabant. Quippe poſteaquam populus Romanus* Imperij *adminiſtrationem Cæſari conceſſit,* Imperatores *patrum electione ac populi conſenſu*

ſenſu

ſenſu creabantur. Omnia Senatus conſulto & auctoritate fiebant. Comitia habebantur, ubi magiſtratus creabantur, & leges approbabantur. Senatus leges ferebat, Senatuſconſulta faciebat, ut in hiſtorijs, & libris legum uidere licet. Et Dig. libro primo ſcriptum eſt. Non ambigimus Senatus ius facere poſſe. Et Cod. libro quarto Antoninus *Cæſar Senatum ſemper leges condidiſſe his uerbis oſtendit. Et Senatus cenſuit, & quæ ſequuntur. Senatus enim, ait Cicero in Phil. & pro Sextio, & libro tertio de leg. eſt orbis terræ concilium, princepſque ſalutis mentiſque publicæ, & dominus publici concilij. Qui ut idem Cicero, in Off. ait, nunquam utilitatem a dignitate ſeiunxit. Cui, ait idem libro ſecundo de Orat. populus* Roma*nus moderandi & regendi ſui poteſtatem quaſi quaſdam habenas tradidit. Vbique in libris legum, Senatuſconſultis, Imperatorum edictis, in titulis in ſaxis, in arcubus, atque in hiſtorijs, iura,* Imperiumque *populi Romani, Reſp. Romanorum, ut eſt, ſcribitur.* Item *ubique tempora non* Imperatorum, *ſed Conſulum nomine computantur, uel quidem certe Leonis Papæ ætate, & infra.* In Imperato*rum quoque edictis itidem non ipſorum, ſed Conſulum tempus notatur. Senatuſconſulta non ab* Im*peratoribus, ſed a Conſulibus dicta ſunt, ut S. C. Trebellianum Principatu Neronis, Velleianum tempore Claudij, Pegaſianum Imperatore Veſpaſiano, Tertullianum* Hadriano *Principe, Orficinum*

Marc

Marci temporibus. Numi, in quibus Imperatorum *imagines inſculptæ ſunt S. C. percuſsi ſunt, ut intelligamus hæc omnia S. P. Q. R. auctoritate facta fuiſſe. Poſt uèro Cæſaris necem populus Romanus, ait Cicero, elegit ſibi in principem Octauium. Quæ autem populus ipſe C.* Iulio *Cæſari, & O*ctauio*, atque inde Tiberio & Claudio conceſsit, ſcribit Dion. Neque omnes* Imperij *prouincias regebat Octauius. Nam quaſdam regebat populus, ad quas mittebat* Impera*tores & proconſules, Octauius uero ad ſuas præfectos & prætores deſtinabat, ut Strabo libro decimo ſeptimo, & Dion lib. quinquageſimo tertio ſcribunt. Qui, ait Oroſius, quatuor & quadraginta legiones ad tutelam* Imperij *per prouincias inſtituit.* Impera*tores autem eo modo dicti, quo Cæſar fuit appellatus (*Imperator *enim proprie exercitus ductor dicitur ob rem bene geſtam uictoriamque adeptam) decimo quoque anno ad* Imperij *adminiſtrationem a populo confirmabantur, & quidam inuiti, ut Dion de Octauio ſcribit. Vnde & decennalia celebrabant. Deferebat etiam Senatus P. Q. R. quibuſdam* Imperatoribus *(non enim omnia omnibus* Imperatoribus *concedebat, ſed quæ ſibi uidebantur, ut in hiſtorijs, tum maxime in Dione latiſſime patet) magiſtratus reliquos, præter dictaturam, cuius nomen, ait in ſecunda Phil. Cicero, M. Antonius Conſ. inter præclara in capitolio Senatuſconſulta, in perpetuum ſuſtulit. Deferebat autem Senatus P. Q. R.* Imperatoribus *quibuſdá pro-*

proconſulare I*mperium extra urbem , Pontificatum maximum , tribunitiam poteſtatem , ius tertiæ , aut quartæ , aut quintæ relationis .* I*tem eos exercitus* I*mperatores ductoreſque , item conſules creabat, & cenſores, eis tamen collegam exhibens . Plerunque uero Senatus non ipſos* I*mperatores , ſed alios creabat incomitijs Pontifices maximos , conſules, proconſules, cenſores, & tribunos, alioſque magiſtratus . Hinc in* I*mperatorum titulis, ubi de eorum magiſtratibus & honoribus a* S*enatu ipſis delatis mentio fit , ſcriptú aut inciſum eſt ſic . Trib.Pot.iiij.* I*mp.* v *.Conſ.vi.Pro conſ.P.P.* v*ij.& huiuſmodi. Hoc eſt quater tribunú, quinquies exercitus ducem ductoremque,ſexies conſulem egit, proconſulatum geſſit, pater patriæ ſeptics a Senatu appellatus eſt . Hanc poteſtatem faciebat S. P. Q. R.* I*mperatoribus additis tamen his uerbis,ex uſu ac maieſtate Reip. ut infra palam erit , non contra utilitatem maieſtatemque Reip.* I*us autem ſecundæ & tertiæ , & quartæ relationis , ut id etiam enodemus eſt, quod magiſtratibus in iure dicendo tribuitur , de quo adhuc alius ſuperior magiſtratus adiri, reſque iudicata cognoſci poteſt . Quintæ uero , quod a ſupremo magiſtratu cognoſcitur , a cuius ſententia res iudicata nulla ſit prouocatio. Soluebat quoque Senatus* I*mperatores ipſos legibus ac plebis ſcitis , non tamen omnibus . Eis etiam leges condendi poteſtatem tradebat , quas tamen ad S. P. Q. R. probandas uel improbandas referebant. Cum hoſtibus Romani* I*m-*

perij

perij pacem inibant, fœduſque feriebant his conditionibus, ſi Senatui placeat, rataque ipſe habeat. Ille Reip. hoſtis uel amicus eſt, qui a Senatu iudicatus nunciatuſq. eſt. Atque ea, quæ S.P.Q.R. Imperatoribus deferebat, in tabulis æneis S. C. incidebantur. Extat adhuc in diui Ioãnis Lateranẽſis æde tabula una ænea (aliæ autem deſiderantur) in qua literis continentur quædam, quæ S.P.Q.R. *Veſpaniano Cæſari conceſsit, ſed eo modo, quo cõceſserat Aug. Tib. & Claudio. Vbi nulla mẽtio fit de Calligula, qui* Tiberio *ſucceſſit, nulla de Nerone, Galba, Ottone, & Vitellio, qui inter Claudium & Veſpaſianum fuere. Vt intelligamus Senatũ alia alijs conceſſiſſe, ſed illorũ nomina ideo ſubticentur, quia ea Senatus* P.Q.R. *uti infeſta ex annalib. eradẽs abolebat. Quæ Senatus decreta ex tabula illa eruta hic ad literã ſubijcere libuit, ſuntq. hæc. Fœdus cũ quibus uolet facere liceat, ita uti licuit diuo Aug.* Tib. Iu*lio Cæſari Aug. Tiberioque Claudio Cæſari Aug. Germanico. Vtique ei Senatũ habere, relationem facere, remittere, Senatuſconſulta per relationẽ, diſceſſionemq. facere liceat, ita uti licuit diuo Aug. Tib.* Iulio *Cæſari* Aug. Tib. *Claudio Cæſari* Aug. *Germanico. Vtique cum ex uoluntate, auctoritateue, iuſſu, mandatuue eius, præſenteue eo ſenatus habebitur omnium rerum ius perinde habeatur, ſeruetur, ac ſi è lege Senatus edictus eſſet, haberetur que. Vtique quos magiſtratũ, poteſtatem, Imperium, curationem cuius rei petentes Senatui populoque Romano commendauerit, quibuſue ſuffragationem ſuam dederit, promiſerit eorum comi-*

comitiis, quibuſque extra ordinem ratio habeatur. Vtique ei fines pomerij proferre, promouere, cum ex republica cenſebit eſſe liceat, ita uti licuit Tib. Claudio Cæſari Aug. Germanico. Vtique quæcunque ex uſu rei publicæ, maieſtate diuinarum, humanarum, publicarum, priuatarumque rerum eſſe cenſebit, agere, facere ius poteſtaſque ſit, ita uti diuo Aug. Tiberioque Iulio Cæſari Aug. Tiberioque Claudio Cæſari Aug. Germanico fuit. Vtique quibus legibus, plebiſue ſcitis ſcriptum fuit ne diuus Aug. Tiberiuſque Iulius Cæſar Aug. Tiberiuſque Claudius Cæſar Aug. Germanicus teneretur, iis legibus plebiſque ſcitis Imperator Cæſar Veſpaſianus ſolutus ſit. Quæque ex quaue lege, rogatione diuum Aug. Tiberiumue Iuliũ Cæſarem Aug. Tiberiumue Claudium Cæſarem Aug. facere liceat. Vtique quæque ante hanc legem rogatã, acta, geſta, decreta, impetrata ab Imperatore Cæſare Veſpaſiano Aug. iuſſu mandatuue eius a quoque ſunt, ea perinde iuſta, rataue ſint ac ſi populi plebiſue iuſſu acta eſſent. Sanctio. Siquis huius legis ergò aduerſus leges, rogationes, plebiſue ſcita, Senatuſue conſulta fecit, fecerit, ſiue quòd eum ex lege, rogatione, plebiſue ſcito, S. ue C. facere oportebit, non fecerit huius legis ergò id ei ne fraudi eſto, neue quid ob eam rem populo dare debeto, neue cui de ea re actio, neue iudicatio eſto, neue quis de ea re, apud . . . agi ſinito. Neq; omnes magiſtratus atq; honores ſimul Senatus Imperatoribus deferebat, nam nõ congruebat grauitati Senatus. Helius autẽ pertinax, ait Capitolinus,

ea

ea die, qua Auguſtus eſt appellatus, & Flauia Titia na uxor eius Auguſta eſt appellata his horis, quibus ille in Capitolium uota ſoluebat, primus ſanè omniũ etiam pater patriæ nomen recepit, necnon ſimul Imperium *proconſulare, necnon ius quartæ relationis, quod ominis loco fuit Pertinaci.* M. A*ntonius, ait idẽ Capitolinus, tribunitia poteſtate donatus eſt, atque* I*mperio extra urbem proconſulare, addito iure quintæ relationis. Alexandro autem Seuero quadam exigente cauſa plura una die Senatus detulit, qua de re ita Lampridius ait. Alexander accepit* Imperium*, cum antea Cæſar a Senatu eſſet appellatus mortuo ſcilicet* Macrino*, Auguſtumque nomen idem recepit, addito eo, ut patris patriæ nomen, & ius proconſulare, & tribunitiam poteſtatem, & ius quintæ relationis deferente Senatu una die aſſumeret. Vnde Alex. ipſe, ait Capitolinus, in Senatu ita locutus eſt. Gratias uobis* P. C. *non nunc primum, ſed & de Cæſareo nomine, & de uita ſeruata, & Auguſti nomine addito, & de Pontificatu maximo, & tribunitia poteſtate, & procõſulare* Imperio*. Quæ oĩa nouo exẽplo una die in me contuliſtis. Probo uero* Senatus *non quintæ aut quartæ, ſed tertiæ relationis ius detulit. C.* I*ulio Cæſari inter alios honores a Senatu decretos, cõceſſit, ut ſemper ſella curuli ſederet, exceptis ludis, ut Dion libro quinquageſimo quarto ſcribit. Enumeratis ijs, quæ* S*enatus Aureliano conceſſit, ut ſuper omnes poteſtatẽ haberet, excepto denique, inquit, præfe-*

cto

ſto urbis Romæ *, exceptis conſulibus ordinarijs, & ſacrorum rege, ac maxima Virginum ueſtalium, ſi tamen incorrupta permanebit. Super hos* Imperator *poteſtatem non habebat. Vt intelligatur Senatum non abſolutam, ſed præfinitam ac præſcriptam poteſtatem* Imperatoribus *tradere ſolere. Cæſari uero honores alios atque alios ultra modum accumulauere, ait Dion, ut ipſum obtrectationibus exponerent, in inuidiamque adducerent, perniciemque maturarent, id quod probauit euentus. Nimirum ſemper uel regum tempore Reſp.* Imperijque *poteſtas penes Senatum P. Q. R. fuit. Nilque agere regibus licebat iniuſſu populi, ac patrum auctoritate non interpoſita. Rex ad Senatum referebat, Senatus de omni re cognoſcebat, & ſuffragium ferebat, quod uiſum pluribus fiebat. Populus uel Romuli & Numæ temporibus quæſtores reliquoſque magiſtratus cræabat, leges ſanciebat, & de bello decernebat. Decreuerunt enim Romani, ait Liuius, ut cum populus regem iuſsiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres auctores fierent. Populus quidé ſciſcere, Senatus uere cenſere ſolebat, ut auctor eſt Cicero* Phil. *tertia. Ergo Senatus auctoritas, populi maieſtas, atque hinc primo plebiſcitum, inde S. C. ſcribitur. Romulus, aut Dionyſius Halicar. libro ſecundo, ubi certa a Deo ſigna accepit, conuocato ad concionem populo diuinationibuſque expoſitis rex ab eis creatur. Ancus Martius rex, ut in Liuio libro primo ſcriptum eſt, de indicendo latinis bello retulit ad patres,*

tres, eoſque ſingilatim ſententiam rogauit. Atque Senatus cenſuit, ut bellum cum latinis fieret. Et fecialis non regis, ſed Senatus P. Q. R. nomine latinis bellum indixit. Qui Ancus, ait Plinius libro trigeſimo ſexto, iuſſus a Senatu aquarum Appiæ *& Anienis tegula ductus reficere. Seruius Tullius quia auctoritate patrum, ſed iniuſſu populi regnare cepit, deque hac re increpitus fuerat, tulit ad populum uellent, iuberent ne ſe regnare, a populo rex eſt declaratus. Tarquino regi Imperium Senatus abrogauit, eumque ac filios & uxorem exules eſſe iuſsit. In rebus arduis ac magnis a rege, & a dictatore ad populum fiebat prouocatio.* Tullio *Hoſtilio regnante P.* Hora*tius trium* Horatiorum *pater pro ſalute filij prouocauit ad populum, cui prouocationi rex ceſſit. M.* Fa*bius pro Q.* Fabio *filio a L. Papirio dictatore ad tribunos plebis appellauit, & prouocauit ad populum, eum dictatori iudicem tulit. Eſt aut tribunus populi magiſtratus, & ſuprema poteſtas, cuius iuſſu uel conſules in carcerem duci poterant, ut Cicero pro lege agraria contra Rullum inſinuat. Poterat Tribunus è Reip. ferre leges, ut C. Manilus legem tulit, ut bellum Mitridaticum Pampeio deferetur. Quam legem Cicero tum prætor defendit. Nō tamen, ait Val. Max. libro ſecundo, licebat tribuniſplebis intrare in curiam, ſed ante ualuas poſitis ſubſellis decreta patrū attentiſsima cura examinabant, ut ſi qua ex eis improbaſſent, rata eſſe non ſinerent. Itaque ueteribus*

S. C. T.

S. C. T. litera ſubſcribi ſolebat, eaque nota ſignificabatur, illa tribb. quoque cenſuiſſe. Nullus autem rex, ut dixi, neque Imperator hæreditario iure regnauit, ſed a S.P.Q.R. creabantur. Quare M. Antonius conſul, ait Appianus bellorum ciuilium libro tertio, ita dixit Octauio. Si quidem ò puer cũ hæreditate & cognomine Imperium tibi Cæſar reliquiſſet, æquum fortaſſe foret te publicarum rerum rationem poſcere, & me polliceri. Verum Romani principatum nulli ex hæreditate tradidere, neque regibus, quibus eiectis iureiurando ſanxerunt neminẽ ulterius uelle ſuſcipere. Quod præcipue patri tuò obijcientes percuſſores eius, & ob id eum interemiſſe aſſerunt regnantẽ, nõ autẽ imperantem amplius. Si ego honores percuſſoribus & tyrannicidis decretos contempſiſſem, tyrannus habitus fuiſſet Cæſar, cui neque gloriæ quicquã, neque honoris, aut actorum ſtabilitas ulla affuiſſet, nõ decreta, nõ hæredẽ, nõ ſubſtantiã ullã eſſet cõſecutus, nõ corpus ſepulchro dignũ habitũ, ne priuato quidẽ. Leges quippe tyrannorũm corpora inſepulta iubent abijci, memoriã omnẽ aboleri. Et ſiquid peculij illis adeſt in cõmune redigi. Interdũ uero Imperatoribus quibuſdã, quòd in adminiſtrando Imperio, & in populũ ſe optime geſſerint, Senatus ſucceſſorẽ principemq; e nominandi poteſtatem faciebat, aut ipſemet illorũ filios Cæſares appellabat. Qui cũ pertinacis uxorẽ, ait Capitolinus, Auguſtam, & filium Cæſarem appellaſſet. Pertinax nec uxoris Auguſtæ appellationem recepit, & de filio dixit; cum meruerit. Imperatores autem ipſi ſic a S.P.Q.R.

appellati nihil inconſulto Senatu agebant, ſed omnia ad Senatum referebant. Et in Senatus populique Romani uerba iurabant, ut palam eſt in Cornelio Tacito libro decimo ſeptimo, & ei gratias agebant, ſeque Senatus populique Romani ſeruos, & Reipublicæ mi niſtros, ut erant, Senatum uero dominum ſuum appel labant. Imperator enim, ut in hiſt. & Cod. libro duo decimo liquet, Senator in numeroque Senatorum eſt. Cæſar quæ agenda erant, referebat ad Senatum. Interfectus in curia fuit, quam adierat quadam ad Sena tum relaturus. Occiſus autem fuit, quòd auctoritate ſibi a Senatu tradita abutaretur. Auguſtus, ait Dion libro quinquageſimo tertio, omnia ad Senatum referebat. Qui, ait Suet. exegit a Senatu, ut quoties con ſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet, nec obtinuit. Impetrauit a Senatu decem adiuto res, quibus unumquenque equitum rationem uitæ red dere coegit. Petijt a Senatu, ut liceret ſibi contra le ges relinquere Liuiæ uxori ex triente. Ad Scenicas & gladiatorias operas equitibus Romanis aliquando uſus eſt, id quod ei S. C. interdictum eſt, & paruit. Factum decretum patrum fuit, quoties quid ſpectaculi uſquam publice ederetur, primus ſubſelliorum ordo uacaret Senatoribus, cui Auguſtus obtemperauit. Dictaturã magna ui offerente populo genunixus, deiecta ab humeris toga, nudo pectore, deprecatus eſt. Domini appellationẽ ut maledictum & opprobium ſemper exhorruit. Die Senatus nunquam patres niſi in cu

ria

ria ſalutauit, & quidem ſedentes, ac nominatim ſingulos, nullo ſumouente, & diſcedens eodem modo ſedentibus, uale dicebat. Quoties magiſtratuum comitijs intereſſet, tribus cum candidatis ſuis circuibat ſupplicabatque more ſolenni, ferebat & ipſe ſuffragium ut unus è populo. Teſtem in iudicijs & interrogari & refelli æquiſſimo animo patiebatur. Commendauit filios ſuos populo, adiecto uerbo, ſi merebuntur. Rationes Imperij Senatui proponebat, reddebatque. Ita & Caligula egit, ut Suetonius ſcribit. Tiberius, ait idem Suet. ſe in curia Senatorem appellauit, atque in Senatu dixit. Nunc & ſæpe alias P. C. & ſalutarem principem, quem uos tanta & tam libera poteſtate inſtruxiſtis, Senatui ſeruire, & uniuerſis ciuibus, & ſæpe & plerunque etiam ſingulis. Nec id dixiſſe me pœnitet, & bonos & æquos & fauentes uos habui dominos, & adhuc habeo. Qui, ait idem, neque tam paruum quicquam, neque tam magnum publici priuatique negotij fuit, de quo non ad P. C. referretur. De uectigalibus ac monopolijs, de extruendis reficiendiſque operibus, etiam delegendo uel ex auctorando milite, ac legionum & auxiliorum deſcriptione. Denique quibus Imperium propagari, aut extraordinaria bella mandari, quid etiam, & quam formam regum literis reſcribi placeret. Quædam aduerſus ſententiã ſuam decerni, ne queſtus quidem eſt. Cenſente eo, ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad muuitionem uiæ transferre concederetur, obtinere non

 potuit,

potuit, quin rata uoluntas legatoris eſſet. Cùm S. C. per diſceſſionem forte fieret, tranſeuntem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, ſecutus eſt nemo. Conſulibus aſſurgebat, & decedebat uia. Corripuit conſulares exercitibus præpoſitos, quòd non de rebus geſtis Senatui ſcriberent, quòdque de tribuendis quibuſdam militaribus donis ad ſe referrent, quaſi non omnium tribuendorum ipſe ius haberet. Neronẽ & Druſum P.C. commendauit. Milites non eſſe ſuos, ſed populi dixit, ut ſcribit Dion libro quinquageſimo tertio. Cum, ait Tertullianus, Pontius Pilatus de admirandis Chriſti actionibus ad Tiberium, non ad Senatum ſcripſiſſet, Senatus hanc rem indigne tulit, Tiberioque prærogatiuam ferenti, ut Ieſus pro Deo coleretur, repugnauit. Claudius, ait Suet. Neminem exulum niſi ex Senatus auctoritate reſtituit. Vt ſibi in curiam præfectum prætorij, tribunoſque militum ſecum inducere licet, utque rata eſſent, quæ procuratores ſui in iudicando ſtatuerent, præcario exegit. Ius nundinarum in priuata prædia a Conſſ. petijt. Veſpaſianus, ait Suet. ueniebat ad Senatum, & cum patribus communicabat omnia. Traianus, ait Dion, Senatum patrẽ, & ſe miniſtrum laboris uocabat, cum populo benignus & manſuetus fuit. Cumque Suræ cuidam tribunatum militum traderet, parazonium, quo pro dignitate accingendus erat, nudum ei porrexit: At talem, inquiens enſem accipe, quem pro me ita demum ſtrinxeris, ſi iuſte imperauero. Quòd ſi perperam

peram quicquam a me fieri cognoueris, eo in perniciẽ meam utaris uelim. Adrianus, ait Spartianus, *in concione & in Senatu ſæpe dixit, ita ſe Remp. geſturum, ut ſciret populi rem eſſe, non ſuam. Qui nihil non conſulto Senatu faciebat. Senatui legitimo cum in urbe, uel iuxta urbem eſſet, ſemper interfuit. Erat tum mos, ut cum princeps cauſas agnoſceret, & Senatores & equites* Romanos *in concilium uocaret, ſententiam ex omnium deliberatione proferret, execratus eſt denique principes, qui minus Senatoribus detuliſſent. Cum iudicaret in conſilia habuit iuriſconſultos, quos Senatus omnis probaſſet. Conſules uero, ait Dion, tanto honore proſequebatur, ut eos è ludis circenſibus domum reduceret, quibus interdum aſſiſtebat, quoties hi iudicarent.* Antoninus *Pius, ait Capitolinus, Senatui tantum detulit Imperator, quantum cum priuatus eſſet, deferre ſibi ab alio principe optauit. Qui omnium, quæ geſſit, & in Senatu, & per edicta rationem reddidit. M. Antonius philoſophus, ait idem Capitolinus, ſemper, cum potuit, interfuit Senatui, etiam ſi nihil eſſet referendum, ſi* Romæ *fuit, ſi uero aliquid referre uoluit etiam de Campania ipſe uenit. Comitijs præterea etiam uſque ad noctem frequenter interfuit, neque unquam receßit de curia, niſi conſul dixiſſet, nihil uos moramur patres conſcripti. Cum populo autem non aliter egit, quàm eſt actum ſub ciuitate libera. Pecuniam, ait Dion, apud* Xiphi-

 linum,

linum, ex ærario petiuit a Senatu, ut in Scythicam expeditionem proficiſceretur, dicens pecuniam cæteraque omnia eſſe Senatus populique Romani. *Nos enim, inquit (id dicebat in Senatu) uſque adeo nihil habemus proprium, ut etiã ueſtras ædes habitemus. Elius Pertinax, ait Capitolinus, Senatui legitimo ſemper interfuit, ac ſemper aliquid retulit. In curia honorificentiſſimus fuit, ita ut Senatum fauentem adoraret. Petijt a Senatu ut honores Fauſtinæ uxori ædemque decernerent. Alex. Seuerus, ait Lampridius, præf. præt. ex Senatus auctoritate conſtituit. Præfecturam urbis a Senatu accepit. præf. præt. Senatores eſſe uoluit, nequis non Senator de Romano Senatore iudicaret. Proconſulares ex Senatus uoluntate ordinauit. Se a Senatu* Imperatorem *creatum eſſe dicebat. Tacitus petijt a Senatu conſulatũ Floriano* Fra*tri, & non impetrauit. Theodoſius & ualent, ut Cod. libro primo conſtat, ad Senatum ſcribentes dicunt ſe leges non promulgaturos niſi ipſius* Senatus *auctoritate. Quòd, inquiunt, bene cognoſcimus quod cum ueſtro conſilio fuerit ordinatum, id ad beatitudinem noſtri* Imperij*, & ad ueſtram gloriam redundare. Noſtri, inquiunt,* Imperij*, hoc eſt noſtri magiſtratus. Sic &* Iuſt. *in prohemio inſt. Africam aliaſque prouincias ditioni* Romanæ*, inquit, & noſtro* Imperio *reſtituimus. Valent.* Iunior *& Martianus, ut libro eodem Cod. ſcribitur, tres tantummodo prætores electæ opinionis in urbe Roma iudicio Senatus ordi-*

ordinari uolunt. Sic & ualens, & Gratianus, & Honorius; ut in Cod. uidere licet; de his, quæ ad urbis Imperijque adminiſtrationem attinebant, ad Senatum ſcribebant. Qui & urbem ipſam exornare ſtudebant. Nam, ut aliquid de poſterioribus dicam, Theodoſius, ut in Cod. legitur, Romanum Gymnaſiũ egregie diſpoſuit. Honorius eius filius mathematicos urbe exegit; & monomachiam ſuſtulit, ut libro decimo hiſtoriæ tripartitæ ſcriptum eſt. Quòd ſiqui ab exercitu tumultario iudicio Imperatores *appellati fuiſſent, nequaquam ſe* Imperatores *eſſe iudicabant; ſed à Senatu eligi optabant. Egregie enim nouerant Imperium eſſe populi Romani, eumque ſolum merum* Imperatorem *eſſe, qui a P. R. eſſet electus, atque ea tantum habere, quæ ſibi dediſſet Senatus.* Milites *uero mercenarios* P. R. *ſub eoque ſtipendia facere. Ipſi autem milites ſi quando* Imperatorem *elegerunt, id ad defenſionem ſuam feciſſe aſſerebant, ne aut ab hoſte opprimerentur, aut Mutuis ſeditionibus uexarentur. Clodius Albinus non a militibus ſed à Senatu elegi uoluit, licet antea ipſum commodus Cæſarem appellaſſet. Duobus Scipionibus* Imperatoribus *in Hiſpania occiſis, ait Liuius Bel. Pun lib. quinto, exercitus comitijs militaribus L. Marium ducem elegit. At Senatus, ut libro ſequenti Liuius ſcribit, licet ille magna uictoria de hoſtibus potitus ſit; quia tamen proprætoris titulo ad S. ſcripſerat, cum de literis L. Martij referretur; res geſtæ magnifice Senatui uiſæ;*

titulus honoris, quod Imperio non populi iuſſu, non ex auctoritate patrum dato proprætori Senatui ſcripſerat, magnam partem hominum offendebat. Rem mali exempli eſſe, Imperatores eligi ab exercitibus, & ſolenne auſpicatorū comitiorū in caſtra & prouincias procul ab legibus, magiſtratibuſque ad militarem temeritatem transferri. Reſcribi de frumento & ueſtimentis exercitus placuit, utranque rem eam curæ fore Senatui. Aſcribi autem propretori L. Martio non placuit. Quare hunc in modum Clodius ipſe apud Capitolinum in concione ad milites, qui ipſum tumultuario iudicio Imperatorem elegerant, diſſeruit. Si Senatus P. C. ſuum illud haberet Imperium, nec in unius poteſtate res tanta conſiſteret, non ad Vitellios, neque Nerones, neque Domitianos publica fata ueniſſent. In Imperio noſtræ illæ gentes Ceioniorum, Albinorum, Poſthumiorum, de quibus patres ueſtri, qui & ipſi ab auis ſuis audierant, multa didicerunt. Et certe Africam Romano Imperio Senatus adiunxit. Galliam Senatus ſubegit, & Hiſpanias. Orientalibus populis Senatus dedit leges. Parthos tentauit Senatus & ſubegiſſet, ni tam auarum principem Romano exercitui fortuna reipublicæ tunc dediſſet. Britanias Cæſer ſubegit certe Senator, nondum tamen dictator. Hinc ipſe Commodus quanto melior fuiſſet, ſi timuiſſet Senatum. Et uſque ad Neronem quidem Senatus auctoritas ualuit, qui ſordidum & impurum principem damnare non timuit, cum ſen-

ſententiæ in eum dictæ ſint, qui uitæ neciſque poteſtatem atque Imperium tunc tenebat. Quare commilitones ego Cæſareum nomen, quod mihi Commodus detulit, nolo, Dij faxint, ut ne alij quidem uelint. Senatus imperet, prouincias diuidat, Senatus nos conſules faciat. Tacitus Cæſar, ait Vopiſcus, in Senatu dixit. Ita mihi licet. P.C. Sic Imperium regere, ut a uobis me conſtet electum, ut ego cuncta ex ueſtra facere ſententia & poteſtate decreuit. Probus Cæſar, ait idē Vopiſcus, a militibus Imperator appellatus, Senatus ſententiā, qua ab eo Imperator nuncuparetur, demiſſe expoſcens hunc in modū ad ipſum ſcripſit. Recte atque ordine P.C. proximo ſuperiore anno factū eſt, ut ueſtra clementia orbis terrarū principē daret. Et quidem de uobis, qui eſtis mundi principes, & ſemper fuiſtis, & in ueſtris poſteris eritis. Atque utinam id Florianus expectare uoluiſſet, nec uelut hæreditariū ſibi uindicaſſet Imperium, uel illum, uel alium quempiam maieſtas ueſtra feciſſet. Nunc quoniā ille Imperium arripuit, nobis a militibus delatum eſt nomen Auguſtum, quinetiam in illum a prudentioribus militibus, quod fuerat uſurpatum, uindicatū eſt. Quæſo ut de meis meritis facturus quicquid iuſſerit ueſtra clementia. Quem Senatus principem elegit, ac præter cætera, ius tertiæ relationis ei detulit. Quòd ſi quis ab exercitu Imperator appellatus cōtra Senatus uoluntatem Imperiū arripuiſſet, tyrannus erat, nō Imperator, & a Senatu hoſtis iudicabatur, & omnis cū

ipſo

ipſo exercitus, ni ab eo diſceßiſſet. Legitimis autem Imperatoribus a Senatu electis probiſque uiris non magiſtratus modò, quos diximus, ac cognomina deferebat, ſed dies feſtos, triumphos, arcus, ſtatuas, clipeos, cæteroſque honores, ac dijs ſupplicationes pro illorum uictoria Senatus ultrò, aut ipſis poſtulantibus, decernebat, & eorum quoſdam mortuos inter Deos referebat. Qui uero poteſtate ſibi a Senatu tradita abutebantur, aliamque uſurpabant, ut prodigioſi tyranni hoſtes à Senatu iudicati; atque interempti ui tam cum tyrannide depoſuerunt. In quos Senatus acclamabat ſeruo ſeruiuimus; unco trahatur, in cloacam deijciatur, & interdum ita. Inimici hoſteſque Senatus populiq. Romani tollantur, feriantur, uiui excorientur. Aliquãdo ſic. Hoſtes populi Romani dij proſequuntur, & alia eiuſmodi multa acclamantes dicebant. Ac quæcunque ipſis uiuentibus Senatus conceſſerat, abolebat, eorum nomina ex annalibus eradebat, arcus tollebat & ſtatuas & clipeos, & hos conflabat, illos euertebat; atque omnia eius acta irrita eſſe cernebat. Iam uero Tarquinius ſuperbus hoſtis a Senatu declaratus unà cum uxore ac liberis regno priuatus, urbe exul exactus fuit. C. Cæſar quòd regium nomen affectaret, interfectus eſt a Senatu. Tiberius occiſus fuiſſet, ni è Campania Romam rediens, Senatuſque uoluntatem ſentiens retro pedem tuliſſet. Caligula hoſtis a Senatu indicatus interemptus fuit. Nero hoſtis & ipſe a Senatu iudicatus eſt, & quæſitum,

ut

ut more maiorum puniretur, præcepitque Senatus militibus, ut eum uiuum attraherent. Pœna erat, nudi hominis ceruicem inſeri furcæ, corpus uirgis ad necem cædi. Quod cum percepiſſet, ſemet mortem conſciuit. Sergius Galba iugulatus eſt a Senatu. Vitellius manibus poſt tergum reuinctis, & laqueo collo iniecto, ac furca ſub mentum poſita diu per urbem tractus, quibuſdam fimo cœnoque inceſſentibus, deinde numeroſis ictibus confoſſus, ac poſtremo unco in Tyberim præcipitatus eſt. Domitianus a Senatu peremptus eſt. Commodus & Iulianus hoſtes a Senatu iudicati interfecti ſunt. Heliogabalus iuſſu Senatus occiſus eſt, & per circi ſpacia raptatus, in cloacam deiectus, & inde in Tyberim per pontem æmilium annexo pondere, ne fluctuaret, præcipitatus, neunquam ſepeliri poſſet, & eius nomine eraſo Tyberinus & tractitius & impurus appellatus. Maximini pater & filius hoſtes a Senatu iudicati necati ſunt. Otho huius nominis tertius ſeditione in urbe concitata fugiens, ut beatus Bartholomæus in uita beati nili refert, a P. R. obtruncatus fuit. Hinc Carolus quintus Cæſar licet antea neſcio a quibus Imperator fuerat nominatus, probe tamen ſciens & prudenter aduertens Imperium eſſe populi Romani, eiuſque ſolius eſſe Imperatorem eligere, non prius Bononiæ Imperij inſignia ſuſcipere uoluit, quàm a populo ipſo Romano Imperator appellaretur. At urbem a militibus ſuis, non illorum tamen uirtute, ſed pontificis culpa, qui militem

tem ex authorauerat, & Romanorum incuria captã diripi paſſus eſt. Et ne id eo conſcio factum poſsit non negare octo menſes milites predonum more per urbẽ cuncta uaſtantes, uel ſacra uiolantes ac profanantes graſſari ſinit, cum decem dierum ſpacio de hac tam impia & nefaria re certior factus ipſos ab urbe ſummouere potuiſſet. Quod quidem Romanum Imperium unà cum urbe ipſa Roma & Ethnici ipſi præſagio quodam, & noſtri quoque & latini & græci doctores diuinæ ſcripturæ auctoritate æternum, atque a ſolo Antichriſto deſtruendum aſſerunt. Proculus apud Liuium libro primo Romuli nomine Romam caput orbis terrarum fore prædixit. Et Annibal, ut in Liuio belli punici libro primo ſcriptum eſt, Romam *orbis terrarum caput uocauit. Virgilius libro primo quaſi numine afflatus præſagiens, uel id potius è Sibillis eruens* Iouem *Romanum ipſum totius orbis* Imperiũ *idque æternũ Veneri pollicentem introducit, ait enim Iuppiter ipſe de Romanis loquens.*

His ego nec metas rerum, nec tempora pono
Imperium *ſine fine dedi. Et libro tertio Phœbum prædicentem facit Aeneæ eius ſtirpem in totum orbem in æternum dominaturam, Imperijque ſedem ac domicilium* Italiam *fore, ait enim.*

Hic domus Aneæ cunctis dominabitur oris
Et nati natorũ, & qui naſcentur ab illis. Qui uerſus, ait Seruius, *ex Homero eſt, quẽ ille ex Orpheo ſuſtulit, & Orpheus ex oraculo Apollinis Hiperborei. Et An*

lib. 6. Aeneæ de urbis excellẽtia, Imperijque magnitudine, & *Romanorũ præſtãtia ac uirtute ita fatus eſt.*

En huius natę auſpicijs illa inclita Roma
Imperium terris, animos æquabit Olympo
Septem quæ unà ſibi muro circundabit ąrces
Felix prole uirùm. Et Scipio apud Liuiũ lib. xxviij. ait. Nec Iuppiter ſinet Remp. expiraturam, caſurũ Imperiũ, urbem auſpicato dijs auctoribus in æternum conditã fragili & mortali corpori æqualem eſſe. Item *Tibullus lib. primo Romã æternã uocat. Et ex Chriſtianis Honorius Imperator lib. undecimo Cod. Romã ipſam æternã appellat. Et Iuſtianus Cæſar* Romani Im*perij originem deſcribens ipſum immortale fore precatur. Ait quidem in Aut. Siquis enim reſpexerit ad uetuſtiſſimam hominum & antiquam Remp.* Aeneas *Troianus eſt* Reip. *princeps, & nos quidẽ* Aeneides *ab illo uocamur. Siue quis etiam ad ſecunda principia reſpexerit, ex quo pure Romanũ nomẽ apud homines corruſcat, reges eã obtinuerunt Romulus & Numa, ille quidẽ ciuitatẽ edificans, hic autẽ eam legibus ordinans & exornans. Siue etiã tertia principia ſumet quilibet* Imperij *Cæſarẽ max. & Auguſtũ piũ. Et ita Remp. nobis inueniet, & hanc, quæ nunc eſt, ualentẽ, ſitque immortalis ab illis procedẽs. Imo uero ſi uetuſtiſsimã Imperij originẽ repetere uolumus, eã nõ a Troianis, ſed a Latinis eſſe cõperiemus. Nã Dardanus, a quo originẽ ducit Aeneas ex Latio fuit filius Coriti regis Aboriginũ. Lactãtius .n. ait. Auctores quidã*

tradunt

tradunt Dardanum & Iaſium Coriti filios fuiſſe non Iouis. *Non enim ſi ita fuiſſet ad uſus impudicos Ganimedem pronepotem ſuum habere potuiſſet. Quinetiam Dardanum multo, centum uidelicet annis, ante* Iouem *filium Saturni regem Cretæ, quem deum finxit antiquitas, fuiſſe conſpicuum eſt. Quem* Iouem *in Latium contendiſſe nuſquam legitur. Dardanum uero in Latio ortum fuiſſe, non ſemel atque iterum, ſed ſæpe Virgilius oſtendit. Licet more poetico ipſum a* Ioue *deorũ ſummo, ſicut Aeneam a Venere, & Romulum a Marte, genitũ fingat. Coritus autem rex urbẽ in Latio condidit, eique ſuũ indidit nomẽ, ut liquet in Virgilio. Quare Seruius in ipſum lib iij. Coritũ, inquit, oppidum & mons dictus a rege patre Dardani. Quem locum Tuſci depreuantes ſic immutarunt, Coritum oppidum & mons tuſciæ, atque ita ſcripſere in Calepino, quaſi Dardanus tuſcus fuerit non Latinus, & quaſi Romanum Imperium originem habuerit a Tuſcis non a Latinis. Cum Tuſci arma aduerſus Aeneam ceperint, ipſum ab Italia profligare nitentes. Dardanum quoque coram urbem in Latio condidiſſe auctor eſt* Solinus, *itemque* Martianus Capella. Dardanus *autem ipſe* Iaſium *fratrem cum interemiſſet ex Latio Tyrrhenoque littore ſoluens ſeceßit in Phryg á, ibique urbem extruxit, quam a ſuo nomine appellauit Dardaniam, quæ poſtea a Troi nepote Dardani & patre Ganimedis dicta eſt Troia, & inde ab Ilo filio Trois dicta eſt Ilium. Idque latinus rex apud Virgilium*

lium lib. ſeptimo ſe ab Auruncis latij populis audiuiſſe dicit. Vnde gloriabantur aurunci quòd latinus ſanguis regnaret in Aſia. Multiſque alijs locis Virgilius Dardanum & Iaſium fratres latinos fuiſſe, atque Aeneam in latium antiquam ſedem contendiſſe declarat. Vt in primo in oratione Aeneæ ad ſocios. Et in tertio Apollo Troianos antiquam patriam ſtirpemque exquirere iubet, ubi Aeneæ ſtirps cunctis gentibus eſſet dominatura. Et dij penates Apollinis oraculum Aeneæ interpretantes ei ad Coritum urbem, ubi Dardanus ortus fuerat, accedere iubent. Helenus uero loci etiam ſigna condendæ urbis docet Aeneam. Et Anchiſes Tybrim cognataſque urbes poſteris ſuis a dijs datas, ubi Dardanus fuerat ortus, ingredi exoptat. Et in ſeptimo Aenæas ut primum Tyberis hoſtijs appellit lætus ex ſignis hanc eſſe terram agnouit, quæ ſibi ex ſui generis antiquitate & deorum oraculis debebatur. Quam obrem eam, deoſque penates ſalutans, eiſque gratias agens in ipſam ſe repetiiſſe dicit, ut ſibi pater Anchiſes arcana fatorum aperiens dixerat, ubi Tybris amnis, & fons Numicus eſſet, qui non longe ab Alba & Lauinio exiſtit. Idipſum dicit Ilioneus Aeneæ ad latinum legatus libro eodem. Quare Aeneas non in Tuſciam ad Mezentium, ſed in Latium ad Latinum contulit ſe, eiuſq; e filiam duxit uxorem, in Latioque nõ in Tuſcia urbem condidit. Quare deus Tyberinus in octauo ipſum Laurenti agro, Latiniſque aruis expectatum ſalutat ſignaque condendæ urbis oſten-

oſtendit. Tybrim autem tyrrhenum appellat, quòd tyrrhenum mare influat. Et Latium tyrrhenam ſedem uocat, quia tyrrheno mari abluitur. Cumque Fauni oraculum iuberet Latino, ut filiam externo collocaret, cuius ſtirps toti eſſet orbi dominatura. Amata, quæ filiam Turno Rutulorum regi nuptui tradere uolebat, Rutulos Latij populos Latini regno finitimos, quòd Latini Imperio non ſubeſſent, uocat externos. Imo inquit, ſi Turni origo altius repetatur, Turnus græcus eſt ab Acriſio, ac ſi diceret Turnus externus eſt, Aeneas uero Latinus a Dardano. Quòd ſi Rutuli Latij populi externi habiti ſunt, quòd Latini Imperio non ſubeſſent, multo quidem magis externus habitus fuiſſet Aeneas, ſi Dardanus ex Latio non fuiſſet. Sed certe Virgilius ſub amatæ perſona, ſicut alias ſæpe, oſtendit Dardanum in ea Latij parte fuiſſe ortum, in qua regnauit Latinus. Nam ſicut Amatam uera de Turni origine facit narrantem, ita haud dubie de Aeneæ ſtirpe. Faunus uero externum intelligit extra Latium ortum. Turnus autem in Latio apud Rutulos natus eſt. Ducentis autem ſexaginta annos poſt, paulo amplius aut minus Aeneas remigrauit in Latium, quàm Dardanus abijt ex eo. Nam Aeneas filius anchiſæ fuit, nepos capys, pronepos Aſſaraci filij Trois & fratris Ili. Tertullianus autem, ut ad inſtitutum redeam, qui Seuero & Antonino Caracalla Cæſaribus floruit ad ſcapulam ſcribens ita de æternitate Rom. Imperij, & Imperatoris poteſtate

ac di-

ac dignitate ait. Chriſtianus nullius eſt hoſtis nedum Imperatoris, quem ſciens a Deo conſtitui, neceſſe eſt, ut ipſum diligat & reuereatur & honoret, & ſaluum uelit cũ toto Romano *Imp. quouſq. ſæculũ durabit, tandiu .n. ſtabit. Colimus ergo &* Imperatorem *ſic, quomodo nobis licet, & ipſi expedit, ut hominẽ a Deo ſecundũ, & item quicquid a Deo cõſecutũ, ſolo Deo minorẽ. Hoc & ipſe uolet ſic enim oĩbus maior eſt, dum ſolo uero Deo minor eſt. Et rurſum. Nos enim pro ſalute* Imperatorum *Deũ oramus æternũ, Deum uerũ, & Deũ uiuum, quẽ & ipſi Imperatores propitium ſibi, præter cæteros, malunt. Sciunt quis illis dederit Imperium, ſciunt qui homines, qui & animas ſentiunt, eum Deum ſolum, in cuius poteſtate ſunt, a quo ſunt ſecundi, poſt quẽ primi ante omnes & ſuper omnes deos. Et infra. Oramus Deũ precantes pro omnibus* Impera*toribus uitam illis prolixam,* Imperium *ſecurum, domum tutã, exercitus fortes, Senatum fidelem, populũ probum, orbem quietum, & quæcunque hominis & Cæſaris uota ſunt. Et in* Apologetico Romanum *ipſum* Imperium *æternum, a ſoloque Antichriſto deſtruendum fore aſſerens ait. Eſt & alia maior neceſſitas nobis orandi pro* Imperatoribus, *etiam pro omni ſtatu* Imperij, *rebuſque Romanis, qui uim maximã uniuerſo orbi imminentẽ, ipſamque clauſulã ſæculi, acerbitates horrẽdas cõminantẽ Romani* Impe*rij cõmeatu ſcimus retardari. Itaq. nolumus experiri, & dũ precamur differri, Rom. diuturnitati fauemus.*

L L *Et*

Et in libro de reſurrectione carnis Romanum Imperium ex Pauli uerbis ad Theſſal. æternum eſſe aſtruit, probatque eo incolumi Antichriſtum, quem de Iudæorum populo fore Hieronymus in Danielem ſcribit, nequaquam uenturum, ait quidem. Ne quis uos ſeducat ullo modo, quoniam niſi uenerit abſceßio primo, Huius utique regni, & reueletur delinquentiæ homo, ideſt Antichriſtus filius perditionis, qui aduerſatur, & ſuperextollitur in omne, quod Deus dicitur, uel religio, ut ſedeat in templo Dei, affirmans Deum ſe. Nonne meminiſtis quòd cum apud uos eſſem, hæc dicebam uobis? Et nunc qui teneat ſcitis ad reuelandum eum in ſuo tempore. Iam enim arcanum iniquitatis agitur. Tantum qui nunc tenet, teneat, donec de medio fiat. Quis? Romanus ſtatus, cuius abſceſſio in decem reges diſperſa Antichriſtum ſuperinducet; & tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui, & euanebit apparentia aduentus ſui. Et Lactantius in libro de diuino præmio. Res ipſa declarat lapſum ruinamque rerum breui fore; niſi incolumi urbe Roma nil iſtiuſmodi uidetur eſſe metuendum. At uero cum caput illud orbis occiderit & πῦρ eſſe cœperit, quod Sybillæ fore aiunt, quis dubitet ueniſſe iam finem rebus humanis, orbique terrarum? Illa eſt ciuitas, quæ adhuc ſuſtentat omnia, præcanduſque nobis & adorandus eſt Deus cœli, ſi tamen ſtatuta eius & placita differri poſſunt, ne citius quàm putemus tyrannus ille abominandus ueniat,

ueniat, qui tantum facinus moliatur, ac lumen illud effodiat, cuius interitu mundus ipſe lapſurus eſt. Et Chryſoſtomus *in ſecundam* Pauli *ad Theſſ. epiſtolam. Quid ergo eſt, quod detineat ad reuelandum ipſum, hoc eſt quod prohibeat ne reueletur? Alij dicunt ſpiritus eſſe gratiam, alij uero Romanum* Imperium, *quibus ego potiſsimum aſtipulor. Nam ſi ſpiritum uoluiſſet dicere, utique non obſcure dixiſſet, ſed aperte. Quoniam & nunc ipſum detineret ſpiritus gratia, hoc eſt donationes, alioqui oportuiſſet eum iam ueniſſe. Siquidem ſpiritus ſancti donationibus ceſſantibus uenturus eſſet, & etiam iam olim ceſſauerunt. Quoniam uero de Romano Imperio illud dixit, merito ænigmatice & obſcure locutus eſt. Neque enim uolebat ſuperfluas inimicitias & inutilia pericula ſuſcipere. Si enim dixiſſet quoniam adhuc modicum & deſtruetur Romanum Imperium confeſtim eum defodiſſent ueluti corruptorem, & credentes omnes tanquã in hoc uiuentes & decernentes. Et non dixit cito illud erit, quanquam ſemper hoc ipſum dicat. Sed quid? Ad hoc inquit, ut reueletur ipſe in ſuo tempore.* Et *paucis adiectis, ſuper illud, tantum qui tenet in præſentia, donec de medio fiat, hoc eſt, quando è medio ſublatum fuerit Romanum Imperium, tunc ueniet ille. Et non ab re, donec enim* Imperij *illius timor fuerit, nemo Antichriſto ſtatim ſubdetur, quando uero illud fuerit deſtructum Imperium, uacantem* Imperij *principatum inuadet, & tentabit ad ſe rapere*

 & ho-

& hominum & Dei Imperium. Quemadmodum enim regna illa deſtructa ſunt, quæ ante Romanum Imperium *fuerunt, utpotè regnum Medorum a Babilonijs, Babiloniorũ a Perſis, Perſarum a Macedonibus, Macedonum a Romanis, ita & regnum* Romanorum *ab Antichriſto, & ille a Chriſto, & poſtea non amplius obtinebit. Et iſta nobis Daniel cum magna claritate tradit. Et tunc inquit, reuelabitur iniquus. Hæc eadem Athanaſius in eandem epiſtolam Pauli ſcribit. Et Ambroſius in eam ipſam Pauli epiſtolam ait. Sed ut locum aut occaſionem fallendi, quam ſe putat, non habeat imprudentiſſimus Satanas, tempus & ſigna aduentus domini deſignauit, quia non prius ueniet dominus, quàm regni Romani defectio fiat, & appareat Antichriſtus, qui interficiet ſanctos, reddita Romanis libertate, ſub ſuo tamen nomine. Et infra. Nouiſſimo tempore ſciens diabolus imminere ſibi interitum, deficiente autem regno Romano, & ille de cœlis mittetur deorſum, proiectus in terram ſicut dictum eſt in Apocalypſi Ioannis Apoſtoli. Item Hieronymus ad Algaſiam. Niſi, inquit, uenerit diſceſſio primum, quod græce dicitur apoſtaſia, ut omnes gentes, quæ Romano* Imperio *ſubiacent, recedant ab eo, & reuelatus fuerit, ideſt oſtenſus homo peccati, & filius perditionis, qui aduerſatur Chriſto, niſi, inquit, fuerit Romanum Imperium ante deſolatum, & Antichriſtus præceſſerit, Chriſtus non ueniet. Et nunc,*

qui

qui detineat ſcitis, ut reueletur in ſuo tempore. Nec uult aperte dicere Romanum Imperium deſtruendum, quòd ipſi, qui imperant, æternum putant. Vnde ſecundum Apocalipſim Ioannis, *in fronte purpuratæ meretricis ſcriptum eſt nomen blaſphemiæ, ideſt Roma æterna. Si enim aperte audacterque dixiſſet, non ueniet & Antichriſtus niſi prius Romanum deleatur Imperium, iuſta cauſa perſecutionis in Orientem tunc eccleſiam conſurgere uidebatur. Sedulius etiam in Epiſtolam Pauli ad Romanos id idem adſeuerat: Et quanquam ab hinc multos annos Romanum ipſum Imperium Imperatorum quorundam inertia, qui rebellantes prouincias neglexerunt, ac tantam molem tantumue Imperium, quod iiſdem artibus, quibus eſt partum, Senatus, inquam, ſapientia, prudentia, iuſtitia, temperantia, animi fortitudine, conſtantia, fide, reliquiſque uirtutibus retineri ac regi oportet, inconſulto Senatu ipſo uenerando orbis terræ concilio, principe ſalutis publicæ, ad uoluntatem tyrannice adminiſtrarunt, & diſtraxerunt, deſtitutaque urbe atque* Italia Imperij *domicilio eorum quidem Bizantij commorati ſunt, ob quod ſæpe a barbaris in ipſam impreſſio facta eſt, diminutum debilitatumque ſit, & quaſi conſenuerit, attamen futurum eſt & è proximo, ut moueat tandem lacertos, & reddita ſibi iuuentute reuiuiſcat. Tandem* Iouis *ales, quæ iandiu in nido mærens conſedit, alas ſuas pandere uolareque*

uereatur. Neceſſe eſt enim, ut & cæteræ Chriſti oues ex omni plaga, quam orbis ambit immēſus, quæ nunc ex Romanæ eccleſiæ ouili non ſunt, in ipſum per Chriſtum adducantur, ut unum ouile fiat, unuſque paſtor. Eſt autem Romana eccleſia, ut de ea quoque aliquid loquamur, omnium eccleſiarum matrix & reſtrix. Idque diuinitus factū eſt, nam Petro Apoſtolo, ait Egeſippus, Neronis rabiem fugienti obuium ſeſe obtulit Chriſtus, quem intuitus Petrus, cum pernouiſſet, percontatus eſt, domine quo uadis? Cui ille, ueni, inquit Romam iterum crucifigi, quo dicto ab oculis eius euanuit. Quibus uerbis intellexit Petrus ſe Romanam eccleſiam ſuo ſanguine ſuaque nece fundare ac ſtabilire oportere. Itaque redijt Romam, & a Nerone necatus fuit. Decuit enim ut Chriſtianæ religionis princeps Petrus totius orbis terrarum principem populū eadem religione ac fide inſtitueret & regeret, ſuoque ſanguine ſanctificaret. Paulus quoque, ut in actibus Apoſtolorum ſcribitur, a Domino monitus Romam uenit ut Romanis Chriſti fidem, quam a Petro didicerant, ſua prædicatione ac morte confirmaret. Vt ubi terreni Imperij ſolium ac domicilium, atque olim falſorum deorum ſumma eſſet religio, ibi eccleſiæ fundamentum, & ueræ religionis caput in æternum foret. Equidem Latini omnes & præſertim Romani & moralibus uirtutibus cunctis ſe excolebant, & religionis ſtudio ac cultui longe plurimum intenti erant. Nam deos deaſque pie colebant & uenerabantur,

eiſque templa magnifica condebant, & conſecrabāt, Sacerdotes, & Pontificem maximū, & Virgines Veſtales conſtituebant, quæ in urbe ignem foci publici ſempiternum cuſtodirent. Donaria offerebant, ſacrificabant, laudes canebant. Lex xij. tabularum excepit, ut ad deos caſte adirent, pietatem adhiberent, ac ſumptus indumentorū amouerent. Hanc legē, uideant *Chriſtiani.* Rurſus *ferias feſtoſque dies ſeruabant, quibus ab opere, & a iurgijs ceſſabatur, & diuinis dabatur opera, non uoluptati & delitijs. Oracula conſulebant, ex Sybillinus carminibus Remp. adminiſtrabāt. Proficiſcentes ad bellum hoſtias dijs imolabant, uouebant, in initio pugne ſuperos è more adorabant.* Re*uertentes uictores uictimas dijs litabant, gratias agebant, ſupplicationes decernebant, uictorijs nō propria uirtute ſe, ſed deorū numine atque ope potiri & rebantur, & fatebantur. Atque nō modo lege naturæ edocti, uerum etiam quaſi moſayca lege inſtituti non plures uxores, ſed unā duntaxat, ſinguli ſingulas ducebāt, nec tamen germanas ſorores, ut græci alijque factitabant. Neque eam niſi fornicationis cauſa repudiabāt, Et ne ſingula proſequar, ueluti ueri Dei numine afflati eius legi datæ Moyſi obtemperantes decimas & primitias dijs offerebāt. De decimis uidere eſt apud Plautum & Liuium, alioſque auctores; de primitijs apud Liuium lib. vi. belli punici, & apud Plin. lib. xviij. ubi Romanorū abſtinentiā commendans ait.* R*omani nec degustant quidē nouas fruges aut uina, antequam ſacerdo-*

cerdotes primitias libaſſent. Idque lege xij. tabularũ exceptũ erat. Hæc in religione ſua tum ethnici & idolatræ dijs ſuis egere Romani, quæ quaſi noſtræ religionis umbra, ac figura, ac primordia, ac præuia forent. Aliorum ſancta, ut Ioſephus belli Iud. lib. iij. tradit, reuerebantur, uel eorum, quibus cum nulla eſſet ſocietas. Iudæos tributum Dei nomine exigere, & donaria capere ſinebant. Atque, ut Ambroſius in epiſtolã Pauli ad Gal. ait, Romanorũm nonnulli in Iudæa ſeruabant legem Moyſis incircuncisi. Et certe de Centurione Romano homine Chriſtum petente, ut ſanaret filiũ eius ſeniores Iudæorum dixerunt Chriſto, ait Lucas, dignus eſt, ut hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſinagogam ipſe ædificauit nobis. De cuius religione & fide ipſemet Chriſtus perhibuit teſtimonium. Non inueni, inquit, tantam fidem in Iſrael. Alter item Centurio Romanus & ipſe homo, qui dominicæ paſſioni adfuit præſens pietate & religione motus glorificauit Deum, crediditque Chriſtum ueri Dei filium eſſe. De cuius religione & fide Hieronymus in Mathæum ſic ſcribit. Centurio ait, uere Dei filius erat. Nouiſſimi primi nunc efficiuntur. Gentilis confitetur populus, Iudæa cæcata negat, ut fiat eius error peior priore. Item in actibus Apoſtolorum Cornelius Centurio alter homo pariter Romanus exactæ uirtutis ac religioſus uir, ac timens Deum, & faciens multas elemoſinas plebi in Cæſarea Deum uerum deprecabatur. Qui dum ora-

ret

ret uidit Angelum Dei, & Deus miſit Petrum ut illum baptizaret. Politianus tribunus Romanus & ipſe homo, ait Ioſephus belli Iudaici libro ſecundo, Hieroſolimis Salomonis templum ingreſſus adorauit Deũ & eius ſancta, eo tamen in loco conſiſtens, in quo per Iudæorum religionem gentibus eſſe licebat. Sergius Paulus proconſul in Cypro, uir, ait Lucas, prudens accerſitis Barnaba & Saulo deſiderabat audire uerbum Dei, & credidit Chriſto admirans ſupra doctrina domini, cuius fidem Saulo docente ſuſcepit. A quo Saulus imitatus Romanos duces, qui a deuictis prouincijs cognomina ſumebant, Pauli cognomen ſumpſit. Vt Orig. in Epiſt. Pauli ſcribit. Et Hieronymus in libro de uiris illuſtribus, & in Epiſt. ad Philemonem ſic ait. Saulus Sergij Pauli Romani hominis proconſulis Cypri nomen, quòd eum Chriſti fidei ſubegerat, ſumpſit, atque a primo eccleſiæ ſpolio proconſule Sergio Paulo Victoriæ ſuæ trophæa retulit, erexitque uexillum, ut Paulus diceretur è Saulo. Quare irridendi ſunt ij, qui ſiue humanarum ac diuinarum etiam literarum hiſtoriarumque inſcitia, ſiue quia ruſticitati Romanum nomen odio flagrant, præclara illa priſca Romanorum nomina, ueluti prophana aſpernantes abolere contendunt. Cũ neque Apoſtolorum, neque aliorum ſanctorũ quiſquam latina, neque Græca, neque Hæbraica, neque Barbara uocabula aſpernatus fidelibus immutauerit. Iam uero plerique Romani Pont. ſanctiſsimi uiri priſcis nominibus ſunt

appel-

appellati, ut Sergius, Cornelius, Gaius, Marcellus, Lucius, Iulius, *Alexander, aliique ſancti uiri permulti, ut Romulus, Proculus, Gracchus, Caßius, Luctatius, Fabritius, Criſpinus, Marius, Fabius, Torquatus, Plubius, Quincius, Valerius, Tiberius, Terentius, Plautus, Maro, Domitius, Domitianus, Titus, Gordianus, Ruſticus,* Tullia, *Lucretia, Plato. Item animalium deorum & menſium nominibus, ut Leo, Vrſus, Lupus, Porcius, Aquila, Venus, Mercurius, Bacchus, Satyrus, Cerberus, Ianuarius, Martia, Aprilis, Auguſtus, ut in Martyrologio uidere licet. Lõgum eſſet omnes ſanctos uiros ac mulieres Latinis, Græcis, & Barbaris ethnicorum nominibus appellatos enumerare. Quibus talia nomina nihil obſtiterunt cur non ſancti fuerint. Non enim nomen uitam, ſed uita nomen aut inficit aut illuſtrat. Nomen enim neque probum, neque improbum hominem reddit, ſed uita, ſed de* Romanorum *religione & fide ita* Hierony*mus in Epiſt. Pauli ad Gal. ait. Romanæ plebis laudatur ab* Apoſtolo *fides. Vbi alibi tanto ſtudio & frequentia ad eccleſias, & ad Martyrum ſepulchra concurritur? Vbi ſic ad ſimilitudinem cœleſtis tonitrui agmen reboat, ut uacua idolorum templa quatiantur? Non quòd aliam habeant Romani fidem, niſi hanc, quam omnes* Chriſti *eccleſiæ, ſed quòd deuotio in eis maior ſit, & ſimplicitas ad credendum. Quam magnam Sanctorum, Martyrum, Confeſſorum, Virginũ, Viduarum, ac continentium turmam in cælum miſit*

Romæ? Gens ſancta, ait Leo Papa, populus electus, ciuitas ſacerdotalis, & regia, Petri ſedes. Cernere ſcilicet eſt quàm uerecunde, quàm modeſte, quàm frequenter ac turmatim, unà, aut ſummum altera comitante pediſſequa Romanæ mulieres ad Dei tẽpla properent, quàm religioſe atque in ſilentio in templis orantes, & ſacra uerba audientes cõmorentur, quàm honeſto habitu indutæ capita operta peplo ac plaga gerentes incedant Apoſtoli præceptũ ſeruantes. Qui ad Timoth. ſcribens iubet, ut mulieres habitu ornato cum uerecundia & ſobrietate ornent ſe, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, uel ueſte precioſa, ſed quod decet mulieres promittentes pietatem per opera bona. Et ad Corint. Scribens præcipit, ut mulieres uelato capite orent, & in eccleſijs taceant. Quia uero nonnulli & hi quidem hæretici Romanam eccleſia aliarum omnium eccleſiarum caput eſſe, & Petrum & Paulum Romæ fuiſſe occiſos temere diffitentur, nos & latinorum & græcorum ſanctorum patrum auctoritate Romanam ipſam eccleſiam a beatis Chriſti Apoſtolis Petro & Paulo inſtitutam ac fundatam, eorumque cruore conſecratam omnium eccleſiarum caput eſſe oſtendemus. Chriſtus Simonem nõ ſine myſterio cepham ideſt caput, & Petrum appellauit, quòd ipſe petra eſſet, & ſuper ſe eccleſiam ſuam erat fundaturus. Ei claues regni cœlorum dedit, oues ſuas ter paſcere iuſſit, & alios confirmandi poteſtatem fecit; pro eo orauit, ne eius fides deficeret,

& tan-

& tanquam ſuæ familiæ, ideſt eccleſiæ futuro patre & uicario didrachmam ſoluit. Petrus ſemper Chriſto pro omnibus reſpondit, eius diuinitatem confeſſus eſt, ſolus in eius ſepulchrum, unde ipſe exierat, tanquam eius uices initurus ingreſſus eſt, ſemper quæ agenda erant ad fratres retulit. Cunque, præter cæterea, loquente Petro ad fratres Spiritus ſanctus cecidiſſet ſuper gentiles Petrus iuſsit ipſos baptizari in nomine d. n. Ieſu Chriſti, iuſſit, inquit beatus Lucas, utique quia aliorum princeps, Eccleſiæque caput. His omnibus Petrum principem apoſtolorum a Chriſto conſtitutum fuiſſe propalam eſt. Linus Papa, qui Petri & Pauli paſſionis ac mortis hiſtoriam ſcripſit, ipſos a Nerone Romæ uno eodemq. die in occiſos fuiſſe ſcriptum reliquit. Id ipſum ſcribit Anacletus. Ireneus etiam uetuſtiſsimus auctor, &, ut Euſebius tradit, Auditor Policarpi diſcipuli Apoſtoli libro tertio ait. Petrus & Paulus Romæ euangelizauerunt & fundauerunt eccleſiam. Et rurſum. Maximæ & antiquiſſimæ omnibus cognitæ a glorioſiſsimis duobus apoſtolis Petro & Paulo Romanæ fundatæ & conſtitutæ eccleſiæ ſunt, ad eam, quam habet ab apoſtolis traditionem, & annunciatam omnibus fidem per ſucceſsiones epiſcoporum peruenientem uſque ad nos indicantes confundimus omnes eos, qui quoquo modo uel per ſui placentiam malam, uel uanam gloriam, uel per cæcitatem & malam ſenten-

tentiam præterquam oportet, colligunt. Ad hanc enim eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnẽ conuenire eccleſiam, hoc eſt eos, qui ſunt undique fideles. In qua ſemper ab his, qui ſunt undique, conſeruata eſt ea, quæ eſt ab Apoſtolis *tra ditio. Et Egeſippus libro primo. In urbe* Roma *fuerunt primi Petrus & Paulus Apoſtoli ijdem atque Epiſcopi, deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemẽs. Et libro tertio ſcribit Petrum & Paulum Romæ necatos fuiſſe, hunc gladio obtruncatum, illum cruci affixum.* Item *Maximus in Epiſtola ad Orientales. Omnes fines orbis, qui dominum ſincere receperunt, & ubique terarum catholici ueram fidem confitentes in eccleſiam Romanorum tanquam ad Solem reſpiciunt, & ex ipſa lumen catholicæ, & apoſtolicæ fidei recipiunt. Nec immerito, nam Petrus legitur primo per fectam fidem eſſe confeſſus domino reuelante, cum dixit, tu es Chriſtus filius Dei uiui, unde & eidem dominus dicit. Ego pro te rogaui Petre ut non deficiet fides tua. Et rurſus. Coadunatam & fundatam ſupra petram confeßionis Petri dicimus uniuerſalem eccleſiam ſecundum diffinitionem Saluatoris, in qua neceſſario ſalutis animarum noſtrarum eſt remanere, & ei eſt obedire ſuam ſeruantes fidem & confeſſionem.* Item *Cyprianus libro primo ait. Apoſtolus* Romanam *fidem firmam ac perpetuam in ſpiritu præuidit. Et rurſum de hæreticis loquens ait. Ad Petri cathedram, atque eccleſiam principalem, unde unitas ſacer-*

cerdotalis exorta eſt, a ſchimaticis & profanis literas ferre audent, nec cogitare eos eſſe Romanos, quorum fides apoſtolo prædicante laudata eſt, ad quos perfidia habere non poſſit acceſſum. Et libro tertio. Romana *eccleſia matrix & radix eſt eccleſiæ catholicę. Et* Tertullianus *in libro de pudicitia. Romani uero quid magis diſcunt, quam non derelinquere dominum poſt fidem? Et in libro de præſcript. aduerſus hæret. Si autem* Italiæ *adiaces habes Romanam eccleſiam, unde nobis quoque auctoritas præſto eſt. Felix eccleſia, cui totam doctrinam apoſtoli cum ſanguine ſuo profuderunt. Vbi Petrus paßioni dominicæ adæquatur, ubi Paulus* Ioannis *exitu coronatur. Vbi* Apoſtolus Ioannes *poſtquá in oleum igneum demerſus nihil paſſus eſt, in inſulam relegatur. Et aduerſus* Marcionem *libro quarto. Videamus quid Romani de proximo ſonent, quibus euangelium Petrus & Paulus ſanguine ſuo ſignatum relinquerunt. Et aduerſus Praxeam. Nam idem Praxeas tunc epiſcopú Romanum agnoſcentem iam prophetias Montani, Priſcæ, Maximillæ, & ex ea agnitione pacem eccleſijs Aſiæ, & Phrygiæ inferentem falſa de ipſis prophetis & eccleſijs eorum aſſeuerando, & præceſſorum eius auctoritates defendendo coegit & literas pacis reuocare iam emiſſas, & a propoſito recipiendorum chariſmatum conceſſare. Et in libro de uirginibus uelandis. Sed eas ego eccleſias præpoſui, quas & ipſi apoſtoli, uel apoſtolici uiri condiderunt. Et aduerſus* Gnoſti-

cos.

cos. Vitas Cæſarum legimus, Orientem fidem Romæ primus Nero cruentauit. Tunc Petrus ab altero cingitur, cum cruci aſtringitur. Tunc Paulus *ciuitatis Romanæ conſequitur natiuitatem, cum illic martyrij renaſcitur generoſitate. Item* Lactantius *in libro de uera ſapientia ait.* Petrus *&* Paulus *Romæ prædicauerunt, & ea prædicatio in memoriam ſcripta permanſit. Et Optatus Afer contra Donatiſtas libro ſecundo.* Ignorantia *tibi aſcribi non poteſt ſcienti in urbe Roma a* Petro *primo cathedram epiſcopalem eſſe collocatam, in qua ſederit omnium apoſtolorum caput* Petrus*, inde cephas appellatus eſt, in quo uno cathedræ unitas ab omnibus ſeruaretur. Nec cæteri apoſtoli ſingulas ſibi quiſque defenderet, ut iam ſchiſmaticus & peccator eſſet, qui contra ſingularem cathedram, alteram collocaret. Ergo cathedra unica eſt, quæ eſt prima de dotibus. Sedet prior Petrus, cui ſucceſſit Linus, Lino ſucceſſit Clemens. Et Ambroſius in ſermone ſexageſimo ſexto. Non enim ſine cauſa factum putemus, quòd una die, uno in loco, unius tyranni Petrus &* Paulus *tolerauerunt ſententiam una die paſſi ſunt, ut ad Chriſtum pariter peruenirent, uno in loco, ne alteri Roma deeſſet, ſub uno perſecutore, ut æqualis crudelitas utrunque conſtringeret.* Dies *ergo pro merito, locus pro gloria, perſecutor decretus eſt pro uirtute.* Et *in quo tandem loco martyrium pertulerunt?* In urbe Roma*, quæ principatum & caput obtinet nationum, ſcilicet, ut*

ubi

ubi caput ſuperſtitionis erat, illic caput quieſceret ſanctitatis, & ubi gentium principes habitabant, illic eccleſiarum principes morarentur. Et Hieronymus in Marcum. Erat enim gentilis mulier, rogat pro filia, quæ eſt mater noſtra Romana eccleſia, & nata eius demoniaca barbarica eſt occidentalis natio. Et ad Damaſum ſcribens. Romanæ ſedis fidem arcam Noe ſignificare ait, ubi agnus paſcalis comeditur. Et rurſus. Quoniam uetuſto oriens inter ſe populorum furore colliſus indiſciſſam domini tunicam & deſuper textam minutatim diſcerpſit, ideo mihi cathedram & fidem apoſtolico ore laudatam cenſui conſulendá. Et rurſus. Beatitudini tuæ, ideſt cathedræ Petri communioni conſocior ſuper illam petram edificatam eccleſiam ſcio. Item emendari cupimus a te, qui Petri ſedem teneas & fidem. Et in Pſalmum octuageſimú primum. Petrus iſte piſcator, iſte ruſticanus de Hieroſolyma perrexit Romam, & ruſticanus cœpit Romam. Et in Epiſt. ad Rom. Romanos Petri prædicatione fidem tenentes confirmare ſe uelle Paulus dicit, non quòd minus accepiſſent a Petro, ſed ut duobus apoſtolis atteſtantibus atque doctoribus eorum corroboraretur fides. Et Auguſtinus contra Donatiſtas libro primo. Puto tibi eam partem orbis ſufficere debere, in qua primum apoſtolorum ſuorum uoluit dominus glorioſiſſimo martyrio coronare, cui eccleſiæ præſidentem beatum Inocentium ſi audire uoluiſſes, iam tunc periculoſam iuuentutem tuam Pelagianis la

queis exuiſſes. Grat. & Valent. & Theod. Imperatores Petrum & Paulum Romanis religionem tradidiſſe fatentur. Et Origenes in epiſtolā Pauli ad Rom. ait. Promittit ſane Paulus generale munus Romanis, quòd nonniſi per ſpiritum ſanctum & prophetiæ gratiam pollicetur. Supra hominem nanque eſt hæc ſcire de futuris, quod non ſolum in beneditione Chriſti, uerum etiam in abundantia beneditionis uenturus ſit ad eos, & uenientis gratia & ſuſcipientium merita pariter deſignantur. Et Chryſoſtomus in Matthæum. Filius quæ patris & ipſius filij poteſtatem Petro ubique terrarum conceßit, homini & mortali omnium, quæ in cælo ſunt dedit auctoritatem, dando eidem claues adhoc ut eccleſiam ubique terrarum amplificet. Et rurſus. Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum dicentes quis maior eſt in regno cælorum, quia quoddam humanum ſcandalum conceperunt, quod & in ſe occultare iam non poterant, & tumorem cordis non ſuſtinebant, in eo quod uidebant Petrum ſibi præferri & & prahonorari. Et in Ioannem. Iacobum in loco terminat, Petrum autem totius orbis magiſtrum & doctorem. Et in acta Apoſt. Petrus a filio ſuper omnes, qui filij ſunt, poteſtatem accepit, non ut Moyſes in gente una, ſed in uniuerſo orbe. Et in Epiſt. Pauli ad Rom. Gratias agit Deo ſuo Paulus pro Romanis, quòd eorum fides in uniuerſo orbe prædicatur. Sed nec mirum, nam Romanorum ciuitas quaſi in quodam orbis uertice collocata omnibus undique ter

ris

ris erat conſpicua. Duas itaque illis aſcribit uirtutes, unam quòd crediderunt Chriſto, alteram quòd ita crediderunt, ut illorum fidei fama iam totam terram occuparet. Et poſt pauca. Atqui Petrus prædicauerat Romæ res, quas ille geſſerat, Paulus pro ſuis reputat. Et rurſum. Quandoquidem enim illuſtriſsima erat Romanorum urbs, ſola uidelicet ubique terrarum & marium tanti nominis & potentiæ, quòd multis, qui illam uidere tantum & coram agnoſcere cupiebant, longiſsimarum ſit facta peregrinationum cauſa. Et infra. Ego & Romam propterea diligo, tam & ſi & aliunde queam illam laudare, nempe a magnitudine & antiquitate, & a pulchritudine, & a multitudine, & a potentia, a diuitijs, a rebus in bello fortiter geſtis, ſed relictis iſtis omnibus, ob id illam beatam prædico, quòd ergà illos Paulus dum uiueret adeo fuit beneuolus, adeo illos amauit, coram diſſeruit, & poſtremo uitam apud eos finiuit, unde & ciuitas iſta hinc facta eſt inſignis pluſquam a reliquis omnibus. Et quemadmodum corpus magnum & ualidum duos habet oculos illuſtres, ſanctorum uidelicet illorum corpora, ita cœlum non ſplendeſcet, quando radios ſuos ſol ex ſe ſe dimittit, quemadmodum Romanorũ urbs duas illas lampadas ubique terrarum effundens, hinc rapietur Paulus, hinc Petrus. Conſiderate & horrete quale ſpectaculum uiſura ſit Roma, Paulum uidelicet repente ex theca illa cum Petro ſurgentem in occurſum domini ſurſum ferri, qualem roſam Chriſto

mittet Roma? *qualibus coronis duabus ornatur urbs iſta? qualibus cathenis aureis cincta eſt? Quales habet flores? Propterea celebro hanc urbem propter columnas illas eccleſiæ. Et* Athanaſius *in eandem Pauli Epiſt. Eò Paulus Deo gratias agit, quòd* Romanorum *ſit fides in orbem uniuerſum uulgata. Porrò duo quædam in Romanis ſuo teſtimonio probat, & quia in Chriſtum crediderunt, & tanta cum gloria, ut eorum fides terrarum orbem peruaſerit. Qua ex re ingentem cunctis mortalibus ob uenturam utilitaté exiſtimat, qui ſtudio ſint inflammati regiam urbem ſectandi. Dicit præterea & Deo gratiam quia & Petri diſcipuli credidiſſent, qui per id temporis euangelium prædicaret, quo cum omnia ſibi communia diceret.* Item Cyrillus *Patriarcha* Alex. *in libro theſaurorum. Sicut Chriſtus accepit a patre dux ſceptrum eccleſiæ gentium ex Iſrael egrediés ſuper omnem principatum & poteſtatem, & ſuper omne quodcunque eſt, ut & cuncta curuentur pleniſſimam poteſtatem, ſic & Petro & eius ſucceſſoribus pleniſſime commiſit, & nulli alij, quàm Petro Chriſtus quod ſuum eſt plenum, ſed ipſi ſoli dedit. Et rurſus. Vt membra maneamus in capite noſtro apoſtolico throno Romanorum Pontificum, a quo noſtrum eſt querere quid credere, & quid tenere debeamus. Et rurſus.* Itaque *fratres ſi Chriſtum imitamur ut ipſius oues uocem eius audiamus manentes in eccleſia* Petri, *& non inflemur uento ſuperbiæ, ne forte tortuoſus ſerpens propter*

pter noſtram contentionem nos eÿciat, ut Euam olim, de paradiſo. Et Euſebius in libris hiſtoriæ eccleſiaſticæ paſſim ſcribit Petrum & Paulum Romæ euange lium prædicaſſe, & Romanam eccleſiam fundaſſe, ac ſuo ſanguine conſecraſſe. Et libro ſecundo ait. Nero Paulum capite in urbe Roma, Petrum crucis patibu lo condemnauit. Et rurſus. Caius quidam ſcriptor antiquus, qui cum Zephyrino epiſcopo Romano *aduerſus proculum quendam cataphrygam diſputans hæc de apoſtolorum commemorat locis. Ego, inquit, habeo trophæa apoſtolorum, quæ oſtendam. Si enim procedas uia regali, quæ ad uaticanum ducit, aut uia hoſtienſi, inuenies trophæa defixa, quibus ex utraque parte ſtatutis Romana communitur eccleſia. Quòd autem eodem tempore ambo paßi ſint, Corinthiorum epiſcopus Dionyſius cum in urbe poſitus eſſet, & de ſcripturis diſputaret, hoc dicit. Sed & uos habentes commonitionem a Petro &* Paulo *plantationem Romanæ & Corinthiorum eccleſiæ coniunxiſtis. Ambo enim ſimul aduentantes & in noſtra Corinthiorum eccleſia docuerunt, & per omnem* Italiá, *atque in hac urbe ſimul docentes, etiam martyrio pa riter uno eodemque tempore coronati ſunt. Et Epiphanius epiſcopus lib.1.contra hæreſes. Etenim in Ro ma fuerunt primi Petrus & Paulus apoſtoli, ÿdé ac epiſcopi, deinde Linus, deinde Cletus, deinde Clemens, qui contemporaneus fuit Petri ac Pauli.* Huius *men tionem facit Paulus in Epiſtola ad Rom. Et nemo mi*

MM 3 *retur*

retur quòd ante ipſum alij epiſcopatū aſſumpſerunt. Cum ſub apoſtolis hic fuerit contemporaneus Petri & Pauli, nam & illi contemporanei apoſtolorum fuerunt, ſiue igitur adhuc ipſis ſuperſtitibus a Petro ac cepit impoſitionem manuum epiſcopatus, & eo recuſato remoratus eſt, dicit enim in una epiſtola ſua, ſecedo, abeo, & erigatur populus Dei (hoc enim in quibuſdam commentarijs reperimus) ſiue poſt apoſtolorum ſucceſſionem a Cleto epiſcopo hic conſtituitur, non ita clare ſcimus. Verumtamen & hic potuit ſuperſtitibus adhuc apoſtolis Petro *uidelicet ac Paulo, alios epiſcopos conſtituere propterea quòd apoſtoli ſæpe in alias terras oblegabantur propter Chriſti prædicationem. Non potuit autem urbs* Roma *ſine epiſcopo eſſe.* Paulus *enim in* Hiſpaniam *profectus eſt, Petrus uero ſæpe Pontum & Bithyniam uiſitauit. Poſſibile eſt autem poſtquàm diſceſſit ac recuſauit Clemens (ſi modo ſic factum eſt rationem enim ſic in eo non decerno) poſtea poſt obitum Lini & Cleti, quorum uterque ad duodecim annos epiſcopatum tenuit, poſt ſancti Petri ac Pauli obitum, qui contingit duodecimo anno Neronis, hunc rurſus coactum eſſe ad ſuſcipiendum epiſcopatum. Attamen epiſcoporum in Roma ſucceſſio hanc conſequentiam habuit, Petrus & Paulus, Linus, Cletus, Clemens, Euareſtus, Alexander,* Xyſtus, *Teleſporus, Euareſtus, Hyginus, Pius, Anicetus. Et in libro, qui dicitur Ancoratus. Dominus conſtituit* Petrum *primum apoſtolorum, petram*

firmam, ſupra quam eccleſia Dei ædificata eſt, & portæ inferorum non ualebunt aduerſus illam, portæ autem inferorum ſunt hæreſes & hæreſiarchæ. Iuxta omnem enim modum in ipſo firmata eſt fides, qui accepit clauem cælorum, & ſoluit in terra, & ligat in cælo. In hoc enim omnes quæſtiones ac ſubtilitates fidei inueniuntur. Qui autem beatos ipſos apoſtolos Petrum & Paulum contra tot patrum aſſertionem Romæ occiſos fuiſſe negant, oſtendant ubinam locorum occubuerint. Iuſtianus quoque Cæſar paßim in Cod. *Romanum Pontificē, Romanamque eccleſiam caput eſſe omnium eccleſiarum fatetur.* Id ipſum *fatentur ſanta quatuor conſilia principalia Nicenum, Conſtantinopolitanū, Epheſinum, & Chalcedonicū.* In *quo, præter cætera, ita uniuerſus patrū conuentus Leoni Papæ acclamauit. Leo ſanctiſſimus* Apoſtoli*cus & uniuerſalis Patriarcha per multos annos uiuat.* Item *dixere. Veneramur ſecundum ſcripturas, & canonum definitionem ſanctißimum antiquæ Romæ epiſcopum primum eſſe & maximū omnium epiſcoporum.* Item *dixerunt. Siquis epiſcopus prædicatur infamis liberam habeat ſententiam appellandi ad beatiſſimum epiſcopum antiquæ Romæ, quia habemus Petrum petram refugij, & ipſi ſoli libera poteſtate loco Dei ſit ius diſcernendi epiſcopi crimina tanquam uicario apoſtolici troni. Quorum quatuor conciliorum regulas legum uicem obtinere* Iuſtianus *in Auct. ſanxit. Et Theodoritus in concilio Epheſino e-*

 piſco-

piſcopali dignitate exutus Romanum Pontificem appellauit, eiuſque expectauit ſententiam, ut in epiſtola ad Leonem Ppam uidere licet, a quo priſtinæ dignitati reſtitutus fuit. Et in epiſtola, quæ eſt ad Renatum dicit, ſanctiſsimam Romanæ eccleſiæ ſedem omnium, quæ in orbe terrarum ſunt, eccleſiarum principatum habere, & hæretica labe ſemper fuiſſe intactam, nec quenquam catholicæ fidei contraria ſentientem in illa præſidiſſe, ſed apoſtolicam gratiam illabefactatam conſeruaſſe. Et quidem omnes Romani Pontifices *a Petro & deinceps apoſtolicam auctoritatem in omnes eccleſias exercuere. Habet quoque Romanus* Pontifex *ſuper omnia concilia poteſtatem. Quæ nec cogi quidem legitime poſſunt abſque illius iuſſu. Nam ſi poteſtatem habet in ſingulos ſeparatim, cur non in omnes coniunctim? Neque corpus acephalum eſſe debet. Iam uero Silueſter concilium Nicenũ quia recte de eccleſia ac fide ſenſit, approbauit, at Ariminenſe, quia nequaquam recte de fide & eccleſia ſenſit, abrogauit. Romanus* Pontifex. *Quod ut ageret uel Baſilius illum exorat, ut in eius ad Athanaſium epiſtola licet intueri. Qui Baſilius de auctoritate Romani Pont. Sic in epiſtola ad Italos ait. Reuera ſumma beatitudine dignum eſt, quod ueſtræ pietati dominus largitus ſit, ut adulterinum a probato & puro ſecernatis, ac patrum fidem ſine aliqua ſubmiſſione prædicetis, quam & nos accepimus & agnouimus in apoſtolicis characteribus informatã aſſentien-*

tes

tes & ipſi omnibus, quæ in ſynodalibus literis continentur, canonice & legitime confirmatum. Item Niceta philoſophus Conſtãtinopolitanus ait. Papæ Leonis epiſtola confirmauit ſynodum Chalcedonenſem. Abas quoq; Ioachius de eccleſia Romana ſic dicit in Eſaiam: Verum quia Romana eccleſia non ſicut Iudæa & Græca in fide refriguit, & ſi ab operibus iuſtitiæ deuiauit, quia tamen aliarum reſpectu ſedium in atrium exterius tributarum ſolis æterna ciuitas reputatur, ſemen in ea dominus benedictionis & gloriæ dereliquit, per quod uſque in finẽ ſæculi filij pro patribus ſurgerent indiſciſſam fidei tunicam inter mundana diſsidia conſeruatur. Et rurſum. Romana eccleſia pronunciata eſt domus ſolis pro eo quòd frigeſcentibus a charitate cæteris Deus ipſam ſolam reſeruauit plus in fide. Et in Hieremiam. Futurum etiam & nunc eſt, ut Græcorum eccleſia redeat ad fidem eccleſiæ, ut unus ſit Paſtor & Vicarius Chriſti tam Orientis eccleſiæ, quàm Occidentis. Et hoc in Sion, ideſt Roma, ubi ſedem elegit uniuerſalis antiſtes, & paſcentur ab eo ſcientia domini, & doctrina ſpiritus ueritatis a patre & filio procedentis. Non arcam, ſed Hieruſalem, arca eſt Græcorum eccleſia, quæ fuit in Sylo, ideſt Conſtantinopolitana urbe, ſed quia repulit dominus tabernaculum Sylo, & elegit tribum Iuda, Romanam ſcilicet eccleſiam, non nominabitur arca fœderis, ſed ſolium Hieruſalẽ, in qua ſedet Deus in æternum, de qua non auferetur ſceptrum Iudæ do-

nec

nec ueniat dominus ad iudicium, qui transferat electos eius ex ea in regnum charitatis æternæ. Proinde perlate patet Romanam fidem atque eccleſiam a Petro & Paulo fundatam & ipſorum ſanguine conſecratam omnium eccleſiarum fontem, matrem & rectricem eſſe, ſemperque illibatam fuiſſe, atque etiam æternam fore. Nam quod feminam eamque gente Britanicam Pontificem factam Ioannemque *octauum uocatam poſt Leonem quartum in hac ſede ſediſſe, atque a familiari compreſſam ac tempus partus neſciam, dum ad diui* Ioanni *Baſilicam equitaret in itinere peperiſſe dicatur, falſiſsimum quidem eſt, quin etiam ridiculum atque impium credere. Quod mendacium ac probrum ſubdolus ac peruerſus quidam Romanæ eccleſiæ obtrectans uoti, ut creditur, impos, quia quod affectabat aſſequi non potuerit, in libro chronicorum Martini, aut fortaſſis ipſemet Martinus primus poſuit in medio. Siquidem Martinus ipſe, qui* Inocentij *quarti temporibus fuit, in ſerie Romanorum Pont. in ſecunda folij pagina ima parte ſcribit uitam Leonis quarti, qua ſcripta non modica ibi margo reſtat. In ſequentis uero folij ſecunda itidem pagina, parte quoque ima denuo eiuſdē Leonis uita diuerſa a prima ſcribitur, ut propalam ſit ſubdole fuiſſe confictam. Qua completa* Ioannes *Papa femina ſcribitur, non tamen octauus nominatur. Sic enim ibi ſcriptum eſt. Poſt hunc Leonem quartum* Ioannes *Anglicus natione Maguntinus ſedit*

dit annis duobus, menſibus ſex, diebus quatuor, & mortuus Romæ, & ceſſit menſe uno. Hic, *ut aſſeritur, femina fuit, & in puellari ætate a quodam ſuo Amaſio in habitu iuuenili* Athenas *ducta ſic in diuerſis ſcientijs profecit, ut nullus ſibi par inueniretur, adeo ut poſt modum Romæ ciuilium legum magnos magiſtros diſcipulos & auditores habuerit. Et cum in urbe uita & ſcientia magnæ opinionis eſſet in papam concorditer eligitur, ſed in papatu per ſuum familiarem impregnatur, unde tempus partus ignorás cum de ſancto Petro in Lateranum tenderet* Anguſtiata. *Hæc ibi. Nunc peto ego a te ò falſari nequam, quicunque es, a quonam quæſo auctore id eſſeritur, quod tu fingis? Cum nemo ánte te hanc fabulam ſcripſerit. Nempe Anaſtaſius* Romanæ *eccleſiæ bibliothecarius, qui Romanorum* Pont. *uitas uſque ad Nicolaum primum exarauit, ſeque Sergij ſecundi, Leonis quarti, Benedicti tertij, Nicolai primi,* Hadriani *ſecundi, & Ioannis octaui creationibus interfuiſſe refert, nil prorſus de Ioanne femina mentionem facit. Quinetiam Leone quarto rebus humanis exempto poſt quindecim dies a morte eius Benedictum tertium in Romanum Pontificem electum fuiſſe tradit. Cui uni magis credendum eſt, quàm alijs omnibus, qui poſterioribus temporibus fuere.* Rurſus *qui fieri potuit, ut femina inceſta ac conſtuprata cum Amaſio ſuo impudicitijs & libidinibus demerſa in tanta urbe in iuris ciuilis ſcientia primas*

teneret

teneret, & iuris profeſſores diſcipulos haberet, & uitæ probitate tantæ opinionis eſſet, ut concorditer Romanus Pontifex eligeretur? Et inde impregnata ſexum & fœturam nouem menſes iam indies intume ſcente alueo occuleret? Pariendi menſem ignoraret, ut tum equitaret cum paritura erat? Quis prudens ac pius uir adduci poteſt ut tam ridiculam & profa- nam fabulam, tam apertum mendatium credat? Per miſiſſet Deus tantú facinoris crimen, ut femina flagi- tioſa ac conſtuprata eius uices gereret? Sacros ordines conferret? A peccatis abſolueret? Euchariſtiæ ſacra mentum conficeret? Sed nec profectò ſub tempus illud Athenis literarum ſtudium florebat, & ſi floruiſſet, non Romani iuris, ſed aliarum ſcientiarum. Item ſi in ſede Petri femina eaque inceſta & flagitioſa Ponti fex facta aliquandiu ſediſſet, nequaquam Leo nonus, qui ducentos circiter annos poſt Leonis quarti & Be nedicti tertij tempora fuit, Michaeli Patriarchæ Cõ- ſtantinopolitano in quadam ad ipſum epiſtola obie- ciſſet Conſtantinopolitanam eccleſiam Eunuchos & feminam rexiſſe. Nemo enim uir grauis ac prudens crimini dat alteri, quo ſe laborare ſentit. Ab hoc exemplari alij codices Martini nomine deſcripti ſunt. Leonis tamen uitæ ordine immutato. Ab hoc & alij prædicti, Leonis uitam excerpſere, hanc anilem & abominandam fabulam ueluti ueram hiſtoriam ſecta- ti ſunt pleraque de ſuo addentes. Inter quos eſt Pla- tina, qui tamen a ſemet diſſidet. Nam Leoni quarto

Ioan-

Ioannem octauum feminam in Pontificatum ſuffectã, in eoque annos duos, menſem unum, & dies quatuor uixiſſe ſcribit, inde in uita Benedicti tertij dicit ipſum Leone quarto mortuo poſt duos menſes cum dimidio in pontificem electum. Quòd ſi Leoni quarto Benedictus tertius poſt duos menſes cum dimidio ſucceſſit, quomodo Ioannem feminam inter Leonem quartum & Benedictum tertium ponit, eumque annis duobus, menſe uno, & dies quatuor in pontificatu uixiſſe, & Ioannem octauum appellatum fuiſſe dicit? Cum Martinus, in cuius codice fabula de femina ſcribitur, Ioannem octauum patria Romanũ fuiſſe ſcribat, quẽ Pla*tina ipſe falſo nonũ ſcribit. Quare uiderint modo, barbari qui Romã caput orbis, urbem æternã, illibatam* Petri *ſedem, urbem ſacerdotalem & regiam, urbem diuino præconio,* Pauli*, inquam, apoſtoli uocẽ laũdatam, urbem ab eiſdem apoſtolis in fide Chriſti edoctam, eorumdemque, nec non innumerabilis prope multitudinis martyrum cruore madefactam ac conſecratam inſito ac ferino odio proſequuntur, quod ſceleris crimen edant. Quamobrem abſtineant queſo a Romanis linguam, qui tot officiys omnes ſibi deuinxere gentes. Viderint &* Itali *mei, qui aduerſus urbem ipſam* Italiæ *matrem, ac clariſſimum decus barbarorum immanitati ac furori aliquando fauerunt, ſeque ſceleris ſocios illis præſtiterunt, quàm ſint ingrati. Viderint etiam an Romam, a qua tot bona recepimus, an aliam* Italiæ *ciuitatem ſiue in loquendo, ſi-*

ue

ue in moribus ſibi imitandam proponere debeant, fontem pellucidum, an turbidos & impuros riuulos, quin putidam & fœtidam fecem. Tardi quidem ingenij eſt, ait Cicero libro ſecundo de Orat. riuulus conſectari, & fontes rerum non uidere. Etiam ætatis eſt, uſuſque noſtri a capite quod uelimus arceſſere, & unde omnia manant; uidere debemus. Hactenus mihi uideor Quirites de æternitate urbis quod ſentirem pauſſimum dixiſſe.

GAB. BARRIUS FRANCICANUS de laudibus Italiæ ad Carolum Mutium patritium Romanum.

PROOEMIUM.

CUm pro lingua latina, & de æternitate urbis ſcripſerim, operæpretium mihi uiſum eſt præclaras etiam Italiæ laudes uniuerſum tum Latinorũ, tum Græcorum monumentis inſertas colligere, & in unum uolumen congerere. Quòd ſi mea diligens lucubratio minus omnes colligere potuerit, nemini mirum, nec graue uideri debet. Quandoquidem fieri nequaquam poteſt, ut quis quantocunque ingenio polleat, ac quantamuis diligentiam adhibeat totius Italiæ res laude dignas colligere ac ſcribere queat, cum Italia & rerum omnium, ac clarorum ingeniorum, ac uirorum fortium, tum in omni

ni ſcientiarum genere eruditorum uirorum, & utriuſque ſexus ſanctorum hominum parens, bonarumque literarum magiſtra quotidie his producendis uberior fiat. Quare peroptime agerent Itali, ſi me, qui res Calabras ſcripſi, imitantes ſinguli ſuas regiones accurate perſcribant. Nam ſi prouinciales ſuas regiones latinis literis celebrant, quanto magis nos latini noſtram Italiam latinis literis priſcos imitantes celebrare, ſiue iam celebrem & inſignem oſtendere debemus? Hunc autem librum tuo nomini dicatum in lucem ædere conſtitui. Idque egi tum tua, tum Iacobi genitoris tui, & Tyberij auunculi Locrenſium præſulis in me beneuolentia adactus. Quorum uterque bonarum literarum non expers ita prudentia & grauitate præſtitit, ut priſcis Mutiæ Romanæ familiæ, quæ illuſtris eſt & patritia, proceribus dignus facile poßit agnoſci. Sed neque laude caret Mutius auunculus etiam tuus, qui pro tuenda patria in oppugnatione urbis Caroli quinti temporibus ſtrenue dimicauit. Tu uero maiorum tuorum ueſtigijs ingreſſus eam indolem animique magnitudinem prætefers, ut ab ipſis minime degener exiſtimari poſſis.

ITalia Aeropæ regio multo omniū, abſit uerbo inuidia totius orbis regionum celeberrima eſt, & Dei Opt. Max. munere, ac Romanorū beneficio prouinciarū uictrix, orbiſq. terrarū rectrix atq; regina. Eſt autem inter Varum & Arſiam amnes, ac quicquid pertinet ad Alpes. Atque hinc infero mari, quod græci

Tyr-

Tyrrhenum nuncupant; hinc ſupero, quod ijdem Adriaticum appellant, hinc Alpibus ipſis præcelſis ſalebroſis aſperrimiſque montibus cingitur. Quas Alpes *ſagax natura incolarum ſecuritati ac quieti* Conſulens *ueluti muros arceſque poſuit, ut montium fretique diuortijs incolas ipſos à barbarorum commercio ſeiungeret, ab eorumque impetu & ſæuitia tueretur.* Habet *autem hinc Niceam Liguriæ, hinc* Polam Iſtriæ *primas & eas claras urbes. Quæ feliciſſima regio incolis ſuis, omne, quo humana uita carere non debet, quamaffluenter ſuppeditat, ut nihil aduentitij boni ab eis deſideretur.* Siquidem *& frugum, & pecorum, equorum, aliarumque rerum omnium altrix eſt. Vnde multi & græcorum & barbarorum populi ſedibus ſuis relictis in eam ad habitandum acceſſerunt.* Et *quid ago? Tanta eſt huius regionis felix & perbeata cœli clementia, ac temperies, ut præter rerum omnium copiam, eius incolæ & ingenij felicitate, & iudicij acumine, & morū probitate, ac benignitate & armorum præſtantia, animi fortitudine ac uirtute cunctis nationibus antecellant.* Adde *quòd* Italia *latinam linguam omneſq. ingenuas diſciplinas, omneque metri genus a Romanis edocta uſque adeo ipſis excelluit, ut merito omnium liberalium artium, bonarumque literarum, omnium gentium magiſtra dici poſſit. Quare non ab re eam* Deus *orbis terrarum reginam fore, in eaque & terreni & cœleſtis, hoc eſt ſpiritualis, eccleſiæ, in qua ſuæ ſancta*

ctæ domicilium ac ſolium in æternum eſſe uoluit. Qua Imperio ſubacta Romani quoſcunque barbaros exercitus ſibi obuios paruo, aut nullo prope negotio proſtrauerunt & profligauerunt. Nam, ut alias dixi, quingentis totis atque integris annis Romana uirtus domi, hoc eſt, in Italia luctata eſt, qua ubi potita fuit ducentis ſequentibus annis Aſiam, Europam, Africam, totum denique orbem terrarum armis ſibi ſubegit. Non enim Pyrrhus & Animal ac quicunque alij barbari in Italiam aduerſus Romanos pugnaturi accedere auſi fuiſſent, ni ab Italis acciti eorum auxilio uſi eſſent. Nam noſtris armis, noſtris opibus, noſtris uiribus, noſtris demum uirtutibus contra nos noſtros armamus inimicos. Queritur, animoque angitur Cicero ad Att. ſcribens, quòd Cæſar ut alter Annibal, quòd in petitione conſulatus ratio ipſius ab ſentis ſecundũ præſentẽ a Senatu habita nõ fuerit, barbaros reges cõtra Remp. incitaſſet gẽtes feras armatas ĩ Italiã adduceret, quã cõculcatã iri proſpiciebat. Eam .n. Romani ad uniuerſi orbis Imperiũ perfugiũ ſtruxerunt ac propugnaculũ. Equidẽ populus Rom. Itala iuuãte uirtute magnas hoſtiũ copias mariq. terraq. parua manu ſudit, urbes magnas natura manuq. munitas pugnãdo cepit, nationes feras, populoſq. ingẽtes ui ſubegit, reges magnos domuit. Habet aũt *Italia inſulas magnas tres Siciliã, Corſicã et Sardiniã, habet & alias, ut Aeolas, quæ ſæptẽ ſunt, & Pontiã, Pædariã, Aeginã, Aenariã, Procitã, Caprariã, Iluã. Italiã autem nõ Itali modo laudauerunt, ſed prouinciales quoq;*

NN ſcri-

ſcriptores, uel illi ipſi Greci regionis cœlique clementiam, ſoli ubertatem, rerum omnium copiam, incolarum humanitatem, hoſpitalitatem, cæteraſque uirtutes admirantes, eamque laudandi impatientes ſummis & quidem merito extulere laudibus. Ait itaque Varro, ut ab Italis exodiar, rei ruſt. lib. primo. Cum conſediſſemus, Agraſius uos, qui multas perambulaſtis terras, ecquam cultiorẽ Italia uidiſtis inquit? Ego uero Agrius, nullum arbitror eſſe, quæ tam tota ſit culta. Primum cum orbis terræ diuiſus ſit in duas partes ab Eratoſtene maxime ſecundum naturam ad meridiem uerſus & ſeptentrionem. Et ſine dubio, quoniam ſalubrior pars ſeptentrionalis, quam meridiana, & quæ ſalubriora illa fructuoſiora, dicendum magis eam fuiſſe opportunam ad colendum quàm Aſia, ibique Italia primum quòd eſt in Europa, ſecundo quòd hæc temperatior pars eſt, quam interior. Nam intus penè ſempiternæ hyemes. Neque mirum quod ſunt regiones inter circulum ſeptentrionalem & inter cardinem cœli, ubi ſol etiam ſex menſibus continuis non uidetur. Itaque in Oceano in ea parte ne nauigari quidem poſſe dicunt propter mare congelatũ. Fundanius. En ibi tum quicquam naſci putas poſſe, aut coli natum? Verum enim eſt illud Pacuuij. Sol ſi perpetuo ſit, aut nox, flammeo uapore aut frigore terræ fructus omnes interire. Ego hìc, ubi nox & dies modice redit, & abit, tamen æſtiuo die, ſi non diffinderem meo inſitiuo ſonno meridie uiuere non poſſem, [illegible] illic,

illic in ſemeſtri die aut nocte quemadmodum quicquã
ſeri, aut aleſcere, aut meti poſſit? Contra quid in Ita
lia utenſile non modo non naſcitur, ſed egregium ſit?
Quod far conferam Campano? quod trticum Appu
lo? Quod uinum falerno? Quod oleum uenafro? An
Phrigia magis uitibus cooperta, quam Homerus ap-
pellat ἀμπελόεσσαν *quam hæc? Aut Argos, quam*
idem poeta πολυπηρον, *in qua terra iugerum unum de*
nos & quinos culleos fert uini, quot quædam in Ita-
lia regiones. An non M. Cato ſcribit in libro origi-
num ſic? Ager Gallicus Romanus uocatur, qui uiri-
tim Ceſennatibus datus eſt, ultra agrum Picenum.
In eo agro aliqua trifariam in ſingula iugera deni cul
lei uini fiunt: Nonne item in agro Fauentino, a quo
ibi tricenariæ appellantur uites, quod iugerum trice
nas amphoras reddat? Ibidem in Sybaritano agro iu
gerum centeſimum reddere dicunt. Et rurſus. Cæſar
Vopiſcus Aedilicius cauſam cum ageret apud Cenſo-
res, Campos Roſiæ Italiæ dixit eſſe, in quo relicta per
tica poſtridie non appareret propter herbam. Et li-
bro undecimo rerum humanarum apud Macrobium
Satur. libro tertio, enumerans quæ in ſingulis Italiæ
partibus optima ad uictum naſcantur ait. At uictum
optima fert ager Campanus frumentum, Faler
uinum, Caſſinas oleum, Tuſculanus ficum, mel
rentinus, piſcem Tiberis. Et M. Vitruuius libr -
xto. Cum ergo ab natura hæc ſint in mundo colloca-
ta, ut omnes immoderatis mixtionibus ſint diſpara-

tæ, placuit, ut inter ſpatia totius orbis terrarum regionumque medio mundi populus Romanus poſſideret fines. Namque temperatiſsimæ ad utranque & corporum mébris, animorumque uigoribus pro fortitudine ſunt in Italia gentes. Quemadmodú enim Iouis ſtella inter Martis feruentiſſimã & Saturni frigidiſsimã media currens temperatur, eadem ratione. Italia inter ſeptentionem meridiemque ab utraque parte mixtionibus téperatas & inuictas habet laudes. Itaque conſilio refringit barbarorum uires, forti manu meridianorum cogitationes. Ita diuina mens ciuitatem populi Romani egregia temperataque regione collocauit, uti orbis terrarum Imperio potiretur. Et Iulius Firmicus. Itali fiunt regali ſemper nobilitate præfulgidi, Galli ſtolidi, Hiſpani elata iactantiæ animoſitate præpoſteri. Sed nec Italis aliquando ſol denegabit Imperia, nec Gallis ſtoliditatem Mercurij ſapientiſsimum ſidus exacuet, nec Hiſpanorum iactantiam pigrum poterit Saturni lumen hebetare. Et Iuſtinus lib. quadrageſimo quarto. In tanta ſeculorum ſerie nullus Hiſpanus dux magnus, præter Viriatum fuit, adeo feris propriora, quàm hominibus ingenia ſunt. Et Liui[illegible] bel. pun. libro ſecundo: Hiſpanorum inquieta, a[illegible]que ad nouas res ſunt ingenia. Et Cæſar Gallos m[illegible]itate & leuitate animi nouis ſemper Imperijs rebu[illegible]que ſtudere, & ad bellum mobiliter celeriterque excitari ſcribit. Verum, inquit, ut ad bella ſuſcipienda alacer ac promptus eſt eorum animus, ſic mollis, ac minime reſiſtens ad calamitates perferendas mens

eorum

eorũ eſt. In *conſilijs capiẽdis mobiles ſunt, quòd incertis rumoribus ſeruiant. Liuius lib. iiij quar.dec.gallorum corpora emollida & fluida ſunt. Et Camillus apud Liuiũ lib.* v. *Gallorũ inquit, gens eſt, cui natura corpora animoſq. magna magis, quàm firma dedit.* In *certamẽ omne plus terroris quàm uirium ferunt. Et rurſus Gallorũ intolerãtiſsima gens eſt, humori ac frigori aſſueta, tum eſtu & angore uexata. Et lib. x. Liuius ait. Perſuaſum erat Gallos primo impetu feroces eſſe, quod ſuſtineri ſatis ſit, lõgiori certamine ſenſim reſidere. Eorũ etiã corpora intolerãtiſſima laboris atque æſtus fluere, primaq. eorũ prelia pluſquã uirorũ, poſtrema minus quàm feminarũ eſſe.* Id *etiã ſcribit Polibius lib. ij. itemque florus.* Item *Strabo libro quarto. Gallis ſimplicitati atque animoſitati multum ineſſe impudentiæ ſimul & ſuperbiæ & ornamentorum ſtudium. Etenim aurea illis ſunt geſtamina, collo quidem torques, manibus autem & lacertis armillæ dignitatis honores, tinctas geſtant ueſtes & auro pictas. Qua ex leuitate uictores quidem intollerabi les ſunt, uicti aũt ſtupidi uidẽtur. Amẽtiæ quoq; & barbarici mores adſunt.* Item *Vegetius ait, oẽs doctiſſimi uiri oẽs nationes, quæ uicinis ſunt ſoli nimio calore ſiccitatẽ amplius quidẽ ſapere & minus habere ſanguinis dicunt, ac propterea conſtantiã ac fiduciam minus habere pugnandi, quia metuunt uulnera, quòd exiguum ſanguinem ſe habere nouerint. Contra ſeptentrionales populi remoti a ſolis ardoribus inconſultiores quidem, ſed tamen largo ſanguine redundantes*

inferre cogitantem negabat opprimi Romanos niſi in Italia poſſe. Cui Antiocho in Græcia aduerſus Romanos pugnare uolenti dixit Annibal ipſe, ſibi belli ſedem Græciam non placere, cum Italia *uberior materia ſit. Quippe Romanos uinci nonniſi armis ſuis poſſe. Nec* Italiam *aliter quam* Italicis *uiribus ſubigi. Siquidem diuerſum cæteris mortalibus eſſe illud genus hominum, & belli alijs bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cœpiſſe occaſionem loci temporiſque, agros rapuiſſe, & urbes aliquas expugnaſſe, cum Romano ſeu occupaueris prior aliqua ratione ſeu uiceris, tamen etiam cum uicto & iacente luctandum eſſe. Quamobrem ſiquis eos in* Italia *laceſſerit ſuis eos opibus, ſuis uiribus, ſuis armis poſſe uincere, ſicut ipſe fecerit. Seu uero quis illis* Italia *uelut fonte uirium ceſſerit, perinde falli, ac ſiquis amnes ab ipſis primordijs fontium deriuari, ſed concretis iam aquarum molibus auertere uel exiccare uelit.* Hoc *ſecreto ſe cenſuiſſe, ultroque conſilij ſui miſteriũ obtuliſſe. Et Virgilius Georg. libro ſecundo.*

Laudibus Italiæ certent non Bactra, neque Indi
Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis
Hæc loca non tauri ſpirantes naribus ignem
Inuertere ſatis immanis dentibus hydri
Nec galeis denſiſque uirum ſeges horruit haſtis
Sed grauidæ greges, & Bacchi Maſſicus humor
Impleuere, tenent oleæque, amentaque læta.
Hinc bellator equus campo ſe arduus infert,

Hinc albi clitunnæ greges, & maxima taurus
Victima, ſæpe tuo perfluſi flumine ſacro
Romanos ad templa Deûm duxere triumphos.
Hic uer aßiduum, atque alienis menſibus æſtas,
Bis grauidæ pecudes, bis pomis utilis arbos
At rapidæ tigres abſunt, & ſylua leonum
Semina, nec miſeros fallunt aconita legentes,
Nec rapit immenſos orbes per humum, neque tanto,
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis
Adde tot egregias urbes, operumque laborem
Tot congeſta manu præruptis oppida ſaxis.
Fluminaque antiquos ſubter labentia muros,
An mare quod ſupra memorem, quodque alluit infra?
An ne lacus tantos? te Lari maxime? teque
Fluctibus & fremitu aſſurgens Benace marino?
An memorem portus? Lucrinoque addita clauſtra?
Atque indignatum magnis ſtridoribus æquor?
Iuli i, qua ponto longe ſonat unde refuſa,
Tyrrhenuſque frêtis immittitur æſtus Auerni.
Hæc eadem argenti riuos, æriſque metalla
Oſtendit uenis, atque auro plurima fluxit.
Nec genus acre uirum, Marſis, pubemque ſabellam,
Aſſuetumque malo Ligurem, Volſcoſque uerutos
Extulit, hæc Decios, Marioſque, magnoſque Camillos,
Scipiadas duros bello, & te maxime Cæſar.

Salue

Qui nunc extremis Aſiæ iam uictor in oris
Imbellem auertis Romanis arcibus Indum
Salue magna parens fru gum Saturnia tellus,
Magna uirùm, tibi res antiquæ laudis, & armis
Ingredior, ſanctos auſus rec ludere fontes,
Aſcræumque cano Romana per oppidâ carmen.

Et Columella libro tertio. Myſiam, Lybiamque largis aiunt, abundare frumentis, nec tamen Appulos, Campanoſque agros opimis defici ſegetibus. Tmolon & Corycion florere croco. Iudæam & Arabiam preciosis odoribus illuſtrem haberi. Sed nec noſtram ciuitatem prædictis egere ſtirpibus. Quippe pluribus locis urbis iam caſiam pendentem conſpicimus, iam thuream plantam, florenteſque hortos myrrha & croco. His tamen exemplis nimirum admonemur curæ mortalium obſequentiſſimam eſſe Italiam, quæ penè totius orbis fruges adhibito ſtudio colonorum ferre didicerit. Quo minus addubitamus de eo fructu, qui uelut indigena peculiariſque & uer naculus eſt huius ſoli. Neque enim dubiũ Maſſici, Surrentinique, & Albani, atque Cecubi agri uites omniũ, quas terra ſuſtinet, in nobilitate uini principes eſſe. Itẽ Solinus. De homine ſatis dictum habeo, nunc, ut ad deſtinatum reuertamur, ad locorum commemorationem ſtylus dirigendus eſt. Atque adeo principaliter in Italiam, cuius decus iam in urbe contingimus. Sed Italia tanta cũ ab omnibus dicta eſt, præcipue a M. Catone, ut iam inueniri nõ poßit, quod nõ ueterũ auctorũ præſumpſerit

rit diligentia, largiter in laudem excellentis terræ materia ſuppetente dum ſcriptores præſtantiſſimi reputant locorum ſalubritatem, cœli temperiem, ubertatem ſoli aprica collium, opaca nemorum, innoxios ſaltus, uitium olearumque prouentus, ouilia pecuaria, tot amnes, lacus tantos, bifera uiolaria. Inter hæc Veſeuus flagrantis animæ ſpiritu uaporantem, tepentes fontibus Baias, colonias tam frequentes, tam aßiduã nouarum urbium gratiam, tam clarum decus ueterũ oppidorum, quæ primum Aborigines, Arunci, Pelaſgi, Arcades, Siculi, totius poſtremo Græciæ aduenæ, & in ſumma uictores Romani condiderunt. Ad hæc latera portuoſa, oraſque habet patentibus gremijs commercio orbis accommodatas. Et paulo poſt. Ergo Italia, in qua Latium antiquum antea a Tyberinis oſtijs ad uſque Lyrim amnem pertinebat, uniuerſa conſurgit a iugis Alpium porrecta ad Rheginum uerticem & littora Brettiorum, quo in mare meridiem uerſus protenditur. Inde procedens paulatim ſe apennini montis dorſo attollit, extenſa inter Tuſcum & Adriaticum, ideſt inter ſuperum mare & inferum, ſimilis querno folio ſcilicet proceritas amplior, quàm latitudine. Vbi longius proceſſit in cornua duo ſcinditur, quorum alterum Ionium ſpectat æquor, alterum Siculum. Inter quas prominentias non uno margine acceſſum inſinuati freti recipit, ſed linguis proiectis ſæpius a procurrentibus diſtinctum promontorijs pelagus accipit. Verum Italiæ longitudo, quæ ab Au-

guſta prætoria per urbem Capuamque porrigitur uſque ad oppidum Rhegium, decies centena & uiginti millia paſſuum colligit. Latitudo ubi plurimũ cccc x. ubi minimum c xxxvi. millia. Artiſsima eſt ad portum, quem Annibalis *caſtra dicunt. Neque enim excedit xx. millia. Vmbilicum, ut Varro tradit, in agro* Reatino *habet.* At *in ſolidum ſpatium circuitus uniuerſi uicies quadragies nouies cẽtena ſunt.* In *quo ambitu aduerſa Locrenſium fronte ortus a Gadibus finitur Aeuropæ ſinus primus. Nam ſecundus a Lacinio auſpicatus* Acroceraunijs *metas habet.* Adhæc Italia Pado *clara eſt, quem mons Veſulus ſuperantiſſimus inter iuga Alpium gremio ſuo fundit uiſendo fonte in ligurum finibus, unde ſe primum Padus prorupit, ſummerſuſque cuniculo rurſus in agro Vibonienſi extollitur, nulli amnium inferior claritate, a Græcis dictus Eridanus.* Intu*meſcit exortu canis tabefactis niuibus & liquentibus brumæ pruinis, auctuſque aquarum acceſſione xxx. flumina in* Adriati*cum defert mare. Eſt è memorabilibus inclitum, & inſigniter per omnium ora uulgatum. Et rurſus.* In *liguria lapidarij campi ſunt, quòd* Ioue *dimicante uideantur ſaxa pluiſſe. Et Plinius libro tertio. Nec ignoro ingrati ac ſegnis animi exiſtimari poſſe merito, ſi* Italia *leuiter atque in tranſcurſo in hunc modum dicatur terra omnium terrarum alumna, eadem & parens numine Deũm electa, quæ cœlum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret* Imperia, *rituſque molliret,*

ret, & tot populorum diſcordes feraſque linguas ſermonis commercio contraheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuiterque una cunctarum gentium in toto orbe patria fieret. Et quid agam tanta nobilitas omnium locorum, quos quis attigerit. Tanta rerum ſingularum populorumque claritas tenet. Vrbs Roma uel ſola in ea & digna, & feſta ceruice facies quo tandē narrari debet opere? Et qualiter Campaniæ ora per ſe felix illa ac beata amœnitas, ut pal m ſit in uno loco gaudentis opus eſſe naturæ. Iam uero tota ea uitalis ac perennis ſalubritatis cæli temperies eſt. Tam fertiles campi, tam aprici colles, tam innoxij ſaltus, tam opaca nemora, tam munifica ſyluarum genera, tot montium afflatus, tanta frugum & uitium olearumque fertilitas, tam nobilia pecori uellera, tam optima tauris colla, tot lacus, tot amnium fontiumque ubertas totam eam perfundens, tot maria, portus, gremiumque terrarum commercio patens undique & tanquam ad adiuuandos mortales ipſa auida in mare procurrens. Neque ingenia, rituſque, ac uiros & lingua manuque ſuperatas commemoro gentes. Ipſi de ea iudicauere græci genus in gloriā ſuā effuſiſſimū quotā partē ex ea appellando Græciā magnā. Nimirū id quod in mentionē cœli fecimus, hac quoque in parte faciendū eſt, ut quaſdā notas, ac pauca ſydera attingamus. Legentes tantum quæſo meminerint ad ſingula toto orbe ediſſerenda feſtinari. Eſt ergo folio maxime querno aſſimilata medio

dio proceritate amplior quàm latitudine in leuo ſe fle ctens cacumine, & amazonicæ figura deſinens parmæ, ubi a medio excurſu Cocinthos uocatur per ſinus lunatus duo cornua emittens Leucopetrá dextra, Lacinium ſiniſtra. Patet longitudine ab Alpino fine prætoriæ Auguſtæ per urbẽ Capuamq. æquo curſu meante Rhegiũ oppidũ in humero eius ſitũ, a quo ueluti ceruicis incipit flexus, decies cẽtena & uiginti millia paſſuum, multoque amplior menſura fieret Lacinium uſque, ni talis obliquitas in latus digredi uideretur. Latitudo eius uaria eſt, cccc x. milliũ inter duo maria inferum & ſuperũ, amneſque uarum atque Arſiá, mediæ atque fermè circa urbẽ Romá ab oſtio æterni amnis in Adriaticum mare influentis ad Tiberina oſtia c xxxvi. & paulo minus a caſtro nouo Adriatici maris Alſiũ ad Tuſcũ æquor haud ullo in loco cccc. in latitudinẽ excedens. Vniuerſæ autẽ ambitus a Varo ad Arſiá uicies quadragies cẽtena millia paſ. efficit. Abeſt a circundatis terris Hiſtria a Liburnia quibuſdá locis c.m. paſſuum. Ab Epiro & Illyrio L. ab Africa minus cc. ut auctor affirmat Varro. Ab Sardinia cxx millia a Sicilia m. p. III. A Corſica minus lxx. Ab Iſſa l. Incedit per Maria cœli regione ad meridiẽ quidẽ. Sed ſi quis diligẽti ſubtilitate id exigat inter ſextá horá primamq. brumalẽ. Et in fine deſcriptionis Italiæ. Hæc eſt Italia dijs ſacra, hæ gẽtes eius, hæc oppida populorũ. Super hæc Italia, quæ L. Aemilio Papo, C. Atilio Regulo Conſ. nunciato Gallico tumultu ſola ſine ex

ternis

ternis ullis auxilijs, atque etiam tunc ſine tranſpadanis, equitum lxxx. millia, peditum dcc. millia armauit. Metallorum omnium fertilitate nullis cedit terris. Sed interdictum id uetere conſultu patrum Italiæ *parci iubentium. Et lib. xvij. Cato agrum optimum iudicat ad radicem montium Apennini planitie in meridiem excurrente, qui eſt totius* Italiæ *ſitus, terram uero teneram, quæ uocetur pulla. Erit igitur hæc optima, & operi ſatior.* Intelligere *modo libeat dictam mira ſignificatione terram, & quicquid optari debet in eo uocabulo inuenietur.* Illa *temperatæ ubertatis, illa mollis faciliſque culturæ, nec madida, nec ſitiens, illa poſt uomerem niteſcens, qualem fons ingeniorum Homerus in armis a Deo cælatam dixit, addiditque miraculum nigreſcentis, quamuis fiet in auro, illa, quam recentem exquirunt improbæ alites uomerem comitantes, corui aratoris ueſtigia ipſa rodentes. Et libro quartodecimo.* Arborum *omnium peculiaris parens uideri poteſt* Italia. *Vitium principatus tantum peculiaris* Italiæ *eſt, ut uel hoc uno omnia gentium uiciſſe, quanquam odorifera poſſit uideri bona, quanquam ubicunque pubeſcentium odori nulla ſuauitas præferatur. Tot differentias uitium uel ſola tantum Italia recipit. Potiſsima uitium nobilitas datur peculiaribus atque uernaculis Italiæ. Subit mentem cum ſint genera nobilia quæ proprie uini intelligi poßint lxxx. ferè in toto orbe duas partes ex hoc numero* Italiæ *eſſe. Longe præterea ante cunctas terras. Et lib.*

quinto decimo. Et uulgo olei principatum obtinet Ita*lia in toto orbe, & libro decimo octauo. Tritici genera plura, quæ fecere gentes. Italico nullum equidem comparauerim candore & pondere, quo maxime decernitur. Sophocles poeta tragicus in fabula Triptolemo ante mortem Alex. magni annis fere cxlv. frumentum* Italicum *ante cuncta laudauit*. Aduer*bum tranſlata ſententia. Et fortunatam* Italiam *frumento caneſcere candido. Quæ laus peculiaris hodie* Italico *eſt. Aegyptus ſimilaginem conficit è tritico ſuo, nequaquam Italiæ parem. Alica in Italia laudatiſſima, fit è zea tuſa in pila lignea, nam lapidis duritia conteritur. Arinca & zea copioſa in* Italia. *Et libro duodecimo*. Piperis *arborem* Italia *habet maiorem myrto, nec ab ſimilem, & alibi. Viuit in* Italia *piperis arbor. Cyprum arborem eſſe quidam dicunt, quæ in* Italia *liguſtrum uocetur. Hebenum arborem* Romæ *magnus Pompeius in triumpho Mitridatico oſtendit. Balſamum arbuſculam urbi oſtendere* Imperatores *Veſpaſiani, clarumque dictu a Põpeio magno in triumpho*. Arbores *quoque duximus, ſeruit nunc hæc, & tributa pendet cum gente ſua. Et libro tertiodecimo. Vnguentorum gloriam Neapolis, Capua &* Præneſte *abſtulere Delo, Menedeſio, Corinthio, Cyzico, & Rhodino.* Palmæ *in* Italia *uulgo, ſed ſteriles. Syriæ arbores pruna in Damaſco monte nata & myxa familiares* Italiæ. *Et alibi piſtacias primus Vitellius in* Italiam *intulit*. Lotos *arbor* Italiæ *familia-*

ris,

ris, ſed terra mutata. Et libro xxxv. uaſa ſamia in eſculentis laudantur. Retinet hanc nobilitatem & Aretium in Italia, *& calicum tantum Surrentum Nobilitatur patinis Rhegium & Cumæ.* Hæc etiam Plinius, *ſed alibi atque alibi. Eſt in Apennino frutex, qui uocatur cotinus ad liniamenta modo conchylij. Laburnũ Alpina arbor. Abietes Alpibus Apenninoque laudatiſſimæ, Sed in hoc quoque, ut cæteris in rebus, uincit* Italia, *quoniã nullus ſagittis aptior calamus, quàm in Rheno Bononienſi amne, cui plurimum ineſt medulla, ponduſque uolucre. Contra flatus quoque peruicax libra. Eſt & in* Italia *naſcens Adarcha, nomine harundo paluſtris ex cortice tantum ſub ipſa coma utiliſsima dentibus, quoniam uis eſt eadem, qua ſinapi. Aeſchylus poeta uetuſtiſſimus Italiam refertam herbarum potentia prodidit. Laudatiſſima herbarum eſt Homero teſte, quam uocari ab dijs putat moles, & inuentionem eius* Mercurio *aſſignat, contraque ſumma ueneficia demoſtrat. Inueni è peritis herbarũ medicis, qui & in* Italia *naſci eam diceret.* Rubia *tingendis lanis & corijs laudatiſsima* Italica, *& maxime ſuburbana, & omnes prouinciæ ſcatent. Meliloton, quod ſertulam campanam uocant, in campania* Italiæ *laudatiſſima. Panacea Liguſtia in Liguriæ montibus naſcitur. Lithoſperno inter omnes herbas nihil mirabilius, naſcitur in* Italia*. Saliuncam alpium aprica urbium eporedia gignunt tantæ ſuauitatis, ut metallum eſſe cœperit. Herabotane herba nobilis Romæ*

naſci-

naſcitur. Myricen & Italia habet, *quam alij tamaricen uocant. Heraclea, colocaſia, melampodium ſiue eleborum, & ueratrum, & cytiſus, & lycopſis, & argentaria herbæ in Italia naſcuntur. Tradunt iuncum odoratum & in campania inueniri. Roſæ celeberrimæ præneſtina & campana. Cappar Italicũ inocentius eſt tranſmarino. Laus caſeo Italiæ, & præſertim* Romæ. *Caprinus etiã fit cunctis præferendus. Lana, & lina* Italica *laudatiſſima ſunt*. Conchylium *piſcis nobilis in* Italia *capitur. Vniones in noſtro mari reperiri ſolebant. Achates & ſmaradus in Sicilia reperiuntur. Syritæ gemmæ in lucania reperiuntur melleo colore croco refulgentes, intus autem ſtellas continent languidas. Veijs gemma naſcitur nigram materiam habens diſtinguente limite albo. In cautibus Alpium criſtallus naſcitur laudata in Europa. Speculares lapides ſunt in* Italia *Bononienſi agro. Palmati lapides in* Italia *ſunt, Lorum auctoritas uenit in marmora ſicut Tænarius*. Inter *plurima alia Italiæ miracula, ipſa marmora in lapidicinis creſcere auctor eſt Papirius Fabianus naturæ rerum peritiſſimus. Ex ophite albo uaſa, & etiam cados faciunt. Lapis hic in Liguria naſcitur*. In *comenſi agro Italiæ lapis naſcitur uiridis, qui cauatur, tornaturque in uaſa coquendis cibis utilia, uel ad eſculentorum uſus*. In *Liguria, Vmbria & Venetia albus lapis ſerra ſecatur*. *Cotes in* Italia *aqua trahentes aciẽ acerrimo effectu. Mola uerſatilis nuſquam utilior, quàm in* Italia *gignitur. Varro lapides albos coranas duriores, quam*

 parios

parios tradit. Silicem Sabinum Fuſcum addito oleo lucere. Xenocrates obſidianum lapidem in ſamnio Italiæ naſci tradit. In uolturno mari Italiæ harena naſcens ſex m. paſ. a littore inter cumas atque lucrinum, quæ nobiliſſima eſt, pila molaque teritur, dein miſcetur tribus partibus nitri pondere uel menſura, ac liquata in alias fornaces transfunditur, ibi fit maſſa, quæ uocatur amonitrum, atque hæc requoquitur & fit uitrum purum, ac maſſa uitri candidi. In generibus æris palma campano, ſimile in multis partibus Italiæ *prouinciíſque. Sal è ſtagnis Terentinus oculis utilis eſt.* Eſt *ſalſiſſimus, ſicciſſimus, ſuauiſsimus omnium, atque candidiſſimus ad medicinæ uſus ab antiquis maxime laudatus. Sulphur naſcitur in* Italia *agro campano. Aſini Reatini optimi. Aquæ auxilia malorum conferentes & uulneribus medentes multis locis in* Italia *ſcaturiunt. Aqua, cui ſubinde candens ferrum immergitur, nobilitauit Comum in* Italia. *Et in fine ultimi libri. Ergo in toto orbe & quacunque cœli conuexitas uergit, pulcherrima eſt omnium, rebuſque, meritoque principatum naturæ obtinens* Italia, *rectrix, parenſque mundi altera, uiris, feminis, ducibus, militibus, ſeruitijs, artium præſtantia, ingeniorumque claritatibus.* Iam *ſitu, ac ſalubritate cœli, atque temperie, acceſſu cunctarum gentium facili littoribus portuoſis, benigno uentorum afflatu. Etenim contigit recurrentis poſitio in partem utiliſsimam, & inter ortus occaſuſque mediam, aquarum copia, nemorum ſalubritate, montium*

tium articulis, ferorum animalium innocentia, ſoli fertilitate, pabuli ubertate. Quicquid eſt, quo care re uita non debeat, nuſquam eſt præſtantius, fruges, uina, olea, mella, uellera, lana, ueſtes, iuuenci. Ne equos in trigarijs præferri ullis uernaculis animaduerto, metallis auri, argenti, æris, ferri quandiu libuit exercere, nullis ceſſit. Et ijs nunc in ſe grauida pro omni dote uarios ſuccos & frugum, pomorumque ſapores fundit. Et libro trigeſimo tertio queritur Italiam *corruptam eſſe Aſiæ luxuria, barbaroſque alia quoque noxia in eam importaſſe. Qui libro undecimo ſic ait. Pſylli Cirenei populi peregrinis malis impleuere* Italiam. *Scorpiones quoque importare conati ſunt, ſed uiuere intra Siculi cœli regionem non potuere. Viſuntur tamen aliquando in* Italia, *ſed innocui. Et libro uigeſimo ſexto de morbis in* Italiam *a barbaris importatis. Lichne, carbunculus, eliphantias, colum, podagra peregrini ſunt. Eſt & is peregrinus morbus, quem gallicum uocant. Quantum credis & ipſe & Maro, & Cato, aliique* Itali *ſcriptores* R*omanique proceres quererentur modo, ſi Italiam ſuam, quam tantopere, ut par fuit, & amauerunt & laudauerunt, & ornauerunt a temerarijs plebeijs ſcriptoribus & adulatione & ſermone deformatam. Italoſque ſuos uel ingenuos & optimates latinæ linguæ maieſtate deſerta in uiliſſimis uulgaribus libellis omne tempus nequicquã terentes uitamq; inertem agentes uiderint? Qui (indignum) nullo ueri adhibito iudicio, unus, neſcio cuius uani, paludoſi,*

OO 2 *craſſi,*

craſſi, & maligni ingenij, in quo non doctrina, ſed doctrinæ nomen erat, fallacijs capti, non rationi, ſed euidenter falſæ & captioſæ opinioni ueluti diuino oraculo fidem adhibent, & uanum ac cæcum ducem ſequentes in uanitatis & ignorantiæ tenebris uerſantur. Nõ perpendentes quàm malum ſit & turpe, ut probè Cicero ſcribit, & præſertim ingenuis & optimatibus neſcire, ignorare, & decipi, ac uana & uilia ſectari. Et præter hæc uulgares ſcriptores ac lectores non modico dedecori & ignominiæ ſunt Italiæ, cum prouinciales grauia ſectantes cupide & intentiſſime in latinam & græcam linguam incumbant. Aurelius Ruffinus homo Romanus Caroli V. miles in Germania a Philippo Catorum idest Haſſorum principe in bello captus ob Romani nominis reuerentiam ab eo in menſam honorifice exceptus eſt. At cum inter edendum Philippus ipſum latine interpellaret, & ille ſe latine loqui neſcire diceret, & ab eo, & ab oĩbus, quòd ſua patria lingua loqui neſciſſet, deluſus, & quidem iure, fuit, eiſque contemptui habitus. Græci quoque, ut ad rem redeam, ampliſſimum Italiæ teſtimonium reddiderunt. Polibius enim lib. ij. ait. Omnis Italia trianguli figurã habet. Latus, quòd Orientẽ ſpectat Ionio mari & ſinu Adriatico terminatur. Quod uero ad Meridianam regionem atque Occaſum uergit, ſiculo & Tyrrheno clauditur pelago. Hæc latera inuicem copulata apicem trianguli faciunt propoſitum Italiæ promontorium, quod Cocynthum incolæ uocant, & meridianam plagam ſpectans Ionium ac Siculum diuidit

dit mare. Tertium latus, quod ad gelidiſſimum ſeptentrionis axem & mediterranea loca protenditur, terminat continuatio Alpium, *qua a Maſſilia & locis ſupra* Sardum *pelagus ſitis incipientes uſque ad intimum Adriatici maris ſinum continue extenditur, exiguo quodam ſpacio in medio relicto. Huic lateri, quod terminari Alpibus dicimus, & quaſi trianguli baſem intelligimus, a meridiana regione uerſus ſeptentrionem ſubiacent campi extrema totius Italiæ omnis Aeuropæ maximi atque uberrimi.* Horum *etiam forma triangularis eſt.* Apicem *triangu li facit Apennini atque Alpium copulatio non longe a mari Sardoo ſupra Maſsiliam. Latus, quod ſeptentrionem ſpectat, quemadmodum ſupra diximus, Alpes faciunt, quæ ad cc lxxv. m. p. protēduntur. Latus uero, quod ad meridiem uergit perficit* Apenninus. *Hic ad trecenta atque octoaginta tria mil. paſ. protenditur. Baſigi locum tenet littus ipſum maris* Adriatici. H*æc trecentorum & tredecim mil. paſ ſpacio continetur. ta omnis camporum circuitus mille & ducentis quinquaginta mil. paſ. clauditur. De fertilitate huius regionis haud facile dixerim. Ita enim in omnia frugum genera fœcunda eſt, ut ſæpenumero noſtra ætate modius frumenti ſiculus non amplius quatuor obolis uenum erit. Ordei uero non amplius duobus. Dolium uini tantundem. Milij prætterea & farris tanta copia eſt, ut opinionem hominum ſuperet. Quàm uero glandibus abundet, quæ ex nemoribus eius regionis diuerſis in locis producuntur, uel in*

primis teſtimonio eſt, quod cum infinitam penè porcorum multitudinem Italici generis homines alant & ad ſacrificia facienda & ad priuatos uſus, & ad neceſſarium exercitibus apparatum, ijs omnibus abunde hæc regio ſubminiſtrat. Iam uero quanta particularium etiam rerum, quæ ad uictum hominum ſpectant, in ea regione copia ſit, ex hoc licet intelligere, quòd uiatores, cum in hoſpitia diuertunt, nunquam de rebus, quas ſint accepturi particulatim paciſcuntur, quòd cæteris in locis fieri conſueuit, ſed quantum ſinguli quique homines ſoluere debeant, cũ hoſpitibus conueniunt. Hi uiatoribus honorifice acceptis, & omnibus ad uictum neceſſarijs ſubminiſtratis, non amplius, quàm ſiliquam capiunt. Hæc oboli tertia pars eſt, id precium raro excedunt. Hominum uero tanta copia, ea proceritas, ac pulchritudo corporum, tantum in rebus bellicis robur, ut facilius ſit ex eorum rebus geſtis, quàm ex cuiuſquam oratione intelligere. Et rurſus. Italia ſepties centena millia peditum, equitum ad ſeptuaginta millia armauit. Et Dionyſius Halicar. libro primo. Verum ſiquis fabuloſum illud a ſermone auferens, uim regionis & naturam perſcrutari uelit, ex quo genus hominum a principio plurima ſtatim perceperit oblectamenta, ſiue ex terra ipſa, uti priſcus habet ſermo, ſiue ab alio quouis modo nullam certe inuenias Italia commodiorem. Sicut enim una regio ad aliam comparatur, tantam magnitudinem non Aeuropæ modo, ſed orbis

bis quoque reliqui, mea quidem ſententia, eſt optima omnium Italia. Quanquam non me latet multis me uiſum iri incredibilia dicere conſiderantibus Aegyptum, & Africam, & Babilonem, & ſiqua alia fortunata ſunt loca. Verum ego diuitias ex terra, non in uno pono fructuum genere, neque me capit habitationis cupido, in qua pinguia ſunt tantum arua, aliorum autem nulla ſit, aut parua aliqua utilitas, ſed quæ ſatis ſit per ſe, neque multum aduentitijs indigens, hanc ego eſſe optimam iudicabo. Hanc uero rerum omnium ubertatem, & emolumenta plurima, non aliam magis terram, quàm Italiam habere credo. Non enim pingues habens agros multos caret arboribus, ſicuti frugum fertilis. Neque rurſus ad alendas plantas idonea, paucarum eſt ex ſatione, ſicut arborum referta. Neque adhæc utraque potens, minus eſt pecori idonea, neque ea dicet aliquis frugū fertilem, fœcundam arborum, bonamque pecori, ineſſe autem hominibus ſine gratia ſtationem. Imo uero ea omnis, ut ita dicam, eſt uoluptatis, utilitatiſque pleniſſima. Qua enim caret fertilitate? Non fluuijs, ſed cœleſtibus hymbribus irrigatus is, qui Campanus ager dicitur, ubi ego trium fructuum culturas uidi, æſtiuum quidem, poſt hybernum, autunnale poſt æſtiuum ſemen nutrientes. Qua enim caret olearum ubertate Meſapiorum & Dauniorum, & Sabinorum, multorumque agricolatio? Quibus caret uinetis Hetruria? Albanaque & Falerna regio? Mi-

rum eſt profecto quam diligat uites, & quàm minimo labore facilis ſit ad ferendum plurimos ſimul & optimos fructus. Præter arua autem, quàm multam inuenies dimiſſam ouibus regioné, quàm multam capris, maiorem autem admirabilioremque bobus & equis. Paluſtris etiam & pratorum herba copioſiſſima, nouales roſcidæ, & campi perflui, ita ut ſint etiā æſtate paſcui, exhibeantque greges ſemper perficientes. Inter cætera autem, querceta ſunt & ſyluæ mirabiles circa rupes, ſaltuſque & incultos colles, ex quibus multum quidé cum ſit ad fabricandas naues materiæ & facultatis, multū quoque ad reliqua opera opportunitatis, nulla pars harum neque inuia, neque ab uſu hominum procul poſita, ſed operoſa ſunt omnia, & aduectu facilia propter fluminum multitudinem, quæ regioné permeant, faciuntque inuectiones fructuum & commercia percommoda. Habet quoque regio ipſa latices aquarum callidarum in multis repertos locis balneas præbere ſuauiſſimas, atque morbis diuturnis ſanandis optimas. Habet omnis generis metalla, & ferarum uenationes copioſas, & naturam maris piſcoſam. Aliaque habet innumera, alia percommoda, alia mirabilia. Verum omnium pulcherrimum eam habet aeris temperiem ad tempora proportionabiliter, ut nec exceſſu frigoris, nec caloribus inté ſis fructuum prouentū lædat, neue animaliū propagationem, ut minime mirum ſit opinatos priſcos hanc terram Saturno ſacrá, cum hunc diuum putarent eſſe hominiſ

mini-

minibus felicitatis omnis largitorem & perfectorem, ſiue Cronon uocari oportet ipſum, ut græci uolunt, ſiue Cronū uel Saturnum, ut Romani omem mundi com præhendentē naturā, utrouis nomine quis eum uocet: Videntes autē homines regionē plenam omnis copiæ, gratiæque, quam appetit mortale genus, uolenteſque oblationē diuinoque & humano generi eſſe locorum omnium aptiſſimam, montes & ſaltus dicarunt Pani, prata nymphis, & loca uirentia, litoraque & inſulas Dijs marinis, & alia quoque, ut erat cuique deorū & geniorū congruū. Itē Strabo lib.v. de Italiæ *forma plu ra, atque, præter cætera ait. Vt aūt ſummatim dicā Ita lia pecorū & frugum præſtantiſſima nutrix eſt. Cætera partes alijs atque alijs in rebus principatū adipiſcuntur. Et lib.* VI. Huius *generis, huiuſque magnitu dinis Italia eſt, cū multa a nobis diſputata ſint; nunc ampliſſima ſignificamus, quibus hoc tempore ad tantum maieſtatis faſtigiū res Romana conſcenderit. Vnū quidē quòd inſtar inſulæ tutam in circuitu maria cuſtodiant, paucis exceptis partibus, quæ tamē inacceſsis, uti muro, montibus uallatæ ſunt. Secundū eſt maxima ex parte ipſius importuoſitas, & quòd ſiculi portus exiſtunt magnitudine & excellentia mirabiles aſtant aduerſus externorum impetus commodi. Nec minus ad inferendas incurſiones, quàm ad ipſam mercaturæ commoditatē & abundantiā. Tert ium aeris uniuerſi temperies, cui ſubiacet. Ad quā uarietatē animalia, arbores, &, ut paucis ſimpliciter dicā, cuncta, quibus utiliſſimus mortalibus uictus ſuppeditatur, plurimā diuer-*

diuerſitatem habent, ſiue bonum, ſiue malum dixeris. Ipſius longitudo a ſeptentrione in meridiem, ut plurimum extenditur. Cuius longitudinis additamentum eſt Sicilia, talis & tanta perinde ac eius pars eſſet. Aeris temperies, & intemperantia pro caloris & frigoris & horum mediocritatis conditione diiudicatur. Itaque cum tanta longitudine, qua nunc eſt Italia, eam in amborum exceſſuum medio iacentem, plurimam temperate conditionem continere neceſſe eſt, modiſque plurimis. Id etiam alio ibi pacto contingit, nam cum montes Appennini perpetua longitudine porrigantur, cumque latus utrunque campos & colles frugiferos emittat, nulla pars extat, cui non montanis & campiſtribus bonis frui contingat. Adde fluuiorum magnitudinem & copiam. Ad hæc frigidarum & callidarum ſcaturigines aquarum, quas ad mortalium ſalutem parens natura compluribus in locis comparauit. Quid diuerſorum facultates metallorum? Quid materiam atque eſcas hominibus ac pecoribus attributas? Quis fructuum ubertatem atque bonitatem pro dignitate diſſerat? Inter gentes quidem ampliſſimas, & Græciam ipſam, & excellentiſſimas Aſiæ partes media conſiſtens, uirtutis præſtantia & amplitudine ad circumſtantibus imperandum nata eſt ex uicinitate ſubiugandorum facultatem nacta. Budeus libro v. *de aſſe Italiam bonarum literarum magiſtram uocat. Et rurſus* Italiam *omnium gentium magiſtram appellat. Et præter eas*

nobi-

nobiles herbas, quas Plinius in Italia *naſci ſcribit, alias quoque claras atque optimas, in ea prouenire Græci auctores tradunt. Dioſcorides nardum celticam, & terreſtres cocleas medicæ artis uſibus pro beatiſsimas in Liguriæ Alpibus naſci prodit.* Auicen*na, Meſue cæterique medici Romanas Italaſque aniſum, & abſynthium, & gentianam, & pæoniam, & ſpicam laudant, ſcordiumque Italicum odoratius eſſe cretenſi aſſerunt. Democritus laudat ſtibium* Ita*licum, Geber laudat uitriolum Romanum:* Item *Galenus libro primo* Antid. *ait. Multa medicamenta per ipſam Italiam partim ſponte naſcuntur, partim arte fiunt, ueluti Dicearchiæ, Puteoli nunc dictæ erugo, cæruſſa, æs, æris ſquamma, & quædam alia, & Romæ lithargyrium, hoc eſt argenti ſpuma. Et rurſus. Nullus Romæ unguentarius extat, qui Creta allatas herbas, & ipſarum ſemina non agnoſcat. At in ſuburbanis urbis non paucas ex ipſis naſcentes prorſus ignorant.* Icc*irco nec quo tempore ſemen ferant, obſeruant.* I*pſe uero & chamæpityn, & chamædryon, & thlaſpin, & centauream, & hipericū, & polium, & id genus herbas alias Romæ uidi, quas obſeruato tempore, quo uigent, neque æſtiuo ſole arefactas, nec citius, quàm par fuit, euulſas collegi nondum concoctis ſeminibus aut maturis. Et rurſus. Polium & chamædrys duo hæc Romam afferuntur natis in* Italia *parum meliora.* In *aliquot ſiquidem* Italiæ *locis haud multum deteriora proueniunt illis*

annis

annis, quorum uniuerſum uer humidum non fuerit: Sed ſicuti ſæpe contingit æſtiuo tempori ſimile. Quod ſi ueris conſtitutio ſiccior obuenerit, multa, quæ in Italia naſcuntur pluribus creta allatis paria erunt, ueluti chamædrys, chamæpitys, hipericon, gentiana, thlaſpis, heborus niger, & id genus alia. Et rurſus. Romæ ſiquidem in ſuburbanis prædijs, & chamæpitym, & chamædryn repperi multò plus redolentes, quàm Creta aduectas, ſi tamen continuis hymbribus obrutæ non fuerint. Et alibi. Olium ſabinum optimum eſt, quòd tenuiſſimum ſit. Et Athenæus libro tertio. Laudantur ficus, quæ Romæ *naſcuntur Calliſtruthiæ, & alia ficuum genera, uelut Chia, Calcidica, & Africana dicta, ſicut Herodotus Lycius in comentario ſuo de ficibus ſcriptum reliquit. Theodoricus rex in epiſtola, quæ eſt ad Theonium apud Caſſiodorum lib. primo epiſtolarum conchilium in Hydruntino mari naſci oſtendit. Et præter hæc, quæ ab his auctoribus commemorata ſunt, alia quoque pleraque in* Italia *aut naſcuntur, aut fiunt. Nam terebinthus, platanus, uitex, cedrus, oleander, ſiliqua ſiluestris, crocus ſilueſtris ſponte in* Italia *naſcuntur. Siliqua ſatiua multis locis in* Italia *eſt.* Palmæ *&* Romæ *& alibi in* Italia *frugiferæ ſunt, & fructus matureſcunt.* Frugiferæ *arbores multigenæ ſunt, & harum quædam biferæ, uites uero etiam triferæ & quatriferæ. Extant & glandiferarum arborũ omnis generis ſiluæ. Itē omnis generis ſylueſtrium arborum ſyluæ, quæ igni, nauibus*

fabri-

fabricandis, tectorum tignis, domorum utenſilibus conficiendis uberem ac præſtantiſſimã materiam ſuggerunt. Aucupia omnis generis alitum, & uenationes itidem omnis generis ſylueſtrium animalium eſui accommodatorum perpulchræ fiunt. Thynnorum ca*ptura ingens fit, qui ſale in cadis condiuntur. Fiunt & pulchra cepuria oleraque. Extant & paſſim balnea ſalubria, ac fontes ſalſam aquam ſcaturientes, ex qua fit muries. Fiunt & ſaccarum, crocus, coriandrum, cardamomum, fænogræcum, cuminum, ſeſama, goſſipium, ſericum, panni nobiles lanei, linei, goſſipini, & ſericei, & figlina uaſa præcipua. Naſcitur marmor, alabaſtrites, gypſum, ſal foſſile, lapis ophites, lapis ſpecularis, lapis obſidianus, lapis molaris, cos aquatia, ſilex, ſmiris, magneſia, pumex, gagates, gagites ſiue ætites, berillus, cryſtallus, chalcantum, ſiue atramentum, rubrica ſynopica ſiue bolum, rubrica fabrilis, ſynopes, ſtibium, hematites, alumen, ſulphur, corallus, agaricum, fit pix, legitur manna.* Herbarum *quoque nobilium medicæ artis uſibus referta eſt* Italia. *Nam, præter eas, quas Plinius, Dioſcorides, & Galenus in* Italia *naſci ſcribunt, proueniunt & tragium, pſeudodictamum, radix rhodia, radix Idea, meum, rhaponticum, iris, panax æſclapei, chironica, & heraclea opopanacem gummim fundens, pixacanta, plantæ, quæ ſtiracem & dragacantham gummim ſudant, nardus montana, nardus celtica, aliæque innumeræ nobiles herbæ, ut minimum Cretæ aliiſque regionibus inuideat*

deat Italia. Planta, quæ ſtiracem fundit prouenit in Latio agro Tyburtino, baccas fert colore cæruleo, quibus capræ uefcuntur, flores emittit candidos. Nobilitatur & felici illo Apennino monte, qui ab Alpibus perpetuis iugis Rhegium uſque protéditur, in quo omnia bona naſcuntur. Curæ eſſe debet ſingularum Italiæ regionum primatibus ac potentibus conterraneos ſuos eruditos uiros deligere, qui regionem quiſque ſuam accurate & fideliter ſcribant, & quæ a uetuſtis auctoribus dicta ſint, & quæ regio gignat perſcrutantes. Sicut ego de Calabria feci, ut inde unum totius Italiæ uolumen conficiatur. Nam haud dubium quidem multa memoratu digna gignit Italia priſcis auctoribus ignota. Illis autem herbis, quæ ſponte in Italia non erumpunt, minime egeremus, ſi deſidia abeſſet, ſed illis inſtrueremus hortos. Quandoquidem piperis arborem in Italia, & caſſiæ, & thuris, & myrrhæ, & hebani, & balſami, & piſtaciæ, & myxæ plantas Romæ fuiſſe oſtendimus. Citrus, ait Plinius, nonniſi apud Medos, & in Perſide naſci uolebat, Palladij tempore, Neapoli tantũ, ut ipſe ſcribit, erat, nunc ea referta eſt Italia. Item armeniacus, perſicus, prunus, damaſcena, ceraſus, tuber, zizipha, meſpilus, tricocus peregrinæ plantæ ſunt. Cannæ, ex quibus fit ſaccarum, crocus, ſeſama, goßipium, bombyces, qui ſericum conficiunt, aliunde in Italiam aduecti ſunt. Quòd Italia, ut probe Columella ait, curæ mortalium obſequentißima ſit. Na-

phtam, Aſphalatum in Italia eſſe quidam tradunt. Habuit & Italia ſuum Herculẽ & Achillem. Nam Ruſticellus homo Romanus ob prodigioſas uires Hercules eſt appellatus. Is, ait Varro apud Plinium libro ſeptimo, mulum ſuum tollebat. Lacinius Sicinius Dentatus, ut auctor eſt Gellius libro ſecundo, ingentis fortitudinis uir fuit, qui centies & uigeſies cum hoſte congreſſus eſt, & nec ullum uulnus auerſum accepit, aduerſa uero quadraginta quinque tulit. Quare Romanus Achilles eſt nuncupatus, de quo plura Plinius. Aulus Iunius ualens, ait Plinius, uehicula cum culeis onuſta, donec exinanirentur, ſuſtinere ſolitus eſt. Carpenta comprehenſa una manu retinere obnixius contra nitentibus iumentis. Et alia mirifica fecit. Fuſius Saluius, ait idem, duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duo humeris contra ſcalas ferebat. Sceua, ait Suetonius in Cæſare, excuſſo oculo, transfixus femore & humero, centum & uiginti ictibus ſcuto perforato cuſtodiam commiſſi caſtelli obtinuit. Milo crotoniata, ait Solinus, omnia egit ſupra quam homo ualet. Cum conſtitiſſet nemo eum ueſtigio educebat. Malum tenenti nemo digitum corrigebat. Cucurrit biduo centum quinquaginta mil. paſ. ab Athenis Lacedemonem. Taurum quatrimum ictu nudæ dextra occidit, & humeris ſuſtulens ſtadij ſpatio portauit, eumque eodem die comedit, unde prouerbium. Bouem in faucibus portat. Aegon crotoniata ungulas

a tau-

a tauris uiuentibus auellebat, & eos humeris ſuſtulebat, in montes currens tauros ſuperabat. Euthymus locrenſis ſemper olympie uictor, ac uiuus conſecratus, in deorumque numerum relatus. Tritanus gladiator ex ſamnio, ait Varro apud Solinum, rectis & tranſuerſis neruis non modo crate pectoris ſed & manibus cancellatis & brachijs omnes aduerſarios leui tactu ac pene ſecuris congreſſionibus uicit. Eiuſque filius miles Cn. Pompeij parimodo natus ita ſpreuit hoſtem, ut inermi eum dextra & ſuperauit, & captum digito uno in caſtra Imperatoris ſui reportauit. Demum Itali parua manu, ut dixi, magnos externarum gentium exercitus ſuperarunt. Sic & ſinguli ſingulos, bini binos, deni denos & pedeſtri & equeſtri pugna ſemper uicerunt. Nam ſi pauci ſuperant multos, certe terni ternos. Ex decem ſybillis tres Italæ fuere, ut Lactantius ait, ſcilicet cumæa, amalthea, & albumea. Longum eſſet omnes clariſſimos uiros Italos, qui omni ſcientiarum atque artiũ genere. Item ſanctitate floruerut, recenſere. Hæ ſunt Italiæ laudes. Quæ fauſta felix fortunataque regio naturæ manibus fabricata & ad imperandũ alijs & ad illos adiuuandũ nata eſt. Quare meminiſſe per quã uelim Italos meos ſe eos eſſe, qui Romana uirtute duce & auſpice barbaris glorioſe imperare, non turpiter ſeruire ſoliti ſint. Quòd ſiquid horum, quæ humanæ uitæ ſunt neceſſaria, deeſſe nobis uidetur, id non Italo felici & per beato ſolo quaſi infrugiſero & inſe-

infœcundo, cùm ſit feraciſſimum, tribuendum eſt, ſed inertiæ: Nam agricultura ueluti uile & ſordidum opus adeo negligitur, ut ei parum operæ inſumatur. Cum, ut gnare Cicero Offi libro primo ſcribit, omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius, nil uberius, nil dulcius, nil libero homine dignius. Et Xenophon in Catone maiore Ciceronis, nihil ſibi tam regale uideri aiebat, quàm ſtudium agricolandi. Et Cyrum regem Perſarum præſtantem ingenio atque Imperij gloria manu ſua arbores ſeruiſſe, agriculturamque exercuiſſe ait. Iam uero, ait Gellius, ijs, qui per deſidiam feracem agrum ſinebant ſterileſcere, cenſoria nota inurebatur. Et Scipio Naſica petitæ ædilitatis repulſam eſt paſſus, quòd adoleſcentem competitorem, cui erant ruſtico opere duratæ manus, quaſi illudens interrogaſſet, nunquid manibus incederet. Attilius Calatinus & L. Quintius Cincinnatus, præter alios, ex agris acciti ſalutem publicam pepererunt. Quocirca cum uirum bonum laudarent, ita, ait Cato, laudare ſolitos, bonum agricolam, bonumque colonum. Non enim, ait Columella, ex agrorum infœcunditate, aut cœli permulta iam tempora noxia frugibus intemperie; nec quòd ubertate nimia prioris æui defatigati & effœti nequirent priſtina benignitate præbere mortalibus alimenta. Cum neque fas ſit exiſtimare humi naturam, quam primus ille mundi genitor perpetua fœcunditate donauit, quaſi quodam

morbo ſterilitate affectam, neque prudentis eſt credere tellurem; quæ diuinam & æternam iuuentam ſortita communis omnium parens dicta ſit, quia cuncta peperit ſemper, & deinceps paritura ſit, uelut hominem conſenuiſſe. Nec poſt hæc reor intemperantia cœli nobis iſta, ſed noſtro potius accidere uitio, qui rem ruſticam peßimo cuique ſeruorum uelut carnifici noxiæ dedimus, quam maiorum noſtrorũ optimus quiſque optime tractauerit. Cum ſine dubitatione proxima & quaſi conſanguinea ſit ſapientiæ, ac ſine agricultoribus mortales conſiſtere aliqui nequeant. Nunc quaſi ſordidum opus tam diſcentibus eget, quàm magiſtis. Et ut M. Varro conqueſtus eſt, omnes patresfamiliæ falce & aratro relictis intra murum correpſimus, & in circis potius ac theatris, quàm ſegetibus & uinetis manum mouemus. Attonitique miramur geſtus effeminatorum, quòd a natura ſexum uiris denegatum muliebri motum mentiantur, decipiantque oculos ſpectantium. Mox deinde ut apti ueniamus ad ganeas quotidianam cruditatem laconicis excoquimus, & exuſto ſudore ſitim quærimus, noctesque libidinibus, & ebrietatibus, dies ludo uel ſomno conſumimus. Ac nos ipſos ducimus fortunatos, quòd nec Orientem ſolem uidimus, nec Occidentem, itaque iſtam uitam ſocordem perſequitur ualetudo. Nam ſic iuuenum corpora fluxa & reſoluta ſunt, ut nihil mors mutatura uideatur. At Mehercule uera illa Romuli proles *aßiduis uenatibus,*

bus, nec minus agreſtibus operibus exercitata firmiſſimis præualuit corporibus, ac militia belli, cum res poſtulauit, facile ſuſtinuit durata pacis laboribus, ſemperque ruſticam plebem præpoſuit Vrbanæ. Et nonis tantummodo Vrbanæ res agebantur, unde & ob id nundinarum conuentus inſtituti ſunt, reliquis ruſticæ adminiſtrabantur. Et ſegniores habebantur ij, qui ſub umbra ciuitatis intra mœnia deſides cunctabantur. Contra qui rura colebant & colonorum opera adminiſtrarent, quibus temporibus proceres ciuitatis in agris morabantur. Et cum conſilium publicum deſiderabatur, a uillis accerſebantur in Senatum. Ex quo qui eos euocabant uiatores nominati ſunt. Iſque mos dum ſeruatus eſt perſeuerantiſſimo colendorum agrorum ſtudio ueteres illi Sabini Quirites, Atauique Romani quanquam inter ferrum & ignes hoſticiſque incurſionibus uaſtatæ fruges, largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem ruſticam. Itaque in hoc Latio & Saturnia terra, ubi dij cultus agrorum progeniem ſuam docuerunt, ibi nunc ad haſtam locamus, ut nobis ex transmarinis prouincijs aduehatur frumentum, ne fame laboremus, & uindemias condimus ex inſulis cycladibus, ac regionibus Ibericis, Gallicisque. Et libro octauo. Magni enim æſtimabat uetus illa Romuli & Numæ ruſtica progenies, ſi Vrbanæ uitæ compararentur uillaticæ, nulla parte copiarum defici. Quæritur Varro, quòd

præter cætera, in qua terra culturam agrorum docuerunt paſtores progeniem ſuam, qui condiderunt urbem, ibi contra progenies eorum propter auaritiam contra leges, ex ſegetibus fecit prata, ignorantes non idem eſſe agriculturam & paſtionem. Et quidem Romulus, ait Dionyſius Halicar. *libro ſecundo, ſedentarias & ſordidas, cupiditatumque adiutrices artes tanquam dirumpentes delenteſque corpus & animum exercentium ſeruis & aduenis tractandas exhibuit. Duo uero tantum ſtudia reliquit liberis agriculturam & belli artes. Hæc pauca de laudibus Italiæ dicenda mihi uiſa fuere.*

F I N I S.

Em. die 26 Jan. 1579. baioc. 15. J. Ennius

527

Series chartarum.

✠ *A B C D E F G H I K L M N O P*
Q R S T V X Y *Z.*
AA BB CC DD EE FF GG HH II *KK*
LL MM NN OO PP.

Omnia ſunt integra folia, præter ✠ PP
quæ ſunt ſemifolia.

R O M AE.

Apud Ioſephum de Angelis. 1571.



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Santin O
Restaur
del Libr
9 LUG. 19